T. 2

1° partie

Lettres de Bèze à divers
Lettres de divers (Henri IV p. 621, 634; Catherine de Bourbon, 10[illegible]; de Henri IV p. 594, 626, 628)

2°

p. 812 lettres de [illegible]

p. 1146.

1202–1236

Lettres de [illegible]

Rmo et Amplissimo in Christo patrj ac Dno
D Johannj Episcopo Eccę Vratislaiuien. Domino
suo gratioso, ac patrono unice colendo.

Ihus

Sex commendat, Quamquam ego, Rme presul, rationem mea parvitatis habens, ut ad omnes alios magnates, ita ad tuam magnitudinem precipue timidus scribo: animum tamen erexit Xlis Vir Dominicus Slenpner R p t addictissimus, qui hinc pietate qua in suum Episcopum affectus est, soluit, visurus quid rerum Dominus operetur in mortali corpusculo p t. Noluit autem sine meis literis ire persuadens me rem facturum non ingratam R.p.t. Ego sane fateor et me nonnihil imo multum cum R p t aegrescere, quod Ecclesie Dej compatior, cui proh dolor rari dantur qualem t p r dedit, Episcopi, cum nunquam magis eguerit talibus. Caeterum confido quod manus eius percutiet et sanabit: atque qui R p t tam insignibus ornavit dotibus, non deerit ut det virtutem, fortitudinemque omnia constanti, Christiano, Episcopalique animo ferendi, et standi in omnes sanctas voluntates eius. si vita negabitur Ecclesie, proderit mors. Potens est autem tuum X

vita

2.

Vita sive ex morte p t Ecclesiam suam iuuare, pro diuitijs bonae voluntatis suae. Non haec scribo quod necessarium arbiter animum tuum confortari in Domino (quamquam quis est tam fortis, qui non egeat vel minimi fratris solatio) sed quod communia nobis omnia voluit & fecit is, qui pro nobis omnia factus jussit ut alter alterius onera portaret, ne ullus suus fidelis solus viveret aut solus moreretur: sed in communione sanctorum, securus per omnia ageret & pateretur. Itaque quantum nos contristat communis t p aegritudo: aut si Dominus volet etiam futura mors: tantum nos rursus laetificat quod nec sola patitur, nec sola vivit anima tua: sed vivimus & patimur cum illa, Et cum omnibus Iesus Christus medicum cordis nostri: in quo sancte valeat r p t, & meae temeritati ignoscat. Literae enim priores p t. ex animosum me fecerunt, cum sint magnae humilitatis & charitatis: ut eruditionem taceam: plenissimae, & inter sacra mea perpetuo monumento servandae. Iterum valeat r p t in Christo, & me commendatum habeat. Vittenbergae 3 Calen Augusti 1520

T R P filius.

F. Martinus Luther Aug.

ex auto-grapho.

Rmo et amplissimo patri ac Domino, D. Johan-
ni Vratislaviensis ecclesiae Episcopo, Domino
suo ac patrono.

Salve Rme praesul: optime princeps. Quam grato pectore acceperim #   Non ed.
gratiae de me ad Dominicum nostrum R. p. t. scripsit multo iam tempore,
insigni aliquo & argumentoso opere testari gestio. sive enim ita de nobis
in iis literis iudicabas, sive pro benignitate tua nos huiusmodi lau-
datiuncula ad recta studia currentes incitabas, iucundissimum fuit
ut his vocibus a tanto principe vel probari vel animari. Verum
dum cesso interim & cunctor hunc talem animum R. p. tuae decla-
rare, Dominicus noster, pro officio ad R. p. tuam profecturus ad-
hortatur, ut tandem me epistolio R. p. tuae commendem. Ego vero
ut intelligebam & quid deberem & gratia decerent R. p. tuam.
ita parum civile arbitrabar pallida tantum epistola, ac non potius
graviore aliquo argumento R. p. tuam interpellare. tamen Vic-
tus hominis amici consilio, hoc quidquid est literarum scribo,
ac R. p. tuae simul mea studia, & hunc animum laudibus
tuis imponsae faventem addico. Quis enim ei non faveat! qui
unus nobis, quod sciam equidem, in Germania Episcopi paradeig-
ma absolvisti autoritate, libris, ac pietate. Q si haberet

Christi

Christiana respublica, ut ille rex Homericus ait, decem huiusmodi similes συμφραδμονας, non dubitarem renasci aliquando Christum. Sed haec alias. Caetera Dominicus oram. Huius officinam, qui te visurus abit, R. p. tuae probabit, cuius salute, ne suam quidem, quae est hominis dexteritas, qui candor, antiquiorem habet. Studia eius pro benignitate tua R. p. tua adiuvabit ac promovebit. dignus est, & quia bonus & quia tuus est, quem R. p. t. tueatur. Feliciter valeat eadem R. p. t. Wittembergae. Cal. Augusti 1520.

R. P. T.

ex autogr°. Deditiss. Philippus Melanchthon

II D. Dominico Schleupner Canonico Vratislaviensi, Dno suo ac patrono.

Non ed. #

Χαῖρε δομίνικε ἐν Χριστῷ. Τὴν σου ἐπιστολὴν χθὲς προσεδεξάμην ἐν παθῶν ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι παλαίου φίλου οὐκέτι ἐδόκεις λαθεῖν. Φιλῶν γάρ σε, ὁμοίως ἀντιφιλεῖσθαι βούλομαι. κἂν γὰρ ἡ φιλίας ἐλευθεριότης ἔξω τῶν ἀμοιβῶν οὖν ποθῶ, ὅμως τὸ φιλεῖν τοῦ φιλεῖσθαι ἀμείψασθαι ποθεῖ. ὅτι δὲ, ἐμοὶ δοκεῖν, ἡ ἡμετέρα φιλία διὰ Χριστοῦ ἤρξατο, σοῦ δέομαι διὰ Χριστὸν ἀεὶ αὐτὴν φυλάξαι. καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα. ἅπερ περὶ τῆς θεολογίας σου ἔγραψας, καλῶς ἔχει. ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ Χριστοῦ. ἡ τῆς θλίψεως μου ἡμέρα

ἔσεται xxvii Novembris. τὴν δέομαι, ξὺν ἐμοὶ διαλέγεσθαί σε.
δέομαι δὲ, τὸν σαρκός μου πειρασμὸν οὐκ ἐξουθενῆσαι.
νυνὶ λυπῶ γε μοῦ, οὐκ ἔχων παραμυθούμενον, εἰ μὴ τὴν
θεοῦ πνευματώδη γραφήν. ἔρρωσο. Wittemberga.

Ἐπεὶ ὁ σελᾶν παύοντι, ἀνάγκη. Philippus tuus.
λέγω σε. παύσεται ἢ ἄπειρε ex aut°
ἐλπίζω, μετ' ὀλίγον.

¶ Egregio theologo D. Dominico
Sleupner, suo.

S. Bene tu quidem, mi Dominice, quod nihil scripsisti, ut esset quod nos scriberemus. Cui conveniebat enim sine epistola libellos illos mittere? Accepi κανόνας, et meam ἀπολογίαν. Nihil est autem quod de Canonibus sis sollicitus. redibunt bona fide ad te integri, ubi a me perlecti fuerint. Digni certe quos perire non sinamus, vel hoc nomine, ut certis argumentis docere possimus, quam stulte synodos maiorum nostrorum iactemus, quam eorum spiritus habeant, qui vel praeferuntur euangelio. Si negocium fecerint tibi Satana urbis tuae, fac sciam. non desiderabis enim in ea re neque meum, neque patris nostri, scis cuius, officium. Vale. Humanissimum hospitem humanius tu saluta. Philipp. tuus.

Non 08.

6 T.

Fido Jesu Christi servo Dno Constantino Fabricio
Verbi Dei in Ecclesia Norimbergensi ministro,
fratri ac symmystae

S. Binas tuas accepi charissime frater, una cum totidem D. Monavij nostri, & de hac mihi praestita opera maximas tibi gratias ago. Erit istud ut spero felix & auspicatum mutuae nostrae amicitiae velut initium, quam ego omni officiorum genere colere deinceps instituo. Rogo te vero vehementer, ut eundem te praestes in nostris ad D. Mon. nostrum literis perferendis. Quod epistola illa nostra non optima fide sit illi reddita, neque mea neque illius culpa contigit, cuius fidei illam hic commiseram. Ego tamen posthac cautior in hac re sum futurus, nec temere cuiquam praeterquam publico veredario deinceps meas committam, vel tibi vel illis nostris de quibus scribis tradendas: quos etiam velim ut istic convenias quam officiosissime ex me salutes. Nos Dei gratia & singulari ipsius beneficio, valemus adhuc, & pacem habemus. In Gallijs incredibilis est ἀταξία, quae si in apertam flammam eruperit (quod desperati plurimi moliuntur) ne salus quidem ipsa regnum illud videtur ab ultimo excidio conservatura: quod tamen nunquam existet absque totius praesertim Europae insigni concussione. Sed vivit Dominus Deus noster tempestatum vere potens, & suorum constantissimus & certissimus conservator. Bene vale mi carissime frater in Domino. Dominus Iesus tibi familiaeque tuae magis ac magis benedicat. Genevae 12 nostri Iulij 1585. Tuus Beza.

EIDEM.

S. Heri literas tuas accepi vicesima sexta Iulij datas una cum binis
Dn. M. nostri epistolis, ad quem vehementer te rogo ut fasciculum ipsi in-
scriptum, id est responsum meum tuto perferendum cures, sive Vratislaviae
fuerit, sive in Viennam aut alio migrarit vitandae contagionis causa, quod
mihi postremis suis literis innuit. Te vero vicissim velim a me ex-
pectare quaecunque ab homine tibi amicissimo possunt proficisci. Pestem
istic coepisse grassari molestissime fero; sed quid non meretur tam obsti-
natus iste utriq. regnum Evangelicae doctrinae contemptus? fiat igitur
Domini voluntas, qui utinam suorum exaudiat gemitus. Nos hic qui-
dem adhuc ab hoc malo sumus immunes, imo etiam pacem adhuc ha-
bemus: sed de cuius firmitate pene despero, quamvis nihil dum vicinus
aperta vi moliatur. In Gallia coniurati non modo sceleris sui veni-
am, verum etiam edicti pacis iniquissimam abrogationem pessimo & ini-
quissimo consilio a Rege contra omne ius & omnium expectationem ex-
torserunt, iussis pastoribus intra mensem regni finibus excedere, caeteris
intra sex menses vel ad palinodiam vel ad demigrationem sese com-
parantibus. Itaque aliae quidem Ecclesiae quae nimirum cis Ligerim sitae
sunt intra ipsos leonum ungues disiectae iacent, Domini manum au-
xiliatricem expectantes: aliae vero trans Ligerim nec viribus nec a-
nimo destitutae fortiter sese, Navarreno praesertim rege & Condaeo
principe ducibus ad vim repellendam parant. Utrarumque gemitus

&

et lacrymas utinam Dominus suo tempore auxilio suo dignetur. Certum est autem regnum ab istis sceleratis, religionis praetextu, eversa, si fieri possit, Borboniorum familia, quae sola regii sanguinis superest pelli: cuius occasione, quis desituram Hispanum existimet? Aut istos, si res illis ex animi sententia, quod abit, succederent, Galliae finibus contentos fore suspicetur? praesertim Bavaro affinitate coniunctos, & quod ad ambitionem attinet, eodem inexplebilis ambitionis studio fratres Bavarorum germanos! Sed de his plus satis. Utinam det nobis pauperculis Dominus, ut in ista tot inter se gigantum & consensione & digladiatione, recta conscientia cursum tenere, & negligentia culpa praestita, ad metam nobis propositam apud Agonothetam nostrum pertingere. Bene vale mi observande frater, & multis precibus nos adiuva. Eleutheropoli 24 Augusti 1585

Tuus, quem agnoscis vacillante manu coactum alienam adhibere

EIDEM

III

S Binas tuas accepi frater observande, de quibus magnam tibi gratiam habeo. Prioribus Monavii nostri mihi abs te missis per nobilem quendam vestratem respondi hebdomade superiore. alteris mihi heri redditis ut & tuis nunc respondeo e lecto, minime id quidem morbo detentus qui me incedere prohibeat, sed ex Medicorum consilio, diaeta quam vocant utens ad vitandum paralysis malum, alioquin mihi iam imminentis & familiae ex qua sum ortus familiaris. Excusabis igitur harum brevitatem, quum

quum praesertim nihil habeam quod non potius augeat luctum in quo nunc istic versamini quam illum sublevet. Nam quod ad Galliam attinet augetur magis ac magis impiorum furentium rabies. Nos hic vltro vicinus quantum potest vexat, & in ver proximum tota nobis Italia nihil non minatur. Nos interea pergimus adhuc salui & excepta sola annonae caritate pene dixerim beati, nisi communia nobis essent, sicuti par est cum fratribus omnibus tam misera omnia. Quod ad famosum illum libellum attinet, cum suades ut respondeamus aliquod solidum & validum opponatur, videbo quid facto sit opus. Nostrum autem illum de quo scribis vel tacere malim vel saltem scriptis suis nihil horum admiscere, quae illum ipsius spiritum sapiunt, quod ego quidem probare nullo modo possum. Bene vale observande frater. Dominus Iesus communes nostros assiduos gemitus exaudiat, faxitque ut per medias istas tempestates in tranquillitatis illum portum tandem ipso duce perueniamus. Geneuae 16 Nouemb. 1585

Tuus Beza.

Literas adiunctas rogo ut ea qua soles fide perferendas cures

EIDEM.

S. Antequam has literas accipias, alteras Verdeario committam citius ad te perventuras, quibus plenius ad postremas tuas quinto februarij istinc datas respondebo. Quos libros petis hic excusos Lotharinus una cum istis a nostro quodam typographo accipiet. De illa quam postulas Andreade nihil prorsus

IIII

hic

hic est auditum. nec dum mihi licuit Hotmanni responsum uidere, quod nostri affirmant superioribus nundinis francofurti non apparuisse, quamuis in indice annotatum. Haec ego ad te αὐτοσχεδίως. Bene Vale carissime frater. Dominus le=sus diebus istis pessimis bonorum reliquias seruet, Tibique & laboribus tuis cumulatissime benedicat.

Tuus B.

EIDEM.

S. Gratiam tibi magnam habeo, mi frater, de literis ad me certis, tuo & D. M. nostri nomine missis, teque rogo uehementer ut quod citius non rescripse=rim boni consulas, & iis quibus obruor occupationibus imputes. Eas autem nunc ad te mitto coniunctas cum istis, rogo ut ad illum tuto perferendas cu=res. De rebus Gallicis. Satan pergit furere magis ac magis. Nostros tamen uideo per Dei gratiam constantissime perseuerare. Nostra eadem est quae iampridem fuit conditio, Vicino nobis omnibus modis insidiante & minis quoque indignissima plurima adiungente: nobis uero securitate excubantibus & ad omnem euentum quotidie nos comparantibus. Caritas annonae mul=to magis quam [illegible] hanc ciuitatem laesit eos ipsos qui subuersum spera=bant, ut fame nos enecarent. Quid sit autem sequuturum, hac messe proxima, nouit ille a cuius prouidentia toti pendemus. In summa, quum sic ferente iustissimo Dei opt. max. iudicio, laxata sint frena Satanae, tum manifestis totis uiribus omnes Domini ubique adori=entis, tum per efficacitatem erroris intus nihil non audentis, tempus illud aduenit uigilandi & orandi quam fortissime aduersus illum obfirmandi,

quod

quod utinam nobis ille ipse largiatur, cuius virtus in infirmitate nostra
perficitur. Bene vale. Dominus te tibi tuisque omnibus benedicat. Geneuae
28 Junij. 1586. —— Tuus Beza.

EIDEM.

VI.

S. Redditae sunt mihi tuae, carissime frater, una cum amicissimi nostri
Monanij literis, ad quas responsum, una cum hisce inclusum, velim ut qua
soles diligentia ipsi reddendum cures. De Jacobi illius Andreae & aliorum
illius factionis hominum de me sermonibus non multum laboro, tacitus ex-
pectans ecquid hisce nundinis sit editurus, ut consilium postea de re tota
capiam. De vestris illis desertoribus vel potius transfugis, varia sunt
huc usque sparsa magno cum multorum offendiculo. Ego etiamsi omnes istius
factionis homines (quod tamen Deus avertat) plane ad Pontificios defece-
rint, minime id ab ipsis esse factum fuerim admiratus: utpote quorum doc-
trina iisdem principijs nitatur, et ipsis diverso itinere ad eundem prorsus
finem tendat, Luthero quoque non semel transsubstantiationis dogma inter tol-
lerabiles errores recensente. O tempora. Sed eiusmodi spiritum erroris
efficaciam certe merentur homines veritatem Evangelij rursus nobis pate-
facti iniuste delirantes. Servet nos interea Dominus ἀπροσκόπους in-
ter tot scopulos tot naufragijs infames: & firmum maneat illud sigillum,
Novit Dominus qui sint sui. In Gallia nunc est civilis funestissimi
belli exitatis, cuius non desunt qui, deficientibus omnibus belli instru-
mentis

mentis, laetiorem aliquam catastrophen sibi pollicentur. Ego quid peccata nostra mereantur video, & quamvis Dei summae misericordiae minime diffidam, tamen multo plura metuo quam sperem. Nos hic non temere vertente anno nae charitatem fames sequatur, peste quoque proximas Galliae regiones vastante circumcincti, hoste denique nobis infestissimo ad teli iactum imminente, & in omnes opprimendi nostri occasiones intento, inter sacrum, ut aiunt, & saxum pendemus. Pergimus tamen per eius gratiam qui pro nobis in cruce pependit, &, ut spero, piorum praesertim precibus adiuti, ad extremum usque pergemus, fortiter quicquid nobis omnis imposuerit subituri. Bene vale carissime frater. Dominus Iesus tibi, tuisque laboribus magis ac magis benedicat. Genevae XXII Aug 1586.

Tuus Beza, manu sicuti vides, titubante.

VII

EIDEM.

S. Mi frater, abstineo a scribendo quantum salva amicitia possum ut amicis parcam, qui nunc ex me nihil nisi tristissimum possunt intelligere. Genevensem scholam prorsus dissipavit annonae caritas & bellicus apparatus, dilatus potius quam penitus abruptus. Praesidium Helveticum heri dimisit magistratus, quod hyems ipsa nos satis nunc quidem tutari videatur. In Gallia agitantur consilia de pace sed insidiosissime. Si tandem advenerit tam diu expectatum auxilium Germanicum, apparet prospere successura nobis omnia. Sin minus mirum ni cogatur Navarrenus iniquas pacis conditiones accipere, quo tamen nihil adhuc est fortius.

Haec nunc habui quae de nostro & Gallico statu scriberem. Ex libris quos a me petijsti, literis datis ad xi Octobr. nulli sunt editi: neq causa est cur id mireris in horum temporum asperitate. Responsionis meae ad Hofmannum exemplum nunc mitterem nisi recusaret tabellarius sese illo densiore fasciculo literarum onerare. Sed nisi iam acceperis, mittam, a-liam occasionem nactus. At illud quod ad me scripsisti XII No-vembr. de quodam istinc tam indigne eiecto, quam mihi graue & acerbum fuit! Satis enim quis ille sit intelligo, etiamsi nomen ipsius non edas. Cupio te ut quid hoc rei sit plenius ad me perscribas. Perijt Aegyptus discedente Israele, & Hierusalem migrante Pellam Ecclesia. Bene vale charissime frater. Dominus letus suorum precibus ex-auditis, & suarum pro nobis sudorum tam memor quam nostrarum transgres-sionum oblitus Satanae & ipsius angelorum rabie cohibita faxit ut haec omnis tempestas cedat Ecclesiarum aedificationi & suorum con-solationi. Amen. Genevae. 13 Decemb. 1586

Tuus quem nosti

EIDEM. VIII

Si Kolui hunc bonum virum vestratem absq meis litteris praetermit-tere, ex quibus intelligas redditas esse mihi postremas tuas datas ad XXI Januarij, una cum his Monany nostri, quibus per proxime ven-turum veredarium vestrum rescribam. De eo quem scribis istinc tam bonam ob causam eiectum valde miror nihil istinc a quoquam fuisse

fuisse nisi a te uno mihi perscriptum, & quamuis eius nomen non edas, quia tamen vereor ne is ipse sit quo minime velim Ecclesiam vestram priuatum, valde hac de re laboro: teque vehementer oro ut quamprimum poteris rem totam ad me perscribas, est mihi valde futurum iniucundum. Sed quid agas? Veritas odium parit apud mundum, quem fascinauit spiritus erroris iustissimo Dei judicio: & hic mundus etiam in mediam ipsam Dei domum irrepit & sponsam occupata ipsius vinea extrudit, ut in cantico conqueritur 1 Cant 1 6. quin etiam illam sponsum suum requirentem uerberat Cant 5. 6. sed ad tempus quod ipse sponsus praefixit. Patienter igitur illum expectemus, agamus fortiter quamdiu agere licebit, culpam denique bonitate Dei fretj praestemus. Qui tenebrarum vices in huius caduci mundi administratione circumspicit multo magis ac melius Ecclesiae suae temporum vices definiet. Scriptores illos quos commemoras nihil moror. Si quid tamen ediderint, veritati non sum defuturus. Rimboldus ille quisquis est, mihi est ignotus & mallem tacuisset. De rebus gallicis, est quidem rumor de quibusdam induciis, sed plane incertus & parum probabilis. Res enim est eo redacta, ut coniuratos in regij sanguinis exitium & religionis catholicae suae praetextu praeclaram Hispano operam nauantes uel perire uel persequi quod aggressi sunt necesse sit. Parmensem autem non dubito in Germaniam ipsam irrupturum, & nihil non moliturum ut Germanicum subsidium quod Nauarreno mittitur auertat. Eodem consilio vsurum vicinum nobis principem arbitror, ut Heluetios domi contineat, aut etiam haec

oppressa

oppressa republica (siquidem hoc illi concesserit Dominus) illos ad quas-
uis recipiendas conditiones cogat. Haec omnia respiciat Dominus ab alto, cuius
sola misericordia nitimur. Navarreno quidem certe & Condenti audeo
tibi affirmare, nihil esse ad hunc usque diem generosius, religiosius, constan-
tius. Superest ut veris illis nostris armis expeditis, fide inquam & spe
& assiduis precibus accincti, in omnem euentum nosipsos comparemus, per
tempestates quantumuis graues & asperas, imo per ipsas quoque mortes in
portum illum nobis ab aeterno praeparatum quietis protrahendos. Bene va-
le obseruande frater. D. Iesus custodiat te ab omni malo, & cumulatissi-
me tibi caeterisque fidis in opere suo seruis suis benedicat. Geneuae
12 februarij, veteri calculo 1587. Tuus Beza.

EIDEM.

IX

Sero admodum literis tuis respondeo, vir eximie. de quibus cum
diu laborassem, tandem ad me a nostro quodam mercatore sunt supe-
riore demum hebdomade mihi redditae, tarditatem suam omni nomine ex-
cusante quod illas in suum dolium tardissime huc aduectum inclusis-
set. Ago vero tibi de illa narratione tota ad me missa quantum-
uis tristissima ingentes gratias. In illis concionibus nihil inuenio quod
non sit pie & orthodoxe dictum: & hanc singularem animi vere Christi-
ani fortitudinem optimo illi nostro fratri plurimum gratulor: quem et
hortor ut hanc pro Christi nomine & ipsius veritate inflictam coram
mundo

coram mundo & à mundo ignominiam pergat quibusuis huius saeculi commo-
dis & triumphis anteferre. Istos autem suorum συνδούλων, ut asperius ni-
hil dicam verberatores Dominus suo tempore procul dubio acriter ulciscetur.
De rebus nostris, in urbe quidem adhuc cum eadem annonae caritate luctamur,
Vicinam autem Sabaudicam regionem dira fames & pestis quoque populantur.
Nos vero in vicini principis oculis ita tutatus est Dominus adversus exilium,
quod nobis prohibita omni frumenti invectione comparabat, ut contra, nisi
subvenisset illius subditis haec civitas, fuerint omnes fame perituri. Quid
porro sit ipse moliturus tempus ostendet. Noster autem Magistratus per
Dei gratiam sic est affectus, ut Scholam publicam aliquot mensibus horum
temporum asperitate intermissam decreverit proximo autumno instaurare.
In Gallia quoque & apud Pictonas, et tum in Aquitania tum in Occi-
tania & Delphinatu nostris memorabili rerum conversione usque adeo
nunc omnia prospere succedunt, ut qui nostros anno superiori tot exer-
citibus oppugnabant, intra sua praesidia plerisque locis oppugnentur, & non
parva sit spes futurum ut ingressis in Galliam Germanorum & Helve-
tiorum copiis, Navarreno sese plurimi quoque ex catholicis adiungant.
Consiliarij contra mirum in extrema potius experiuntur ut Germanos
ab aditu Galliae prohibeant. Rogandus ergo nobis est, si unquam alias
Dominus, ut suos vel insigni victoria, vel quod sperare non ausim,
aliqua firma pace caelitus demissa tueatur. Disputationis illius

Mompelgardensis Acta non minus impudenter q̃ callide per nostrum illum Andream excusa, non dubito quin videris: ad quæ si vel hoc unum respondero, nullius illa fidej esse & autoritatis, ut ex ijs patet quæ pag: 564 leguntur, utriusq. partis subscriptione confirmata, bonis fortas-sis omnibus satisfecerim. Sed multæ causæ sunt, cur illi responsum op-ponere me sit necesse, quod quidem q̃ paucissimis verbis facere decrevj. Quid enim aliud sunt hæc omnia q̃ millies repositæ crambe? Re-deo ad tuas literas: in ijs mihi permirum illud accidit, quod de nostro illo narras, quem sane fortiorem credideram. Aliud .n. tristius de illo vel suspicari mihi religio est. Velim autem ut ad me paulo plenius & expressius de illo quid tibi videatur ad me perscribas, neq. de mea in te fide quicq. dubites. Altissimum illius certe silentium de-miror, ut & Monauij nostri, cuj tamen redditas esse meas opinor una cum ijs versiculis, quibus quatuor illis amicis nostris D Craton, D Hardesiano, D Lunatero, denique & D Gualthero, nobis etsi parvo paucorum mensium intervallo ereptis parentauj. Quæ vero de ipsius Cratonis vita perscripta fuisse audio, nancisci adhuc nusq̃ potuj: nec etiam Hofmanni Epicedion, cuius in postremis suis ad me datis item Monauius noster meminit. Bene Vale Vir eximie & observande frater. Dominus & servator ille noster Iesus Chris-te

te bonosq. istic omnes servet, caecutientibus oculos largiatur, malorum cona-
tus infringat, Ecclesiae suae totius misereatur, tuisq. tuisq. laboribus quam cumu-
latissime benedicat. Genevae. 13 Iunij 1587.

Tuus Beza

EIDEM.

S. Rogo te, mi frater, etiam atq. etiam ut hoc mihi tot iam curis & labori-
bus domesticis simul & externis penitus oppresso condones, quod serius & bre-
vius ad ternas tuas respondeam. Omnia illa quae misisti bona fide mihi
sunt reddita. Gratulor hanc Christianam constantiam optimo illi viro, cuj
datum fuit non tantum credere sed etiam pati pro veritate. De Hofmanno
minime laboro, qui semet quam deus volet infamia sua prostituatur. Acta Collo-
quij Mompelgardensis habeo prae manibus: sed temporis angustia vix
patitur ut integrum responsum hisce nundinis absolvam. Cum potis mitte-
rem mihi recusaret Tabellarius crassiores fasciculos. Sed omnem occasionem
officij praestandi quaeram & inventam arripiam. Doleo illius nostri tan-
tam esse mollitiem, neq. cogitare quinam illi sit quior fore dicat Dominus
ut evomat. Verum quid hic facias? Solus Dns istis malis mederi potest.
Heri una cum D Monavij literis tuas accepi multa jam nocte: & has ad te
bene mane scribo properante iam quam summum aestum tabellario. Mo-
navius noster habet certe iustam de meo tam diuturno silentio expostu-
landi causam: cuj tamen respondere ante proximum vestri tabellarij
reditum nequeo: quod illi ex me significes velim, & eum iubeas

tanto

tanto longiores a me expectare: una cum iis quae a me postremis utrisq. suis flagitat. Excusa quaeso nunc prorsus manus tremula et scribendo defatigata. Bene vale mi carissime frater. Dominus Iesus te ad extremum conservet. Geneuae. 2 Aug. vetere stilo 1587.

Tuus Beza

EIDEM.

Sunt interciderint meae literae nulli tamen nisi Veredario vestro commissae, sunt bis iam intellexisti bona fide mihi fuisse tuas redditas, et quae eodem fasciculo incluseras, de quibus magnam tibi gratiam habeo. Conspicillum autem quod petis una cum istis ad te mitto, missurus etiam deinceps quaecunque hinc a nobis voles accipere. Sed cum Veredarius grandiores fasciculos recuset, et in ea tempora inciderimus in quibus non quidvis cuivis sit committendum, vide ut mihi significes, necne tantum tibi sint inscribenda quae istuc mittam, prout occasionem nactus fuero: an vero malis alteri cuipiam istic inscribi, a quo tibi postea tradantur? Caeterum de Hofmanno nihil ego posthac: imo nec cum alio quoquam istorum in hoc argumento laborare deinceps constitui. Quorsum enim diutius contenderim Aethiopas dealbare? Nec aliud magis molitur per istos Satan quam ut istis scriptitandis apologiis bonas horas male collocemus, et novam semper garriendi materiam ipsius emissariis suggeramus. Coegit me tamen malus ille homo

qui

qui Zizania serere in agro Domini non desinit, aliquid opponere egregijs illis
Collegij Monsp. actis, cuius scriptionis exemplaria sex accipies ex his
nundinis, tria videlicet Dno M.o nostro per te mittenda: tria vero tibi,
quorum tamen unum velim ut meo nomine cordatissimo illi nostro fratri
transmittatur, Cui datum est istic & veritatem profiteri & pro veritate pati.
Ista scriptione nihil unquam mihi molestius accidit: Quorsum enim istam
centies millies recoctam crambem? Ad hoc scribendi taedium accessit
aliarum gravissimarum occupationum in istis gallicis tumultibus pondus quod
me respirare non sinit, adeo ut propter temporis angustiam ista simul
& a me tumultuarie dictata sint & Typographo tradita, quod ex inculto
stylo statim animadvertes, ut negligentissimi typographi errata prae-
termittam. Quae omnia velim ut ab amicis mihi condonentur tan-
tisper dum integra responsio emendatior edatur. Exemplar etiam
unum istuc ad nostrum illum mitto, sed seorsum una cum literis:
nec est quod de mea fide quicquam tu dubites. De rebus nostris
quod ad pestem attinet longe lateque trans Alpes usque peragrantem be-
nignissimus ille pater coelestis nobiscum adhuc egit clementissime. An-
nonae quoque pretium valde imminuitur. Vicini principis animus
idem est qui fuit, qui tamen nisi maius aliquid recepta moliatur, confi-
do scholam nostram istuc proximis Octobris kalendis plane instauratum
iri. De Gallicis rebus, Germanicas nostrorum copias robustissimas tum

numero

numero tum animis militum in Lotharingia nunc versantur: & to-
tus in eos est Navarrenus ut sese cum aliis copiis cum illis coniungat.
Rex suo more pergit, nobis inimicus, coniuratis suspectus. Ipsi coniu-
rati Italicum a pontifice & Hispano auxilium expectant & procul du-
bio sese ad extrema tentanda comparant. Rogandus ergo nobis Domi-
nus si unquam alias ut suorum misertus, adversariorum conatus nunc
tandem infringat, & cruentam istam tragoediam, cuius iam annus
vicesimus sextus agitur, aliqua laetiore catastrophe componat. In Del-
phinatus finibus nona superioris mensis duodecim Helvetiorum vexil-
la per imperitiam ducum, vix tamen trecentis interemptis sunt ab hoste
disiecta: Sed in intimo Delphinatu eo ipso die cladem istam nostri
infinita hostium strage compensarunt. Et iste quidem nunc est mi-
serae Galliae status, cuius saltem exemplo utinam caeteri populi
erudiantur. Bene vale carissime frater. Dominus Iesus tibi tuoque mi-
nisterio magis ac magis benedicat. Genevae 5 Sept. 1567.

Tuus Beza

EIDEM

XII

S. Tuas binas una cum D. Moranii literis accepi. Spero quoque tibi
redditas quas Francofurto te accepisse una cum aliquot nostrae illic
responsionis exemplaribus oportuit, affirmante mihi nostro librario
bona fide a se curata omnia quae mandaram. Ego nunc sum

totus

totus in illa absolvenda & reddenda responsione de qua scribis, &
quam germanice vertendam D. Mischulus noster suscepit. Ea molestia
defunctus patiar istos occasionem fovendi ac etiam augendi istius in-
cendij ex apologijs nostris captantes, quandiu & quantum deus sinet
insanire. De rebus nostris, mediocris est noster status. Tragoedia
illa horrenda gallica est in epitasi. Annum funestissimum nobis
imminere caelum & terra vociferantur, sed surdis adhuc plerisque. Quae
ad D. Monavium nostrum mitto, velim ut tuo more, id est tuto & di-
ligenter cures. Bene vale mi carissime frater. D. Iesus faxit ut per
medias tempestates ipso ad clavum naviculae suae sedente in por-
tum tandem aliquando provehamur. Genevae 17 octobris ve-
tere Calendario 1587. Tuus Beza

EIDEM

XIII. S. Postremas tuas una cum D. Monavij nostri incultis bona fide
mihi redditas accepi. Pergratum etiam mihi fuit intelligere reddita
esse tibi exempla francofurto ad te missa: recte quoque abs te, sicuti in
deo curata: & gratum mihi fecisti quod illorum uno optimum il-
lum nostrum fratrem donaris, quem quidem velim ut ex me q[uam]
officiosissime salutes. De illa insigni victoria qua potitus
est per Dei gratiam proxime Burdegalam Navarraeus idcirco
nihil scribo, quod non dubitem quin aliunde sint istuc omnia
perscripta. Faxit Dominus ut istis sint laetissimi aliique exitus

pro-

procemia. Bene vale mi carissime frater. Genevae. prid. Calend. Novembris. ex Vetere Calendario 1587.

Tuus Beza.

XIIII

EIDEM.

S. De illa tam tristi quam ignominiosa tanti exercitus, ipsis etiam hostibus inexpectata dissipatione, non est quod a me longiores literas expectes. Eius rei culpam alij in alios reijciunt, Ego vero malim omnes peccata sua plurima & maxima deprecari, quibus optimo iure provocatus Dominus omnem illis mentem ademit, adeo ut ne in reditu quidem venerit illis in mentem coniunctis copijs ad suos reverti, sed huc illuc, ne memores quidem se viros esse, dispersi, sese ultro foeminis etiam ipsis capiendos, depredandos, trucidandos denique passim prebuerint, & adeo ut ex quamplurimis, paucissimi, ac pene nulli, ex Germanis ad nos usque evaserint: quos haec civitas laceros, fame confectos, morbis attritos, cadaveribus denique quam hominibus similiores, partim qua potuit humanitate fovit, partim mortuos sepelivit. Helvetiorum qui sunt ad suos alijs itineribus reversi nihilo meliorem sortem fuisse audimus. Galli nobiles, qui perpauci fuerunt, partim a nonnullis cognatis & amicis adiuti ad Navarrenum transierunt: partim ad nos quotidie refugiunt. Solus Castilionaeus cum suorum peditum reliquijs, & fortissimis aliquibus viris. hoste

frustra

25

frustra occurrente, vi sibi viam ad suos usque Occitanos, memorabili animi magnitudine patefecit, dignus, ipsorum etiam hostium confessione, magno illo Amiralio patre filius. Rex autem, sicut nullis ad se admissis Guisianis, suam Lutetiam servare contentus nullam in nostros impressionem fecerat, ita deductis illis sicut pepegerat ad regni fines, exercitu quoque suo dimisso Lutetiam reversus, gratiis solenniter Diis suis actis, fertur quidem de persequendo ultra Ligerim Navarreno cogitare, sed nihilominus durius quam antea in nostros statuit. Nostros autem, et quidem Navarrenum ipsum in primis, fortes permanere tibi confirmo, et Dei benignitate ac causae suae bonitate fretos constantes ad extremum futuros spero. Guisiani vero latrones tum ut apud ignarum vulgus existimationem suae fortitudinis tueantur, quasi non Dei unius sed ipsorum manu disiectae sint auxiliares illae nostrae copiae: tum quod non nisi latrocinando militem suum retinere possint: tum ut famam acquirant, quod eos a quibus sunt lacessiti domum usque sint persecuti, per Burgundiae comitatum primum in nostram vicinam miser- rimis illis ad nos refugientibus imminentes, inde Bernensium fines attingere non ausi, in Mompelgardensem agrum, quem crudelissime depopulati sunt, ac tandem in Alsatiam non procul Basilea transgressi, quid ibi deinque molituri sint expectamus. Et de his quidem rebus tristissimis hactenus. Ad res autem nostras quod attinet, eodem adhuc loco sumus, pendentes ab eius unius providentia, qui nos adhuc est tutatus. Quod attinet ad Biblia gallica, quorum proxima tantum hebdomade penitus,

ab

Helvetici editio, excusa sunt triplici forma, idest ut typographi loquuntur, in fol°, in 4° & in 8°. De singulorum autem precio nondum convenit: imo ne de venditione quidem propter horum temporum asperitatem, veritis videlicet nobis, ne si diuturnior fuerit tot exemplarium distractio, damnum interea nobis afferat nonnullorum typographorum avaricia, quibus nulla est religio sua commoda ex aliorum incommodis captare. Quicquid autem erit ea de re constitutum, faciam ut tempestive intelligas. Haec autem ad te scribo, plurimis maximi momenti negocijs tum occupatus, ut praeterquam quod tam taedia saepius repetere me piget, Dno Monavio nro respondere nunc quidem non potuerim: poteris autem vel has ipsas ad eum mittere, vel quae libuerit ex illis exscribere. & simul ei significes velim omnes ipsius literas mihi optima fide, idque opera tua redditas. Bene Vale mi frater. Dominus Iesus propter sanctum nomen suum afflictissimam Ecclesiam suam invicta illa sua omnipotentia contuetur & tueatur: & tibi, bonorumque omnium laboribus istic magis ac magis benedicat. Genevae. 24 Januar. Veteri Calend° 1588

Tuus Beza.

Domino Doctori Ioanni Hermanno, medico & philosopho praestantissimo, Domino suo & amico charissimo. Wratislaviae

S P D. Quoniam tardius respondeo ad humanissimas tuas lras, aequum

F.

aequum est ut usuram temporis tibi persoluam. Non erit autem pecuniaria
ne peccem in leges theologorum, quorum multi eam exercent licet prohibi-
tam esse dicant. Usura vero quam tibi persoluam erit beneuolentia &
amicitia si per te non steterit, huius iuuenis pij & eruditi, quam tibi of-
fero: istuc enim proficiscitur contrahendae tecum amicitiae cupidissimus,
cum sit ei nota tua virtus & bonitas: etiamsi te videre nondum ei con-
tigerit. Vides me de alieno largientem satisfacere meis creditoribus,
quod genus solutionis nondum est explicatum a iuris consultis. Gau-
deo te tandem fixisse sedes istic, ubi plures sis habiturus tui similes quam
forte usque in tota Germania habuisses. Improbaui consilium Domini
Petri Vincentij veteris amici nostri quando discessit Vitemberga: sed
euentus postea docuit eum bene sibi consuluisse: vel potius deum id
ei consilij suggessisse, ut eum eriperet malis imminentibus, a quibus
non fuisset immunis, si ibi permansisset. Non dubito tibi esse
iucundissimam eius consuetudinem & te sequi consilium Erasmi, qui
hortatur quondam amicum, ut veteres amicos colat, vetera vina bibat,
& veteres aureos colligat. Noster Esromus vivit Euangicij, ubi
est ecclesia fratrum totius Moraviae primaria. Non fruitur satis
commoda valetudine. Rogo ut ad me diligenter scribas, quae habes de
nostris dissensionibus. Doleo vicem istorum bonorum hominum, & praeser-
tim nostri Peucerij. Merito defles in literis tuis mortem Manlij

juuenis doctissimi & humanissimj. Intemperantia perdidit ipsum, quod admiratus sum in homine alioqui valde modesto. Bene vale & amicos saluta, & postissime Dn. Vincentium & Dn. Ferinarium. Viennae. 28 die februarij 1576.

Tui obseruantissimj Hubert Languetus.

Viro tum doctrina tum pietate praestanti, Domino Esromo Rudingero, Domino & amico singulari. Zelouicij

S. Heri me beauit Dn. Monawius noster, cum in postremis ipsius literis legerem Valetudinem maxima iam ex parte diuinitus esse tibi restitutam, quod meum gaudium, tanto maius quanto minus speratum, quum apud me continere nec vellem, nec sane possem: & per opportune Generosissimus dns Dominus Baro à Zerotin hac transiret in patriam reuertens, praetermittendum illum mihi atque meis ad te literis non putauj. Sit igitur benedictus Dominus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi qui preces nostras exaudiuit, teque post restitutum etiam nobis praestantissimum illum Dn. Peucerum, Ecclesiae suae seruauit, faxitque, ut hoc tanto utroque beneficio quam diutissime perfruamur. Ego quod ad corpus attinet, etsi iam sexagesimum octauum annum ingressus satis belle valeo per Dei gratiam, si manuum tremore

tremorem excipias, qui me, sicuti uides, alienae manus operam cogit requi-
rere: animo uero satis intelligere potes quam sim anxius & sollicitus,
miseram Galliam uidens magis ac magis furere; Angliae tantam imminere tempestatem quanta ulla timeri potest; Belgicarum Ecclesiarum
reliquias ultro in suam perniciem ruere; In Germania non modo uel
lum sileri discordiarum suarum, sed nouas quotidie dissentionum occasiones
captari. Sed dum cogito non aliam esse Ecclesiae conditionem, non prius
mutandam, quam iustus ille iudex & noster uindex appareat, quam possum
animi fortitudine istorum malorum τὸ ἐπίβαλλον μέρος sustineo,
erigens etiam meipsum, quem isti tot modis lacessere non desinunt,
recto, per Dei gratiam, conscientiae meae testimonio, & paucorum bo-
norum de me & meis quibuscunque laboribus iudicia omnibus isto-
rum contumeliis opponens pergo reliquum studii mei propositi spacium
decurrere. Annotationum mearum ultima fultura ut arbitror editio
sub prelo est. ad quas utinam adiicere tuas illas felicissime inchoa-
tas licuisset, ac tandem aliquando liceret. Gallica Bibliorum inter-
pretatio tandem est absoluta: opus, ut spero, Ecclesiis nec inutile nec
iniucundum futurum, in quo Collegae mei & ego non paucos annos
contriuimus. Meae ad impudentissimum illum hominem responsionis
partem hisce mitto, & tumultuarie a me dictatam & mendosissi-
me excusam si forte nactus eris, rogo te & amicos omnes ut quasi

et

pro nihilo habeatis tantisper dum altera integra editio proxima hebdo-
made inchoanda prodeat, cuius exemplaria quoquo modo studebo ut
istuc quoque perveniant. Quod superest, Reverende vir & semper ob-
servande frater, tuis & vestrarum Ecclesiarum precibus etiam atque etiam
cupio ministerium hoc meum commendari, ne, quod nimirum multis con-
tingit, & quod a me pro sua maxima misericordia Dominus avertat,
in ipso portu impingam, Deum opt. max. precatus, ut illos vere no-
biles proceres Ecclesiae suae alumnos quam potentissime tueri, greges suos
quam efficacissime sancto & puro verbo suo pascere, tuis & caeterorum
charissimorum fratrum ac symmystarum sanctis laboribus magis
ac magis benedicere dignetur. Genevae 13 Octob. 1587 ex vetere Cal.

Tuus Beza.

Eximio Christi servo, Dno Laurentio Dürn-
hofero, fido Ecclesiae Noribergensis pastori,
Dno & amico suo observando.

115.

S. πολλὰς μὲν φιλίας ἡ ἀπροσηγορία διέλυσεν: inquit
ille, Sed nostra certe ex eo genere non est, & ab aliis initiis profecta,
& alio nexu devincta, & in coelos usque porrecta. Diuturnum quidem
silentium tuum valetudini tuae, quam tibi firmiorem precor, imputo.
Tu meum vicissim velim occupationibus meis pluribus & gravio-
ribus quam facile possis quisquam existimare, velim ut condones. Inter

illas

illas molestissima mihi fuit illa scriptio aut potius crambes mille re-
coctae tractatio, cuius exemplar ad te mitto: & quam mirum si tibi
vel leviter illam inspicienti nauseam sit excitatura, magno cum taedio.
sicut ex ipso stylo, & battologijs & hyperbatis agnosces, simul & à me
tumultuarie dictata per temporis angustiam, & typographo tradita, & ab
eodem mendosissime excusa. Quid sit autem mihi denique quod ad
istos attinet, constitutum, ex responsionis meae peroratione cognosces.
Biblia nostra gallica hac hebdomade absolventur. quod opus non paucis
annis à nostro Collegio elaboratum spero ne peregrinis quidem Ecclesijs
inutile futurum, si cum alijs versionibus, & ipsis fontibus Hebraei & graeci
sermonis conferatur. Sunt etiam sub prelo, maiores nostrae annotationes
quam plurimis locis & auctiores & emendatiores, in cuiusmodi studijs potius
quam in scriptitandis apologijs & ferenda in istis hominibus garriendi &
rixandi libidine, quidquid mihi vitae & satis magnae ad docendum
& scribendum tranquillitatis concedet Dominus transigere, ipso favente
decrevi. Accipies etiam cum istis nostros versiculos, eius quod no-
bis haec tempora suppeditant argumenti. Ad res meas quod attinet,
adhuc stamus & vivimus admirabili dei opt. max. beneficio, in
medijs istius Leonis faucibus: Imo etiam spero, nisi vis aliqua maior
ingruat fore ut haec schola, anno superiore intermissa, intra proximas
Octobris Calendas instauretur: quos nostrorum conatus velim ut precib.

assiduis

assiduis inanes. De rebus gallicis res est in arcano. Germanicae copiae maximae & firmissimae, in quibus recensita sunt ad quindecim circiter millia lectissima helueticorum peditum, nunc in Lotharingia, quae e coniuratorum sedes, versantur, coniuratis ut qui pares copias nullas habeant sese intra munitiora loca continentibus, & procul dubio si subsidium quod expectant a pontifice & hispano, receperint, extrema tentaturis. Rex ipse agit suo more, nostris inimicus, coniuratis suspectus: Sic pergit magis ac magis in seipsam saevire Gallia, cuius saltem ex ultimam religionis populi erudiantur. Nostrum est interea assiduis precibus si unquam alias, Deum opt. max. interpellare, & ad omnia perferenda quae nobis dederit Deus, serio nos comparare. Bene vale vir clarissime, & observande frater. Dominus lectis tibi familiaeque tuae quam cumulatissime benedicat. Geneuae. 5 Septemb. 1587.

Tuus Beza.

Ornatissimo Viro, Dno Ioanni Cratonj S C M Archiatro & Consiliario, Domino mihi summe observando.

S Postremis tuis literis non tantum sero sed etiam pene invitus respondeo, ne luctum augeam: quem utinam allevare saltem possem. Ne tamen videar in amicitiam illam nostram perpetuam peccare,

si nihil

si nihil rescripsero, accipe nostrarum quoque miseriarum brevem recensionem. Post
immanem illam Guisianorum ad occupandum Galliae regnum reipsa patefactam
conjurationem, quum Rex omnia firma quod ad Veteris edicti observationem
attinet nostris polliceretur: et nostri vicissim sua obsequium in illa tanta neces-
sitate offerrent: Rex tamen repente, sive ut plerique opinantur viribus suis
diffisus, et meliorem ad illos opprimendos occasionem expectans: sive religio-
nis odio pace cum illis qualicunque facta, Vetere rescisso edicto omnes sine
exceptione, addita in repugnantes capitis et omnium bonorum confiscationis poe-
na, vel ejurata religione papismum amplecti, vel regno intra sextum mensem
jussit excedere. Ad haec Navarrenus quum scriptis humillimis literis
non religionem sed regnum, esse una cum tota Borboniorum familia detur-
bato, ab istis peti demonstrasset, et tum suo tum Ecclesiarum nomine, sese ad
iustam et legitimam Gallicae nationis synodum audiendam paratum esse,
ac proinde haereseos damnari non posse ostendisset: tandem accurrentibus
ad eum et Condensem complurimis non tantum novam religionem profiten-
tibus, verum etiam pontificiis, parare iustam defensionem coepit. Itaque ab eo
tempore (haec autem superiore mense Iulio inciderunt) Aquitania tota
cum Occitania utraque et cisligerianis regionibus, Provincia et Delphinatu ex-
ardere bello coepit. Cisligeranae vero omnes Ecclesiae statim sunt dissipatae,
aliis ad Condensem et Navarrenum vel Rupellam, aliis in Angliam,
aliis ad vicinam Rheno Germaniam, aliis denique ad nos confugientibus.

Rex

Rex autem seu volens seu obsequi multorum consiliis coactus, quod se-
mestri illi spatio superat ad quindecim dies coarctavit, iniecta etiam
manu in eorum facultates qui ad Navarraeum vel Condensem confugis-
sent. Hinc miserrima repetita trepidatio, quae multos coegit rebus peni-
tus imparatis diffugere, multorum imbecillitatem evertit, non paucos vel per
aetatem vel morbum retentos in miserrimam miseriam adigit. Ad haec
mala accedit pestis, optatum multis miseris conscientiis remedium, longe
maximam Galliae partem eousque vexans, ut etiam devastet. Aliis fames
extrema intentat. Et haec quidem nunc sunt Galliae fatorum ulti-
morum fortasse primordia longius iam progressa. Quae secutura sint
horret animus praesagire, quamvis nunc demum Guisianae copiae (sic
enim quam regias appellare malo) progredi in Aquitaniam coeperint,
et illic nostris, nec etiam in Occitania Montmorancio, nec animus nec
vires non contemnendae desint. Subsidium Germanorum et hinc
urbi vicina grandis retardat ἀχρηματία, vel potius fortasse (quod
optimi principis pace dictum volim) divina providentia. Est enim ve-
reor ne sit hoc remedium misera Galliae isto malo peius. Ad nos
autem quod attinet, nihil adhuc istorum malorum reipsa sentimus: ex-
cepta annonae caritate, quae tamen multo minor esset, nisi sub ipsum
messis tempus vicinus ille nobis princeps et capitalis hostis undique nos
sua ditione circumcingens severissimis edictis triticum ad nos importari
prohibuisset

35

prohibuisset. Quid autem vere proximo non ille tantum tanta affinitate auctus, sed etiam novus iste pontifex: quo nihil est impotentius & rabiosius, tota denique Italia molitur, nemini obscurum esse potest. Et in Helvetia jacta sunt ea discordiarum semina, quae nisi in herba compescantur, exitium tandem huic genti ferent. Pendemus igitur oculis & animis in caelum erectis. Vos isthic mutuo preces cum nostris coniungite, quas certe Dominus, etiam si terra caelum misceantur, non est irritas facturus. Ad me privatim quod attinet, aeger animo, corpore sic habeo, ut qui ex medicorum consilio vitandae paralysis causa diaetam agit quam vocant: meipsum quantum licet & diuinitus mihi datur, divinae misericordiae meditationi & recto per Dei gratiam conscientiae testimonio sustentans, in eum diem intentus, quo vera illa quiete potiar, quam ab illo unico Domino & Servatore nostro expecto. Bene vale vir eximie. Idem ille assiduos tuos gemitus exaudiat, et te cum diuturno & molesto morbo colluctantem invicta illa sua virtute fulciat, donec nobis denique quod efficit ipse in nobis Spiritu suo, ut certa in ipsius misericordiam fiducia speremus. Genevae. XVI Novemb. Vetere Calendario 1587

Tuus Beza

118.

Eximio Christi servo D. Laurentio Durnhofero, fido Norimbergensis Ecclesiae pastori domino & fratri observando.

F. # S. Non dubito, vir eximie, quin ad istius tam inexspectata &

igno

ignominiosæ dissipationis nouorum totius cohortentis. Quid si igitur tot panico terrore perculsos, exangues, nudos, uel potius uix spirantia cadauera, ipsis oculis spectasses? Et huius quidem calamitatis causam alij in alios conijciunt, neque id immerito. Caput enim huic corpori ex membris minime cohaerentibus compacto defuit, cuius & prudentia & authoritate regeretur: &, quod praecipuum fuit malum, nullus illic minus fuit auditus quam magnus ille Dux exercituum, cui tamen omnes uideri voluerunt militare, ut alius esse illarum copiarum exitus non potuerit. Nauarrenus trans ligerim omnibus alijs sese coniungendi vijs frustra tentatis, dum aditum sibi ui aperit, memorabili diuinitus potitus victoria, isti interea moram necessariam non ferentes, cum hoste iam de impediendo transitu desperante turpiter pacti, sese miserrime perdiderunt. Malim igitur omnes culpam agnoscere & à Deo deprecari, quam mutuis accusationibus sese proscindere. Coniurati interea quasi re bene gesta, qui tamen nunquam, nisi uno nocturno certamine, intercepti aliquot equitatus germanici signis conflixerunt, impetu in Mompelgardensem Comitatum facto, eam exercuerunt immanitatem, cuius uel ipsos Tartaros & Turcas pudeat. Et horum scilicet malorum omnium autores sunt isti Caluiniani Sacramentarij. Videat Dominus & iudicet. At boni omnes interea sese ad futurum comparent, quicquid dederit Dominus. Nauarrenum quidem & Transligeranos omnes tibi affirmo

nunquam

neque fortiori animo fuisse. Ad nos quod attinet, hebdomade superiori, qua
Vicini principis non certe milites sed praedones huc illuc discurrentes,
post alias infinitas impune illatas rusticis in urbem ad forum venditan-
tibus iniurias, quatuor magnas naves tritico & alijs mercibus onustas, in
suum littus abduxissent, nostri frustra conati melius agere, tandem abeun-
te quorundam privatorum patientia in furorem, impetu facto, & aliquot
interemptis sua receperunt. Quid sit secuturum novit ille, a cuius
sane providentia, non autem ab humanis illis praesidijs toti pendemus.
Publica nostra schola per Dei gratiam est, quod ad professores attinet, re-
stituta: Sed vereor ne classicum illud exaudiri non sinat. Ego cum
haec scriberem, absolvebam alteram meae ad Smidlinum responsionis par-
tem, a quo iam audio paratum ad priorem responsum. Mihi vero
semel decretum est ab ista porro scribendi scabie prorsus abstinere.
Quarta maiorum nostrarum in novum testamentum annotationum editio
non poterit ante proximas nundinas absolvi: neque mea in Ecclesiasten
paraphrasis, quod valde optarem, ne si bellum apertum supervenerit,
frustra laborarim. Sed omnia sunt in eius manu, cui me, meaque omnia
commendo. Habes mi frater epistolam tristissimi argumenti: Sed
bona est tristitia, quae a Domino deo est, non ut pereamus sed ut nobis
aditum ad ipsius solidam & recipiendam consolationem patefaciat. Tu
vero mutuas preces adiunge: & nos quod sat scio facis, amare perge.
Bene vale. Genevae. 7 febr. veteri nostro calendario 1588

Tuus Beza

Fido christi servo D. Constantino Fabricio, Norimbergensis Ecclesiae pastori apud Aegidium fratri observando.

XV

S. De rebus nostris & Gallicis per ordinarium tabellarium tibi et amicis scribam. Tantum igitur hisce tibi significo, curasse me ut francofurti cum his literis ad te transmittantur duo gallicorum nostrorum Bibliorum exemplaria in 4°: quorum unum sicut a me posterioris tuis literis petijsti, erit in tua potestate, cuius precium ex vestro librario cognosces, idest, quanti in nundinis venierint: alterum autem exemplar velim ut ad Dn. Monavium nostrum perferendum cures, una cum alterius nostrae ad fabellum responsionis exemplaribus tribus: nostrorum autem carminum duobus. Haec .n. simul accipies. Itidemque altera tria eiusdem illius nostrae responsionis exemplaria: quorum unum una cum uno carminum nostrorum exemplari tibi dono: Caetera, idest, duo nostrae responsionis & nostrorum carminum unum Dn. Durnhofero nostro velim in manus tradi. Et haec quidem nunc habui, quae tibi significarem, mi frater, Deum precatus ut tibi bonisque istic omnibus magis ac magis benedicat. Genevae. 12 Martij 1588.

Tuus Beza.

EIDEM

XVI

S. Mandavi, mi frater, librario nostro cuidam, ut francofurti tradenet in vestri manus non illa tantum quae petis Biblia, sed alia praeterea quaedam tibi & amicis missa, & prout ex meis ad te literis cognosces

distri

distribuenda. De rebus Gallicis extrema quaeq. meditantur & sedulo comparant hostes. Nostri contra sese ad quaevis sustinenda comparant. Tu vero, mi frater, & boni istic omnes perpetuis illos vestris precibus juvate. Quod ad nos privatim attinet, exercet nos magis ac magis vicinus princeps, cuius conatibus nisi Dominus Deus noster obsistat, vix fieri posse credo ut diutius vel ille iram continere, vel nos illatas ab ipso injurias ferre, ulla quantumvis ferrea patientia possimus. Nec per pontificem & Hispanum stabit, quo minus Helvetia quoque seipsam conscindat, ut nullus iam supersit orbis terrarum angulus, in quo Dominus iusta sua iudicia non exerceat. Faxit autem ille ut hac ipsius irae fornace non pereamus ut stipula, sed ut aurum excocti in ultimum illum felicissimum diem servemur. Bene vale charissime frater. Dns Jesus tibi tuisq laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 19 Martij 1588. Tuus Beza.

EIDEM.

XVII

S. Herj sub vesperam binas tuas accepi Berna reversus, in qua peregrinatione octodecim dies consumpsi, evocatus ad coactam ibi synodum, cuj tertium quoq Helveticarum primariarum Ecclesiarum: Tigurinae videlicet, Basiliensis & Scaphusianae nomine delecti interfuerunt: compescendis quibusdam turbis per quosdam excitatis, a quibus nova non pauca maximi momenti dogmata sparsa fuerant, & nisi tempestive excursum esset, certum periculum maximarum dissensionum omnibus harum regionum Ecclesiis imminebat, in

duobq

duobus praecipuis Christianae religionis capitibus, praedestinationis videlicet &
iustificationis. Vicit autem veritas, omnium fratrum delectorum unanimi
consensu confirmata, & accedente legitimi magistratus auctoritate sancita: uno
quidem ex illis, à quibus illa impugnabatur, deiecto ex sacri ministerij
gradu, alijs vero ultro veritati cedentibus. In eo conventu incredibilem
cepi voluptatem ex summorum virorum conspectu & sermonibus, idque
valde opportune, hoc iter videlicet ingressus decima huius mensis, quum
pridie charissimam uxorem meam, quinque dierum morbo in Domino de-
functam sepelivissem: feminam matronalibus omnibus virtutibus orna-
tam, quicum placidissime annos tantum triginta novem, menses quinque
dies viginti octo: nullis quidem unquam ex ea susceptis liberis, sed quae
sanctissimis maximisque virtutibus efficeret, ut hanc sterilitatem facile per-
ferrem, ut nihil in hac vita accidere mihi potuerit acerbius, & amicorum
consolatione nunquam magis indiguerim: annum mox ingressurus, si
Dominus dederit, septuagesimum, ac proinde tum demum amissa mihi,
ac pene incredibiliter studiosa uxore, quum eius auxilio maxime
indigerem: Sed benedictum esto Domini Dei nostri nomen. Quod
ad profanos illos attinet, de quibus ad me scripsisti, tam absurda sane
sunt quae de illis commemoras, & à Christianae fidei analogia prorsus
aliena, ut ne refutatione quidem indigere mihi videantur apud homines
vel

vel levissime in fidei christianae capitibus edoctos. Illa tamen in tuam gratiam attentius considerabo, ubi mihi licuerit turbatis meis omnibus rebus domesticis prospicere. Accepisse vero te arbitror francofurto, quae typographis meis illinc ad te mittenda, & amicis per te distribuenda, commisi: nec cerata est cur de Bibliorum illorum precio laborës. D. Drunkofero mittiorem opto corporis valetudinem: & bonis istic omnibus eam precor à Domino tum prudentiam tum constantiam, qua vobis opus esse vides. Peto et à te, ut harum exemplum ad Dom. Monavium mittere non graveris, ex quo intelligat, cur ipse hoc tempore singulis amicis respondere ex animi sententia non possim. Bene vale vir eximie, & observande frater. Dominus Jesus tuis & bonorum istic omnium laboribus ... cumulatissime benedicat. Genevae. ultima Aprilis, veteri calendario 1588.

Tuus Beza.

EIDEM.

XVIII

S. Quas ad te mitto velim ut Dno Monavio nostro quamprimum poteris reddendas cures. De Guisianorum desperatissima audacia, id est, occupata Lutetia, Regis post interfectos aliquot eius stipatores turpi fuga, & turbis horribilibus tota Gallia excitatis & excitandis plenius procul dubio ex Argentinensibus mercatoribus cognosces: Nec plura nunc possum. Bene vale mi frater. Genevae 14 Maij 1588.

Tuus Beza.

EIDEM

Quoniam

xix

S. Quoniam alia expeditiore via sum ad te scripturus, mi Constantine,
has idcirco duntaxat exarare ad te volui, ut cum iis Francofurto accipi-
as nonnullos libellos, ita, ut ex me prius quam tibi reddantur cognosces, amicis
distribuendos. Quod superest pacata adhuc satis apud nos omnia. Bene va-
le & nos, ut facis, amare perge. Eleutheropoli 27 Augusti 1588

Tuus Beza.

EIDEM

xx

S. Spero meas postremas fuisse tibi redditas, & istuc quoque Francofurto per-
lata exemplaria, de quibus quid fieri vellem ex iisdem meis literis cogno-
visti. Quas autem nunc ad te mitto, velim pro mutua nostra amicitia ut di-
ligenter cures. De rebus nostris: pendemus semper inter qualemcunque qua
nunc utimur cum vicino pacem & apertum bellum μετέωροι, quod sit cre-
dibile quieturum illum in his regionibus, qui alibi sit ausus Regem ip-
sum Gallum his civilibus bellis plus satis occupatum, intercepto Salassorum
Marchionatu vi aperta lacessere, audacter potius tamen quam sapienter, si Rex
vir erit. Is nunc apud Blesos oppidum ad Ligerim situm habet regni
comitia, in quibus iidem, nostris penitus exclusis sedent iudices & capitales
verae religionis hostes. Quid sit igitur ab iis expectandum nemo non vi-
det. Sed potens est Dominus Deus ille noster, sceleratorum consilia mo-
mento dissoluere. Et ipsa fortasse necessitas Regem ipsum, & maiorem
tertium regni statuum partem coget de pace aliqua saltem specie, potius
quam de persequendo septies iam tam infeliciter repetito bello cogitare. His-
pano praesertim post profligatam illam ipsius classem, principem deinceps

Hispa-

Hispano Gallis minime submitti stratuo, qui potius ipse custodiendis regnis
suis indigeat, praesertim si vera est Ducis Parmensis defectio, quam non pau-
ci affirmant. Sed ista quum adhuc in Dei consilio lateant, age dum ipsius
providentiae committamus, & in hoc unum simus intenti, ne cum impijs, quo-
rum plenus est universus mundus, in caulis peccemus. Quod utinam Serva-
tor ille noster pro immensa benignitate sua largiatur, quem etiam precor, ut
tibi tuoq. ministerio specialiter, magis ac magis benedicat. Tu vero vi-
cissim amare nos perge. Iterum vale. Genevae 15 octob. veteri calculo 1588

Quae ad te quidem de rebus nostris — Tuus Beza.
& Gallicis: ad D. Grindosarum nostrum de
Schmidelini ad Bernenses adventu scribo, tu meas ad D. Sto-
naeum nostrum literis inseras, illa quidem ex meis ad te, ista vero ex
meis ad D. Grindosarum exscripta. Si istic erit Dn. Chromius noster ve-
lim, ut ista quae de rebus nostris & Gallicis ad te & D. Grindosarum nunc scribo,
digneris cum illo traditis literis meis communicare: Sin vero istinc abest,
velim ut ea omnia cum meis ad ipsum literis ad D. Ston. nunc tuto transmittas.

119.

Ad Dnum Laurentium Dürnhofferum.

S. Accepisse te non dubito, mi observande frater, scriptiunculae cuiusdam
meae exemplar, mutuae nostrae coniunctionis perpetuum futurum μνημόσυνον.
De rebus nostris & Gallicis malim ex meis ad Dn. Constantinum nostrum cog-
noscas, ne tam tristia cogar iterare. Illis autem haec addo paulo laetiora.

Pri

Praeclarus ille non sacrae sed suae Theologiae Doctor, & Virginitatis Aposto-
lus Bernam venit legationis specie, quasi sui utriusque principis existima-
tione laesa in eo quod diceretur falsa Mompelgardensis disputationis Acta
edidisse (quod tamen non a principibus, sed ab ipso factum fuisse constat)
re ipsa vero, ut suscepto improbi illius in Bernensi Synodo damnati Hube-
ri, quem ipse exulem Tubingae magnifice excepit, patrocinio, & petita
disputandi venia, μῆλον ἔριδος illuc quoque conijceret, vel saltem quasi
congressu recusato, triumpharet. Sed hunc sceleratum ipsius conatum
elusit prudenter amplissimus Bernensis Senatus, dato responso, cuius
haec fuit summa: Principes de quorum pietate nemo dubitaret & quos
nemo falsitatis ullius accusarit, nulla defensione indigere. Sibi ta-
men videri potius oportuisse disputationis illius Acta, quae multis de-
signatis Scribae excepissent, supprimi, sicut inter ipsos disputantes con-
venerat. Et quod ad disputationis petitionem attinet, quum Hel-
veticae civitates veram religionem amplexae in communi confessione
sua sine ullis turbis acquiescant, minime se istis disputationibus
indigere; esse tamen pro sua in totam Ecclesiam studio, ea de re ad ci-
vitates socias scripturos. Sic igitur ille cum suis spe sua delusus,
nec sicuti petebat in maius, nempe Diacosiorum Concilium admis-
sus, domum rediijt, quum antea se Tigurinum quoque & Genevam
usque venturum iactaret. Tres autem Civitates audio Bernatibus
respondisse

respondisse, nullam cum istiusmodi veteratore conventum probari posse. Hac autem omnia, etsi fortasse aliunde plenius cognovisti, placuit tamen tibi perscribere, ut mecum etiam laeteris, quod sperare posse videamur futurum ut brevi Dominus istam spiritus erroris efficaciam coherceat. sicut iam in Saxonia & vicinis regionibus audio Illustrissimos princi-pes istam pseudotheologorum petulantiam coercere coepisse. Nacti est nunc certe domesticum satis acrem adversarium fabellus, quo cum colluctetur, Hefmannum videlicet, quem si convicerit, emerget certe utroque postea isto disputatore, suis ipsorum concertationibus, convicto, veritas. Nec enim magis stare omnipraesentia quam Multipraesentia, sive πολλαχου-σια quam πανταχουσια potest cum veri corporis Christi organici veritate, & essentiali corporis Christi cum pane coexistentia, atque adeo cum nostra Incarnationis, Ascensionis in caelos, & e caelis reversionis articulis, quorum-vis ex Ubiquitatis commento crassiores & apertiores oriuntur blas-phemiae. Sed de his plus satis. Ad valetudinem meam quod attinet, non est per Dei gratiam quod de illa conqueram, tale nunc eiusdem beneficio nactus senectutis huius meae subsidium, quali mihi potius sit opus. Utinam vero tibi, mi frater, tam commoda obtigisset senectus. Sed ferendum nobis quod admetitur ille qui nos iubet alio anhelare, & quae ipse videtur una contendere. Feceris autem mihi pergratum, si quorum te scripsisse, ut audio, marti secunda rursus. scribere

mq

neq. sine molestia dictare literas patiatur, tu me saltem per D. Constantinum nostrum de tuae valetudinis statu subinde certiorem feceris. Bene vale Vir ornatissime & summe observande frater. Dominus Jesus tibi, tuisq. omnibus, & sancto ministerio tuo magis ac magis benedicat. Genevae. 15 Octobr. vetere calculo 1588

Tuus Beza

Ad D. Esromum Rudingerum &c.

S. D. Varie me affecerunt literae tuae, valde sero quidem illae mihi redditae: et quibus nunc satis sero respondeo. Nam quod adhuc vivis, Ecclesiae gratulor, cuius non dubito, quin & verbis & scriptis, quantum quidem potes, & precibus assiduis inprimis prosis. Quae quidem quanti sit apud Dominum momenti apparet ex illo suavissimo Dei & Abrahami colloquio Genes. 18. Certe quod in tam desperata hominum perricacia adhuc subsistit aliquis angulus in quo pure nomen Dei invocetur, paucilorum aliquot piorum adhuc superstitum precibus secundum ipsam Dei misericordiam acceptum fero. Tuis autem diuturnis & tam gravibus doloribus totus συμπάσχω, sicut christiana charitas jubet: Sed Deo gratias ingentes ago, quod in hac tanta corporis imbecillitate, tantum & tam sanctum animi robur suppeditet. quantum illud fuisse animadverto ex suavissimis istis versicu-

lis

lis, vere tibi non ab illo profano poëtico, sed vere ex Dei spiritu dictatis, quibus suavissimae uxori tuae parentasti. Ego vero sicuti singulari Dei beneficio satis valentem & commodam corporis valetudinem sum nactus, ita quod ad illam animi fortitudinem attinet, plurimum abesse me fateor ab illa quam in te conspicio, ut qui amissa itidem meritis suis innumerabilibus charissima coniuge Claudia Denosa, quacum, ut fidissima comite, annos pene totos quadraginta in hoc exilio meo felicissime transegi, ne voculam quidem adhuc a me extorquere ad tuae potuerim, quâ ipse me in hoc iustissimo luctu consolarer. Macte igitur esto hac virtute, vir optime, & eadem inferendis ceteris, Deo favente, utare: quod ab illo tibi minime fictis precibus expto, tandiu per donum in communi illa vere nostra patria nobis & tot sanctis animabus nostra etiam memoria illic apud Servatorem nostrum felicissime collectis occurramus. De rebus autem tam meis privatis quam publicis, itemque Gallicis ex D. Monamo nostro planissime cognosces. Dominus Iesus quam clementissime te respiciat, soletur, foveat, recreet, ut quam felicissimus tibi sit omnium istarum miseriarum exitus. Iterum vale, & me virissim amare & precibus tuis adiuvare perge, Vir eximie & summe observande frater. Genevae 15 Octob. veteri calculo 1588

Tuus Beza

Dno Constantino Fabricio

Exana

S. Exemplaria illa gaudeo tibi fuisse reddita, mi frater, & quibus opta-
rij abs te distributa. Quod ad quaestiones illas attinet, mihi iampridem abs
te propositas, rogo te, mi frater, quod nunc quidem illas tuas literas reperire
inter schedas meas non potuerim, ut illas apud me repetere non graveris,
quibus statim me responsurum tibi polliceor, rogans ut tarditatem istam
meam boni consulere ne graveris. Perditissimum illum Samuelem tamen non
miror ausum fuisse pro inaudita illa sua impudentia istud apud vestra-
tes tentare de quo scribis, & gaudeo sic illi fuisse responsum ut ipsius
improbitas meretur. Quid autem Bernae quoque tentarit, eiusque pro-
fessus & sui principis autoritate turpiter abutens intellexisse te non dubito,
itidemque quomodo Dominus sceleratos istius conatus fregerit. Dominum
autem confido non esse permissurum, ut istius hominis desperata malitia
impune tot annos, tot principes & magistratus alioqui pios, tot etiam
Ecclesijs & scholis fascinarit. Nos interea in propugnanda veritate
munere & officio nostro non desimus. Bene vale, mi observande fra-
ter, una cum amicis, quos a me nominari necesse non est, inter quos
velim speciatim D. Esromum officiosissime ex me salutari, cui reddi-
tas confido quas ad illum non ita pridem dedi. Dominus Iesus te
custodiat ab omni malo. Genevae. 12 Novemb. 1588.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. Literas tuas vicesima prima Decembris datas, hodie adveniente & abitu rienti vestro tabellario accepi, ut ad tuas illas quaestiones cogar responsionem in alteram hebdomadam differre, si modo responsionem ullam merentur. Tuas autem appello, non quod abs te profectas putem, quum non dubitem quin optime in his eruditum, sed quod illas in tuis ad me literis annotaris. De fratello non est quod miremur illum satagere, quum eum magis ac magis urgeat tum antractorum tot scelerum conscientia, tum divinitus ac fortassis etiam humanitus premat poenae impendentis metus. Precandus est autem vobis Dominus etiam atque etiam, ut quemadmodum hic perditus homo amplissimo vestro magistratuj fictae capit, sic etiam tetri ipsius errores paulatim horreri esse incipiant. Et quum recte omnino conijcias nihil aliud illum moliri in hac desperatione quam ut aquam turbet: danda vobis est opera ut eius conatibus tempestive occurratis. In summa, Non cessante Sathana modis omnibus domi & foris nos oppugnare, pudeat nos minus esse in tuenda veritate constantes quam isti sunt in confirmando & propagando mendacio pertinaces. De rebus Gallicis, Ecce, quum ad summum fastigium evectus esset Guisius, nec iam aliud superesset quam ut externam quoque Gallici regni coronam capiti suo imponeret, Rex, detectis tandem omnium coniuratorum consilijs, mactandum illum a suis custodibus decima tertia Decembris curavit

calculo

calculo) in ipsa Basilica, in qua concilium coegerant, aditu curavit: &
mox praecipuos ex coniuratis, in hoc concilio maxima ex parte adstantes
in arctissimos carceres compingi iussit. Nocte vero diem illum insequente
mulctatus est capite Guisij frater Cardinalis. Tertius illius perditissimae
stirpis frater Dux Dumainius Lugduni iampridem haerens, ut belli ad-
versus nostros Delphinates gerendi specie, urbem illam Galliae regni clavem
vel occuparet ipse, vel Sabaudo, ut aiunt, traderet, de his rebus praemoni-
tus, fuga sese in munitissimum Burgundiae oppidum recepit. Aurelij
& Parisienses, hoc accepto nuncio tam insperato, tumultuari, detractis
etiam quibusdam Regis imaginibus, caeperunt. Et certum est hanc coniu-
rationem tam alte radices, praepostera Regis ipsius patientia, egisse, ut ma-
ximae supersint atque adeo insuperabiles ad componendum regnum difficulta-
tes, nisi Rex eadem qua coepit, magnanimitate pergat. Eodem tempo-
re vicinus noster, Socii viribus & Coniuratorum audacia fretus, quum in vi-
cina Bernensi ditione [illegible] auro corrupisset, fecit admirabilis illa
Dei providentia, ut eo ipso pene die, quo Blesis acta sunt ista, patefactae
sint Bernensibus insidiae. qui statim missis ad tuendos fines militibus
& proditoribus nonnullis interceptis, nunc quid sibi sit agendum deli-
berant. Nos interea qui sumus Helena illa, cui vicinus praecipue
inhiat, vicini partibus magis ac magis coarctati, magnis difficultati-
bus

bus laboramus, atque adeo, ut paucis dicam, dietim inter pacem & bellum pendemus. Navarrenus interea, Dei beneficio, magis ac magis fortem se praebet, recepto etiam nuper in deditionem munitissimo Pictonum oppido, quod Niortium vocant; pacem quidem salva conscientia, imo etiam sese suaque omnia Regi offerens, & quod ad Religionis causam attinet, nationalem Synodum legitimam postulans, sed interea sese ad sustinendum parans quicquid in ipsum deinceps decretum fuerit. Haec omnia, mi frater, velim a te pro certissimis accipi, & amicis omnibus etiam remotissimis significari, ut cum ardentissimis precibus & Galliam ipsam, & Helvetiam, cum hac inprimis Civitate, Deo opt. max. si unquam alias, commendetis. Bene vale observande frater. Genevae Calendis Januarij annum millesimum quingentesimum octogesimum nonum inchoantibus, quem pijs omnibus [illegible] maxime prosperum precor.

Tuus Beza.

EIDEM

XXIII

X

S. Hebdomade superiore literas tuas accepi, ad 18 diem superioris mensis datas. Quod ad Fabellum attinet, mirarer hoc illum agere quod agit si aliud nosset agere. Quod si mihi hac in re fides haberetur, nullum inveniret qui responso illum dignaretur, ut se dignum esse omnium contemptu intelligens, tandem non alios cum seipsum scriptitando fatigaret. Vicini nostri per quos Helveticas etiam caetenas adulet [illegible] nebulo sperare putabam posse

posse, Utinam vestrorum exemplum sequerentur non ipsi tantum qui me re-
gente quidem dignus est, sed ipsis quoque principibus quorum credulitate
tam diu abutitur, tam pravise respondeant, ut omnis [illegible] ipsi prae-
cludatur. Quod ad illum attinet, quem mihi tam graphice describis, do-
leo sane vehementer, & illius inprimis & vestram vicem, sed illud etiam
multo magis quod deesse istic communire vel ab Ecclesia, vel a magistra-
tu petendum subsidium video. Superest ergo vobis hoc unum, ut in-
tegra conscientia pergatis, & cum non potestis quicquid velle multis, hoc
praestetis quod pie simul & prudenter potestis, rei totius exitu illi com-
mitto qui solus potest illis malis prospicere & certe suo tempore pro-
spiciet. De illis capitibus, quae me nunc quidem solo respontum
memini, quod non sit adversus principia negantes disputandum, rogo te ut
aequo animo feras, quod me nunc quidem respondeam, in horibus & ma-
gis serijs occupatus. Sed exibit hisce nundinis scriptum hisce de rebus
quod ut istis ad Ecclesias turbandas natis os non occludat: simul tamen,
ut spero, omnibus veritatem quaerentibus suppeditabit, quod non tantum
illi satisfaciat, verum etiam illis suggerat quod turbatoribus respondeant.
De Gallicis rebus perturbatissimis ex scheda cognosces literis istis in-
clusa, quam velim ut ad D. Monavium nostrum etiam mittas; sic
occupatus eram cum haec scriberem, ut nec illi, nec pluribus alijs amicis pos-

sim

sim nunc quidem respondere. Dnm autem Thomam nostrum velim ut specialim ex me quam officiosissime salutes, et illi ingentes gratias agas quod tam amicis et elegantibus versiculis charissimae defunctae meae uxoris memoriam menti meae altius magis ac magis infixerit: cui sane singulari Dei beneficio successit altera, cuiusmodi in hac mea senectute mihi opus fuit. De Brocardo impostore illo enthusiasmum simulante, et tam diu, tamque aperte sacras literas scriptis etiam impurissimis profanante, nec aliunde quam ex isti impudentissimae et profanissimae impuritatis plenis cuiusdam vicitante, miror vel istic vel alibi ullam fieri mentionem. Neque dubito quin istum hominem, et qui illum foveant Deus iusto tandem iudicio castigabit. quod a me responsum serio te non expectasse rogo tamen ut tanquam ab amico fratre non temere profectum aequo animo accipias. Bene vale charissime frater, et me perge vicissim opt. max. Deo, ut et res hic omnes nostras assiduis precibus commendare.

Genevae 4 feb. 1589

Tuus Beza.

De rebus Gallicis unde mi frater, quo usque exarserit sceleratorum furor, et mirum Dei providentiam admirare. Guisio et fratre istius Cardinale tandem insperato regis mandato, quem ipsi paulo post, uti constat, vel caedi, vel Monachisterio destinarant, trucidatis: et Regina matre

paulo

paulo post ex maerore mortua, Parisienses tot inexpiabilium scelerum sibi conscij, praeeunte ipsorum furori Sorbonico collegio, sese & suos oẽs Catholicos quos vocant, ab omnis subiectionis sacramento absolutos pronunciant, arces regias invadunt, Regis imagines deturbant, lacerant, patibulis affigunt appendunt, sigillum regium confringunt, Senatores oẽs integrae famae in carceres detrudunt, interfecturi quoq. e vestigio, nisi captivus illis, quos adhuc Rex asservat, metuissent: ad Hispanum, ad Parmensem, ad Pontificem missis legatis scribunt, ut deturbato tam perfido, quem vocant, tyranno, perditis Galliae rebus consulant: potentissimas quasq. Galliae civitates orant, obsecrant, obtestantur, ut sibi in ea re tam necessaria assentientes, Interregem communi consilio designent: id quod etiam a non paucis impetrant, quibusdam praeterea vacillantibus. Rex interea malo quorundam consilio, dilata iusti exercitus ad seditiosorum furores compescendos collectione, Blesis haerens, captivis Ambosiam ut munitiorem arcem traductis, quas potest copias sero cogit, quas tamen magnas & firmas fore speramus. Dumenius autem cum aliquot cohortibus, occupatis paene omnibus Burgundiae oppidis & Trecarum in Campania potente civitate, Aureliam ingressus quae Blesis unius tantum diei itinere distat, palam ipsi quoq. regi minatur. Altera denique ex

parte

parte Sabaudus occupato Salossorum Marchionatu, et aliquot Delphinorum arcibus minime contentus, validis undique summissis praesidiis, Matisconensibus ad Ararin vna ex parte, ab altera vero nobis et Bernensi ditioni totius imminet. En, quam refert Gallia irritorum adversus Christi Ecclesias consiliorum mercedem! Navarrenus interea iste, suaque omnia ad tuendum Regni statum offerens, ad hunc usque diem non est auditus, et quamvis nullum pene iam habeat hostem oppositum: tamen subsidit, ne videatur et ipse vnus ex regis hostibus, minime tamen animo fractus, neque, quod patietur conscientia, offerentes sese occasionis neglecturus opportunissimae cum et de Christi gloria, et de privata quoque ipsius re, nempe de regno cuius nunc proximus est haeres, agatur. En paucis praesentem miserrimae Galliae statum, quae sive in partes laceretur, quod coniurati sperant, sive quod a multis annis Hispanus Gallicarum turbarum fautor expectat, ipsi in praedam cedat, horrendam certe terrarum orbi mutationem adferet: Cuius propterea status, tum propter Ecclesias, tum ob totius regni statum, totiusque publicae orbis terrarum tranquillitatis causa, Vicinarum omnium gentium ope merito videtur adiuvandus, et quidem in primis piorum omnium precibus commendandus.

EIDEM.

xxiiii S. De rebus Gallicis et nostris ex ijs cognosces quas D. Monamo nostro inscribo

inscribo, & resignandi tibi potestatem facio, bona, ut spero, cum ipsius venia:
sed ea lege, ut cum Ursilo & Erasmo nostro abs te communicentur quae
sunt extra Gallicarum & nostrarum rerum narrationem. De vestro illo,
de quo multa & quidem valde ingrata, non ita pridem scripsisti, doleo
sane vehementer, sed quid hic sint meae literae valiturae non video, Veri-
tus potius ne si liberius aliquid ad ipsum scripsero, non modo non commo-
veatur, sed etiam contentionum occasionem istic arripiat. Itaque adhuc sile-
xi. Bene vale mi carissime frater. Dominus Iesus tibi, tuisque
sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae Cal. April. 1589.
D. Erasmum, cui facilia omnia precor, Tuus Beza.
velim ex me quam officiosissime salutari.

EIDEM

xxv

S. Scripsi tibi, mi frater, de nostra huius prorsus necessaria defen-
sionis causa, susceptique belli initijs, nec dubito quin aliunde istic ag-
noveritis de tali ipsius ad quartum usque mensem progressu, & ex pau-
corum nostrorum adversus decies potentiorem hostem fortitudine, ut non
potuerimus non sperare brevem & felicem illius exitum. Interea vero
varijs artibus eliso sociorum Bernensium praevalido exercitu, & si non
prorsus malis, certe valde insipientibus quorundam intercedentium con-
silijs factum est ut hostis ille noster recepto animo & communitis per
induciae

induciias suis castellis, ac sese ultro dissipantibus suorum copijs, prius a-
missa jam maxima ex parte receperit: Nec jam aliud quam arctam
obsidionem expectemus, eo graviorem, quod annona superioris anni fere
omni consumpta, intersa messe, spe vindemiae nulla, exhausto aerario,
nulla futura in proximum annum in regione circumiecta nec aratione
nec satione, satis intelligas, mi frater, quam multa quam acerba nobis pro fo-
ribus immineant. Oro igitur & obtestor bonos & pios istic omnes ut pre-
ces pro nobis assiduas & ardentes intendant. Opprimor autem
specialiter tam multis & tam anxijs curis, ut facile excusationem apud
amicos inveniam, quod scribere iam intermiserim per unum & alterum
mensem, & ne nunc quidem sigillatim ad hos & illos scribam, quibus
enim velim, ut & istic & longius, ac praesertim cum D Monano nostro
& D Ponicero per te communicentur, prout expedire indicabis. Ego ad
extrema quaeque me comparo, in eo me consolans, quod nobis per Dei
gratiam crescere potius quam imminui animum videam, ab unius Dei pro
videntia pendentem, nec ut spero quicquam nomine Christiano indignum
admissurum. Cum autem mihi consulerint Domini meas in
librum commentationes absolvere, ac etiam edere, argumenti istis tempo
ribus pertinens necessarij, quatuor illorum exemplaria ex proximis fr.
fortibus nundinis accipies, unum ut tibi dicatum, alterum D
Turnofero, tertium D Monano, quartum D Ponicero, addita per te officio

sultima

sissima meo nomine commendatione tuerus mittendum: quod erit for-
tasse postremum meae cum vobis fraternae in Domino coniunctionis testimo-
nium. Peto et abs te aliud, nempe ut fasciculum ipsi adiunctum &
D Calendrino inscriptum, simul atque ex nuntiis fuerit reversus, in ma-
nus tradas. Bene vale observande frater, & nos precibus tuis adjuva.
Dominus Jesus tibi sanctisque tuis laboribus magis ac magis benedicat.
Geneva. 27 Aug. 1589. Tuus Beza.

Reverendo Viro & pietate tum doctrina praestanti, Dno
Christophoro Pezelio, sacrae Theologiae in Ecclesia
Bremensi Doctori, Domino & fratri summe obs.

S D. Ego vero, Reverende Vir, non tantum agrestis & omnis humanitatis
expers, verum etiam plane fuerim ingratus, nisi te vicissim amem, ut pote
cui quantumvis immerenti tantum tamen tribuas, sicut ex tuis ad Dn.
Eitzchinum nostrum literis cognovi, ut meum de tuis scriptis iudicium requi-
ras. Ad hanc autem petitionem tuam hoc unum habeo quod respondeam:
Consuevisse me ad exactas illas tuas & tui similium, qui sane per-
pauci sunt, scriptiones, non ut censorem sed ut magni illius & vere beatae
memoriae Dn. Philippi Melanthonis γνησίων discipulorum discipulum
accedere. Perplacet autem mihi mirum in modum, quod sine adula-
tione dico, in tuis illis scriptis non tantum diligentia iudicij plena, sed
etiam

etiam inprimis puritas istius doctrinae, & orationis perspicuitas. Et quod
ad duos illos locos attinet, quos specialim mihi Eutychius noster in tuis lit-
teris ostendit, & Ego jam antea diligenter perlegeram, sic illos laudo, ut sta-
tuam non potuisse res istas meliore fide & majore prudentia tractari, nec
à te deligi commodius atque adeo magis necessarium ad conciliandam Ec-
clesiarum pacem argumentum. Minime tamen dubito quin isti, quibus
certum est suam existimationem pessimis artibus quaesitam desperata
pertinacia tueri, magnas hic tibi lites moveant: Sed quid agas?
nostra haec conditio est; & haereses esse oportet, ut qui probi sunt mani-
festi fiant: Tantum tribuat hoc nobis Dominus Deus noster, ut tam si-
mus in patefacienda & ipsis etiam caecis demonstranda veritatis luce con-
stantes, quam illi sunt in ea obscuranda & figmentis suis fucanda perti-
naces: sentientque tandem haud dubie, quod per Esaiam Dominus tot an-
te seculis est interminatus, & infinitis iudicijs confirmavit, tenebras
pro luce statuentibus, & lucem pro tenebris. Sed & illud nos adver-
sus ipsos Satanae satellites, quod cuidam jam olim tui similis respondi.
Summa boni laus est displicuisse malis. Caeterum Nasonem il-
lum Ecclesiae vestrae turbatorem valde gaudeo dentem, ut ait ille,
solido impegisse, sicut ex vestrae adversus istius calumnias apologiae
praefatione cognovi, quam optimus Eutychius noster est mihi latine in-
terpretatus. Eandem tragoediam per emissarios nonnullos conatus est

Satan

Satan jam olim inter Tigurinos carissimos fratres & Dominum Calvi
num beatæ memoriæ excitare, edita postea, anno videlicet XLIX
utriusque Ecclesiæ consensione mutua abolitam. Sed ne sic quidem Satan
conquievit, adeo ut parum admodum abfuerit, quin anno LXXII
hac occasione eadem Ecclesia Tigurina per malè feriatum quendam, cuius
nomini nunc demeritò parco, cum Gallicis & hac nostra committeretur:
Sed re tota intellecta, sicut ex epistola nostra quinta & sexagesima quin-
ta, si tibi videbitur, agnosces, irritus etiam hic fuit Sathanæ conatus,
adeo ut nihil ab eo tempore fuerit his omnibus Ecclesijs coniunctius:
quam consensionem perpetuam fore confido. Idem sperare me iubet
haec tua, reverende Vir, & tui similium pietas & eruditio singularis,
tot egregijs testimonijs confirmata, quam spem & expectationem nostram
utinam Dominus ille bonus & clementissimus servator noster ratam
esse velit. Nos quidem certè, quod rebus maximè pertinere tum esse
velim, huic rei procurandæ & promovendæ nunquam sumus, deo fa-
vente defuturi. Bene vale reverende Vir cum universo sancto
vestro collegio. Dominus letus tam suarum promissionum memor
quam nostrorum peccatorum oblitus propter sanctum nomen suum, cohi-
bita Satanæ rabie, tam truculenter vexatas & quasi ad extremum
redactas tot Ecclesias tueatur, pijs principibus & magistratibus illarum
nutritijs benedicat, veros pastores cum suis gregibus conservet; tuos

denique

denique sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 12 Novemb. 1588. Theod. Beza.

D. Constantino Fabricio.

XXVI

S. Non dubito, mi frater, quin facilem apud te et caeteros amicos excusationem ἀπροσηγορίας mihi praebeant istae quibus totos jam pene menses novem jactamur tempestates, quum praesertim ad nos usq. veredarij vestri non amplius ventitent. Vos autem quibus pax nunc conceditur, ne quaeso nos et literis ad constantiam cohortari, & praecipue quam ardentissimis precibus apud Dominum & Servatorem nostrum adjuvare ne desistite. De rerum nostrarum statu ex ijs rogno[...]ces, quibus ad postremas Domini M.ri vestri mihi abs te missas respondeo, quarum resignandarum & postea mox ad ipsum mittendarum potestatem tibi facio. Bene vale cum bonis & nostri istic amantibus omnibus, inter quos velim et Dnum Etronium nominatim quam officiosissime meo nomine salutes. Genevae 15 Decembris veteri calculo. 1589. T.uus Beza.

EIDEM.

XXVII

S. Spero tibi, mi frater, redditas, quas non ita pridem ad Te dedi, additis etiam alteris ad D. Monavium nostrum, unde cognoscere potuisti rerum nostrarum statum. Ab eo tempore eadem semper nobis benignissimi Dei manus adfuit, hoste non semel, sed iterum ac tertio, atq.

adeo quotics nostris occurrit, amissis & captis etiam non paucis, repulsi. Sed cum eæ vires nostræ non sint, quibus illum subinde copias nouas submittentem, penitus profligare possimus, ambigi non potest, quin, nisi Gallus, cui per Dei gratiam res omnes ex animi sententia aduersus Coniuratos suos succedunt, istis copijs illum intra ipsam Sabaudiam adoriatur, & aliquo nos praeterea non contemnendo subsidio iuuet, longe maxima tempestas proxime nunc sit nobis subeunda. Etsi vero ille tum nomine tum reipsa Christianissimus ac religiosissimus Princeps, ac proinde volens fidei suæ minime defuturus, vtrumque nobis prolixe pollicetur, tamen in vnicum Deum seruatorem nostrum spes nostra est omnis defixa: quem obsecro Te, bonosque istic & nostri ecclesiae amantes precor, vt magis etiam quam vnquam antea sollicite pro nobis assiduis precibus interpellare non desinatis. Caeterum, obseruande frater, aliud etiam est in quo praesentem operam tuam, & omnium istic nostri amantium fratrum desidero. Cum enim nihil aeque hic nos vrgeat, & deinceps nobis omni parte intolerabili futurum videatur, atque familiarum ad extremam inopiam, crudelitate & perfidia vilissimi tyranni redactarum numerus tantus, non tantum indigenarum, sed etiam exterarum, nempe Gallicarum & Italicarum, vt illis nos tenuissime, si diutius ab hoste, instauratis subinde praedijs

circumsideamur

circumsideamur, alendis, par esse non possit haec civitas: cogit nos, praesertim peregrinos (nec civibus, a quibus tam humaniter excipim. & eadem calamitate prius oppressis, oneri simus) Ecclesiam peregrinorum quae istic est, & de cuius charitate ambigere non possumus, precibus interpellare: quod omne negocium, quoniam futurum confido, ut ex communibus nostri Gallici & Italici Collegij ad peregrinorum coetum qui istic est, scriptis literis plenius intelliges: rogo te etiam atq. etiam ut nos, apud quos cunq. istic poteris, consilio, & Christiana intercessione iuves: quod quoniam ultro facturum te, pro Christiana charitate tua non dubito, pluribus mihi verbis opus est, id tibi commendare. Bene Vale Vir eximie & summe observande frater. Dominus Iesus tibi tuisq. sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 9 Januarij: Anno 1590 ineunte. quem tibi totiq. Ecclesiae vestrae felicem & tranquillum precor. T. Beza.

Viro tum pietate, tum doctrina claro D
Bartholomaeo Chavico J U D, in Academia Sorbestensi Juris civilis professori, dno & amico observando.

S D. Recte facis, quod mutuae amicitiae & coniunctionis nostrae memoriam conservas: nec sane necesse fuit, ut apud me reponderum tuum a nobis

à nobis discessum excusares. Nec enim vera amicitia tantillo facto offenditur, vel tam angustis finibus continetur. Itaq. velim tibi persuadeas, te vicissim à me, propter eximias dotes, quas in te à Domino collatas perspexisse mihi videor, amari: neq. me unquam commissurum, ut ullam in me amicitiae officium desideres. Quod ad Thrasonem illum attinet, à quo tam petulanter sum impetitus, aliquid illi superioribus nundinis respondi, serò prorsus ad nos perlatis ipsius λοιδορίαις. Alteram meae responsionis partem, quam prae manibus habebam, gravissimus ischij cruciatus, qui me toto superiori mense exercuit, et manus quoq. nervos sic affecit, ut alienam operam adhibere nunc cogar, ab rumpere me illam, et alia quaedam à me inchoata coegit: Et fateor me nunc invitum ad hoc scribendi genus accedere: quod nullum esse videam istiusmodi scriptionum finem, et in hac extrema aetate mea, tranquillioribus studijs dedere meipsum cupiam: sic tamen, ut nunquam, Deo favente, defensioni veritatis sim defuturus. Defensione vestrorum Theologorum, ut solide et nervose scripta, magnopere sum delectatus, et Deo gratias ingentes ago, quod tam necessario tempore tales, tantosq. pietatis et doctrinae homines excitavit, quos istis Gigantibus opponeret: et Anhaltinorum principum illustrissima familia

tot avitas heroicas virtutes plurimum gratulor. Ad D. Brusmanni vero carmen mihi abs te missum quod attinet, ingenue testor, nullum me ποιημάτιον a quoque Germano poëta, nostris aut priscis etiam temporibus scriptum legisse, cum isto comparandum, sive inventionem argumenti, sive dictionis puritatem, sive denique numeros argumento & huic versuum generi plane convenientes & accomodatos spectes: ut mihi quidem vir ille, quicquid scribendum susceperit, accedente ad ingenii bonitatem eruditione, perficere posse videatur. Tu quoque quantum in hoc scribendi genere valeas res ipsa ostendit. Videte igitur, ut haec praeclara Dei dona, ad ipsius laudem & gloriam excolatis. Ad res nostras quod attinet, eadem adhuc manent, singulari Dei beneficio, Germania, vicino principe nihil aperte nunc quidem moliente. Is brevi futurus est Hispani gener, quod coniugium utinam nullas secum turbas trahat. In Gallia paulatim instaurantur Ecclesiae, animos illis addente Navarreno, proximo nunc Regni haerede declarato. Haec nunc habui quae ad te scriberem, Dominum precatus, Vir eximie & frater observande, ut te cunctis Sancti sui spiritus donis auctum felicissime conservet, tuaque studiis omnibus (?) cumulatissime benedicat. Collegas omnes tuos constanter & fideliter in opere Domini versantes, & quidem nominatim

D

D Bersmannum rogo te etiam atq. etiam ut ex me officiose salutes. Genevæ 27 Augusti Aº 84.

Tuus Beza: tremula, sicut vides, manu.

xxviii

Fido Iesu Christi servo D Constantino Fabricio: Norimbergensis Ecclesiæ fido pastori, fratri ac symmystæ summe observando.

S Valde gaudeo meas utrasq. fuisse tibi bona fide redditas, sicut ex tuis cognovi, 19º superioris mensis datis. De illa pro peregrinis nostris intercessione existimo rem totam fuisse ei ipsi commissam, quem mihi nominas, nempe D Cæsari Calandrino, cui rem totam summæ curæ fuisse non dubito. Quod autem de altero illo sæpe apud me repetijsti, vehementer mihi dolet hæc Ecclesiæ vestræ macula, & libenter ex te cognovevim si quo modo possit remedium huic malo afferri, quo etiam consilio hactenus mihi ea ... ne nunc etiam puto, ne a me abalienetur. Quod addis aliunde abs te intellectum agi in aula Saxonis de magnis illis viris antiquis suis stationi restituendis utinam jam id esset confectum. Quod si Galliæ concesserit benignissimus ille Deus Dominus & Servator noster, ut pacato regno potiatur, quem Dei manus mirabiliter ei promexit, nihil non ausim sperare de Papatus exscidio, & de Germaniæ ac Galliæ Ecclesijs pura tandem veritatis confessione consociandis, quas religionem pro

cul

cui dubio gentes sequentur. Tantum vereor ne beneficium istud magis ac
magis remoretur cognitae veritatis contemptus, quem passim crescere animad
verto. Smidelinum post rem tam bene gestam mors scilicet ad trium
phum abripuit: quales autem successores reliquerit, & quid sit nobis nihilo
minus ab illa cloaca deinceps expectandum, ostendit foedum illud scriptum
nebulonis illius Huberi, non Mompelgardici, ut tu putas, sed Bernensis
apostatae, quem in disputatione Bernensi publice fractum, & aliquanto
post Senatusconsulto eiectum, nunc rursum mirarer mutire audere, ne
dum latrare, nisi constaret omnibus aliquo iudicio praeditis, praecipuum
religionis istorum hominum caput esse Nihil pudere, quos tandem sa
tis sui mores ulciscentur. De rebus nostris, hostes quoties appari
erunt, toties non tam certe nostrorum paucissimorum ac infirmissimo
rum manu, quam mere divinitus repulsi in sua propugnacula compulsi,
ibidem irruptione facta victi & partim caesi, partim ad faciendam de
ditionem coacti, iam sese intra duo, quae supersunt illis, propugna
cula continent. Bellum interea protrahitur, manet inculta regio
circumjacens: hosti, quem procul dubio socer Hispanus non deseret,
quatinus ad nos maioribus quam antea viribus adoriendos conceditur:
tantis, tam diuturno bello necessariis sumptibus prorsus impares sumus.
Vides igitur, mi frater, quamque nos magis bonorum precibus indi-

geamus

guisse, ac etiam undiquaque arrogato subsidio. Et certe Gallum re &
nomine Christianissimum, & quicum bellum istud est commune, ipsius
etiam auspicijs ceptum, ubi, quod brevi futurum non temere speramus,
perditos illos HispanoGallos si non perdomuerit, saltem timere desierit
(fuit enim certe terribilis illa conspiratio) confidimus nec sibi nec no-
bis defuturum. Confoederatos autem vicinos admirabiliter Dominus
superioribus diebus à pace, de cuius conditionibus jam convenerat cum
Sabaudo iucunda usque adeo avertit, ut optima quaeque & ab istis, & à
tribus reliquis Evangelium nobiscum profitentibus Civitatibus Helveticis
adversus communem hostem expectemus. Sed utcunque ista cadant,
tota spes nostra in unico Deo Domino & servatore nostro sita est, para-
tissimis nobis per ipsius gratiam, quodcunque nobis imposuerit onus sub-
ire. Ecce vero dum hic certamus cum carne & sanguine, ali-
ud bellum nobis Satan, ac mihi quidem privatim gerendum, renovavit,
quum nihil minus expectarem, sicut plenissime ex hoc nostro scripto,
cuius exemplum fraterno studio accipies, & illi praefixa praefatione cognosces.
Accipies autem duo praeterea istius exemplaria, quae velim ut mox
ad D. Musculum nostrum perferenda cures, missis interim ad eum
literis, quas una cum istis accepturum te confido. Quod autem
attinet ad locum illum ex meis annotationibus in epistolam Pauli

Rom

Rom. 1, 3. ubi scribo Christum non assumpsisse animam ex Virgine, sed corporis duntaxat substantiam, non est istud sic accipiendum, quasi Apollinarii delirio faveam, qui Christi corpus non ab humana anima, sed à verbi Deitate animatum fuisse somniavit: sed hoc dictum volui, & satis aperte, ut opinor, dixi, animam humanam Christi non esse ex anima Virginis tradutam desumptam, quamvis non ignorem, quid de animae origine ex traduce Veteres nonnulli, et post D. Lutherum ex recentioribus non pauci sentiant, sed quos plane mihi persuasi nec verbi divini authoritate nec ratione ulla niti: quâ de re poteris, si vales, epistolam meam XXXXI^m consulere. Bene vale summe observande frater. Dominus Iesus tibi semperque tuo ministerio magis ac magis benedicat. Genevae. 23 Martij 1590

Tuus Beza

Intellexi ex D. Monavio nostro penes te esse quoddam D. Peuceri nostri scriptum magni precij, cuiusmodi sunt omnia quae à tanto viro proficiscuntur. feceris autem mihi pergratum, nec ipsi D. Peucero, ut spero ingratum, si quod eius exemplum ad me miseris.

Postquam istas dictassem, redditae sunt mihi tuae datae VI Martij. Quae si nistra de Gallo sunt istic nunciata, mera sunt scelera istorum mendacia. Vivit .n. Dei beneficio tum corpore tum spiritu, & quoties pugnavit feliciter victor, Parisios & Rotomagum circumsidet. Servet illum Dominus & ad dextram & ad sinistram.

EIDEM

S. Aliquot jam hebdomadibus ita me exercuit subinde recurrens Ischij dolor, ut ne dictare quidem ad amicas literas potuerim: ac ne nunc quidem, accedente praesertim virium imbecillitate, pluribus aut longioribus dictandis sufficiam, quod velim abs te tum D. Esromo tum alijs istic amicis, ac inprimis D. Monavio, & per illum etiam D. Penzero significari, partim ne tam diuturnum meum silentium aegre ferant, partim ut tanto ardentius pro tota hac civitate & Ecclesia valde laborante, Deum opt. maximum interpellent. Etsi .n. valde se nobis benignum & admirabilem praebuit hoc toto quindecim mensium bello omnipotens ille Exercituum Deus, tamen tantis factis sumtibus quantos vix credideris, totoq. territorio ad aliquot milliaria circumjacente, ita plusquam Turcica & Tartarica immanitate vastato, ut non aedificijs, non sexui, non aetati truculentissimus tyrannus parcat: civitate deniq. miserrimorum rusticorum reliquijs redundante, quos neq. pascere nos annonae deficientis penuria patitur, nec ejicere charitas Christiana sinit, satis intelligis, mi frater, quae nos miseriae & calamitates circumstent. Confidimus tamen Domino Deo nostro, & quum Gallo Christianissimo Regi, de cuius propensissima in nos voluntate minime dubitamus, certum

sit

sit omnia ex animi sententia adventitis coniuratos successisse, adeo quidem ut ipsius Lutetiae deditio vel iam facta existimetur, vel brevi futura pro certo speretur: aut nos omnes coniecturae fallunt, aut ille rex nobis subsidium foret: quod ni fiat, et quidem ante messem, nihil non miseriae nobis humanitus imminet. Vos autem quibus ista curae sunt, tanto pro nobis ardentius Deum opt. max. pergite quaeso interpellare. De illis decem taleris velim ut meo et pauperum nostrorum nomine D. Monavio nostro gratias agere memineris, quos per D. Calandrinum facile poteris curare vel Basileae vel hic numerandos. Bene vale, mi suavissime frater, et nos magis ac magis amare perge. Dominus tuis tibi, tuisque sanctis laboribus et curis latissime benedicat. Geneva 12 Junij 1590, vetere calculo

Tuus Beza.

XXX

Fido Jesu Christi servo, D. Constantino
Fabricio, Norimbergensis Ecclesiae pastori,
fratri mihi summe observando Norimbergae.

S. Heri tuae mihi redditae sunt, mi frater, XXIIII superioris mensis datae: Meas vero postremas spero tandem fuisse tibi redditas una cum meo ad D. Monavium responso, si bene memini, ex quibus cognovisti perlatas ad nos fuisse priores illas tuas mente Junio scriptas,

una

Vna cum D Monanij nostri epistola, & caeteris quae eodem fasciculo incluseras: de quibus tibi gratiam habeo. In ijs etiam tibi mentionem faciebam decem illorum tallerorum à Monanio nro apud te deposito-rum, quos nescio an cuipiam nobis tradendos commiseris. Ad eos an-tem si accesserint de quibus scribis, nunquam magis opportune poterunt pau-peribus nostris succurrj, quorum & numerus & inopia quotidie sic ex-crescit, ut si diutius permanserit haec calamitas, incidere nostros Diaco-nos in eas difficultates oporteat, unde nullus nunc quidem nobis ap-paret exitus. Sed in eo consistere pergimus, per quem ut inquit noster Paulus 2 ad Cor. 4. 8 ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι.

De rebus nostris, valde nobis funestus fuit mensis superior, hoste cum tanto, Hispanico praesertim, equitatu in praefecturam Gaiensem ingresso, ut nostri temere illis occurrentes, partim capti partim caesi ad 120, quamvis non procul multi fuerint in urbem repulsi; Deo sic istam cladem moderante, & hostium impetum remorante, ut quum una cum nostris permixti, tormentis repelli à moenibus nostris non possent, & porta recipiendis nostris maximo cum peri-culo pateret, in media nostrorum persecutione substiterint. Ab eo vero tempore intra moenia nos quidem sustinimus: Hostes autem priorem illam suam utramque inauditam barbariem cumu-

glom

qualemcunq. descriptionem germanice vertendam & inter amicos spargendam
ad te mitto) longe lateq. superegressi, non miseris mulierculis, non semio-
qui superfuerant decrepitis, non ipsis lactantibus puerulis, quos contis
& ensibus una cum ipsis matribus transfixerunt, illorum immanitas
pepercerit, & ex vicis, quibus frequentissimis plena fuit illa fertilis-
sima regio, vix supersint aliqua ruinarum vestigia. Nec vero jam
aliud superarat, nisi ut arbores & vites etiam ipsas immaturis uvis
gravidas succiderent, quum Deus iniecta ut audimus Sabaudo
suis in Delphinatu & Provincia quam vocant, succurrendi necessi-
tate illos in interiorem Sabaudiam revocavit, magno tamen adhuc
nobis imminente metu, ne expectata vindemiae maturitate regressi
alteram quoque qua circumcingimur Tononiensem scilicet praefectu-
ram, quamvis & ipsam, paucis nostri territorij vicis exceptis,
ipsi Sabaudo subiectam, pari immanitate, purae religionis odio,
depopulentur. Interea semel atq. iterum inter Evangelicas Hel-
veticas civitates, primum de hoc bello commotis aliquibus conditio-
nibus vel componendo vel per inducias intermittendo discepta-
tum est: deinde vero cum sese iniquissimum arrogantissimus
Sabaudus praeberet, de vi per vim repellenda, & liberanda Geneva
(quod ut fiat maxime totius Helvetiae interest) fuit coram
ipso

ipso regio legato deliberatum, sed reipsa nihil adhuc effectum est: tam
sunt nonnulli in eo ὀκνηροί, in quo si adhibita fuisset celeritas qua
fuit opus, vel in istas difficultates nunquam incidissemus, vel jampride
res omnis esset feliciter transacta, quantum quidem coniicere plurimis ar-
gumentis possumus. Videtur ergo nunc liberatio nostra pendere pror-
sus à rerum Gallicarum, ac praesertim à Parisiorum obsidionis exitu,
nisi fortasse Rex urbem iam illam plus quam Saguntina fame pressam,
nec sane, ut fama est, pluribus viris quam cadaveribus plenam, recepit.
Tenet tamen nos adhuc valde suspensos, quod literis heri ex Lingonibus
acceptis audivimus, Dumenium videlicet partim collectis hinc inde,
partim à Duce Parmensi receptis quatuor equitum millibus, duplo maio-
re peditatu, Metas usque, quae civitas dies unius hyberni itinere à Pa-
risijs distat, accessisse, cui Rex ipse partibus ex suo exercitu, nec in-
termissa Parisiensi obsidione, delectis, jam tum occurrere caepisset,
quum harum rerum nuncius inde discederet, quod circiter XXVIII Supe-
rioris mensis diem factum arbitror. Itaque aut iam secundo certa-
tum est justo praelio, aut recessit Dumanius, & dedita est Lutetia.
Quod si quid minus feliciter interea gestum esset, iampridem hostes spar-
gendam ea de re famam, nullis quamquam verum literis curassent. In-
terea

tera solicite de Gallia totius, tum de nostra, imo etiam de vicinarum omnium regionum salute, sicuti par est laborantes, quicquid nobis eve nire voluit, & deinceps evenire voluerit Dominus in silentio & spe expectamus. Vos autem & bonos istic omnes assiduis precibus minime nobis defuturos confidimus. Et hac quidem nunc habui, mi frater, quae tibi & per te communicatus amicis omnibus, ac praesertim summis illis, ac mihi amicissimis viris, D Senzen, D Monavio & D Chromo significarem, quos omnes velim, ut ex me cum officiosissimas salutes, petita meo nomine venia, quod nullas sibi privatim literas inscriptas a me accipiant, ut qui isthij dolore pressus, nec ista dictare potuerim, alio qui caetero corpore, Dei beneficio, satis valens. Bene vale summe observande frater. Dominus Iesus tibi tuisque sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 12 Augusti 1590 ad Gregorianum stylum

Tuus Beza

A D Pencero nostro quid possit proficisci, quod non magnopere probem? Scriptum illud tamen de quo scribis, neque memini me legere, neque requisitum inter meas schedas inveni ut nunc sunt omnia mea in istis perturbationibus disjecta & confusa. Scribam igitur ea de re ad D Grynaeum nostrum: quod si tibi molestum non erit, illud idem

idem scriptum una cum apologia, cuius in postremis tuis meministi
alicuius manu rursus describendum curare, valde fueris mihi gra-
tificatus. Sed vide ne cui temere ista committas.
Ignosce vacillanti manui meae, & amanuensis lituris.

EIDEM

xxxi

S. Gratiam tibi magnam habeo, mi frater de hac tua pauperibus
nostris exulibus Gallis impensa diligentia: quam operam tibi procul du-
bio Dominus ultimo illo die cum foenore rependet. Recte & illud fecisti
quod cum D. Monauio nostro, sicut abs te petieram literas meas commu-
nicasti; cui syngrapham mitto de centum illis Ungaricis aureis ad me
missis, & Diaconorum nostrorum collegio distribuendis. Ad res Gallicas
quod attinet, retardavit quidem Parisiorum deditionem Belgarum
adventus, sed certo illorum exitio, coacto Parmensi maxima copiarum
suarum amissa parte, & relicta sub cultro Lutetia, ad suos regredi.
Nec aliam esse puto certiorem causam, cur Gallicae istae tempestates
tam lente componantur, quam quod pati non possit Deus ut cum istis
desperatissimis sceleratis tam clementer agatur, quam Rex ille noster
optavit & studuit: cuius tamen virtutes, ac speciatim clementiam
ipsi etiam hostes pertinacissimi coguntur praedicare. Ad res quod
attinet

attinet, tolerabilis quidem est nostra nunc conditio, quae ut antea fuit, hoste alibi occupato. Sed cum nihil aeque nobis sit metuendum, atq. huius belli diuturnitas, toti nunc in eo sumus, ut Gallicis suppetijs non poeniten-dis freti bellum longius a nobis repellamus: qua in re perficienda, velim ut nos istic magis ac magis precatis precibus vestris adjuvare. Epistolam illam Calvini ad D Vitum Theodorum scriptam accepi, nec eam praeter mittam, quum illius epistolae recudentur. Memini me simul abs te accipere quoddam D Peucari scriptum, de quo video illum expectare ut respondeam: quod facere nondum potui, non tam per invaletudinem, qua fere toto hoc autumno laboravi, quam quod illud mihi inter disiectas meas schedas occurrere nondum potuit, qua de re puto jam me ad te aliquid scrip-sisse. Si quod autem forsan eius scripti exemplum habes: quod tamen cuiusmodi sit explicare tibi non possum, valde mihi gratum feceris si de scribendum illud & ad me mittendum curaveris, ne videar officio meo defuisse. D Mauritium Hellingum, virum & pietate & doctrina prae-stantem, & summe observandum fratrem, cuius & laboriosa & acuta epigrammata perlibenter legi, velim officiose & reverenter meo nomine abs te vicissim salutari. Bene vale mi observande frater. Dominus Iesus tibi sanctisq. tuis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 18 Decemb. 1590

Tuus Beza.

Viro tum Nobilitate generis, tum omni
Virtute praestantissimo Domino Gregorio
Tribelio: Domino mihi summe obseruando.

S Quo rariora sunt eius beneficentiae exempla, Vir praestantissime, qua pios apud nos fratres exulantes tam procul absentes, nec bene vnquam de te meritos, & solo Christianorum nomine tibi cognitos, dignatus es amplecti, eo majorem tibi gratiam habere tota haec Ecclesia tenetur, quod hisce meis literis facio, nostrum omnium nomine, Deum optimum max. precatus, ut quod ipsius membris impendisti tam liberaliter, tibi pro immensa bonitate sua, vltimo illo die, sicut promisit, qua si acceptum ferat. De rebus autem nostris, sic paucis habeto. Idem ille Deus opt. max. qui totos jam viginti menses aduersus truculentissimum & potentissimum hostem mirabiliter nos est tutatus, non sine magna ipsius infamia, hoc etiam nobis nunc concessit, vt hoste ipso alibi rebus maioribus, sed nihilo feliciori, sicut speramus, fortunae successu, occupanda videlicet Narbonensi prouinciae intento, & coactis praesidiarijs ipsius militibus intra duo propugnacula, quibus nos adhuc circumstant, continere se ~~multa~~ coactis, tolerabilior nunc nostra sit conditio quam antea fuit. Cum iam autem exhausta tot supplicibus ciuitate, nihil aeque nobis metuendum est, quam ne

ipsa

ne ipsa belli diuturnitas breui nos totos absumat: idcirco nunc toti in eo sumus, ut majoribus illum viribus aggressi, bellum vel aliquo felici successu, si Dominus dederit finiamus, vel longius saltem a nobis repellamus. Hoc autem cum magni sit periculi plenum, & necessario tamen a nobis susceptum, velimus hoc abs te in nos beneficium illi superiori adjici, ut nos magis ac magis precibus tuis assiduus Deo commendare pergas. Bene vale vir Ornatissime, & nos amare perge. Dominus Jesus tibi, tuisq. omnibus magis ac magis benedicat. Geneuae 18 Decembris: antiquo Calendario 1590.

Praestanti tuae Dignitati
addictissimus — Theodorus Beza.

*.

Theodorus Beza Verbi diuini in Ecclesia Geneuensi minister profiteor mihi bona fide redditos centum aureos Hungaricos a D Jacobo Monano Vratislauiensi patritio fidei D Calendrinj commissos, et exterorum pauperum Geneuae exulantium diaconis distribuendos, teste hac syngrapha, mea ipsius manu scripta & subscripta. anno Dominj 1590: die Decembris 18, Vetere Calendario

Theodorus Beza.

XXXII. X Ad D Constantinum Fabricium. Binas.

S Binas tuas aut etiam ternas accepi. Tibi vero et plerisq. ceteris amicis idcirco rarius scribo, ut illis parcam. Quaenam enim & quanta sint, & nisi Dominus nos respiciat, quae deinceps immineant calamitates, ex meis ad D Monavium literis potius velim agnoscas quam ut illas repetendo perpetuos meos luctus augeam: & earum resignandarum ac rursus obsignandarum potestatem facio. Peucriana illa, quae pollicitus nisi iam Francofurtum misisti, velim mihi mitti bona fide tibi restituenda. Exemplar autem institutionis Calvinianae iussi typographum nostrum Francofurti istis adiungere. Bene vale vir eximie, & mihi summe observande. Dominus letis pro infinita illa sua benignitate nostri miseritus vos clementer respiciat & tueatur. Genevae. 10 Martij 1591.

Tuus Beza.

De tuis ad me scriptis, aut deinceps scribendis literis te securum esse iubeo.

Ad Eumdem.

XXXIII.

S Mitto ad te aperta, id est non obsignata quae D Monavio nostro respondeo, ex quibus & silentij nostri rationem, & praesentem rerum nostrarum statum postquam intellexeris, velim a te obsignata mox ad illum, sicuti facere pro tua in me benevolentia consuevisti, perferenda cures. Peucerianum illud scriptum quod antehac rogavi ut mihi

mihi exscribendum curares nondum accepi, nec adhuc ad nos est allata illa quam commemoras nova ejusdem libri de Divinationibus editio; tam sunt nostri Typographi in deligendis et emendis bonis libris negligentes. quamvis ea de re saepe a me commonefacti. Illa simul atque nancisci potuero, perlibenter & diligenter legam, quod certe tanti viri scripta merentur. Quae de Germanicis copiis in Galliam pro Rege nomine & re per Dei gratiam Christianissimo traiecturis undique nunciantur, optima quaeque sperare nos jubent. Faxit Dominus opt. max. ut tot piorum hominum in optima causa precibus exoratus, exitus ipse tantae expectationi respondeat. Tu vero, frater observande, nos magis ac magis amare perge, & assiduis precibus Servatori nostro commendare, quemadmodum illum ex animo precor, ut tibi sanctisque tuis laboribus cumulatissime benedicat. Genevae 27 Julij nostri Veteris 1591.

Tuus Beza.

Obsignavi per imprudentiam literas D. Monavio nostro inscriptas. Tu illas resignato, & rursus obsignato.

Vide J n° 126: ¶Ex literis Th. Bezae ad Laurentium Durnhoferum. ~
ubi legitur integra. /

bekannt

Venio ad illud, de quo sententiam meam rogas, quod tamen ut mihi persuadeo necessarium non fuit, cum is tu sis, qui, quid hic faci
en,

endum sit, optime noris, & cui fides ab ijs, qui te quotidie docentem audiunt, de rebus maioribus, haberi potuit, atque etiam debuit. Rogati antea ab ijsdem illis de quibus scribis, non tantum de Exorcismo, sed etiam alijs de rebus multo maioris momenti, puta de ipsius Cenae Domini sumtione, respondimus quod dedit nobis Dominus. Responsum illud, quasi constantiam nonnullorum posset infringere, & quasi plusculum aliquid largiremur, quam verae christianae professioni conveniat, Neustadianis fratribus non per omnia placuisse, cum ex ipsis agnovissemus, consilij nostri causas et sensum sic ~~eis exposuimus~~ exposuisse nos speramus, ut etiam probaverint. Certe quod ad istum Exorcismum attinet, quem tu convenienter admodum ineptum appellas, etsi maxime velimus eum abolitum, neque inter adiaphora proprie sic dicta, quorum indifferens aliquis usus esse possit, numeramus: tamen inter impia, vel prophana, vel idolatrica minime recensemus. Habemus ergo, ut posterioribus quidem seculis intrusum agit, pro faeno & palea, quam dies Domini alibi jam absumpsit, alibi ut speramus, paulatim absumet. Praeterea vero " ~~vehementer nobis displicet istorum hominum Zelus, in quo imprimis~~ desideramus ~~quod~~ qui haec non distinguunt & prophana vel tumultuarie, ipsi opus Domini impedientes, quod ~~maxime~~ promotum cupiunt

" aliquid in eorum Zelo "

cupiunt, vel fratrum conscientias turbant, cum potius habenda fuerit infirmorum ratio, &, cum in his rebus non versetur regnum Dei, commu-ni fratrum utilitati serviendum. Nolimus igitur apud vos hac occasione praeberi Sathanae occasionem quam captat, sed, quod salua fide & charitatis praecepto, in fratrum gratiam ferri potest, fer-ri cum lenitate moderata, tantisper, dum hae quoque tenebrae, Dei beneficio amoveantur, praesertim si, ut tu scribis, "libera illis ~~etiam~~ ~~qui~~ fidei confessio relinquatur. Quid autem de hac re tota istuc scripserimus, quoniam non videris adhuc cognovisse ~~(quod agnosci speramus)~~ scriptum ipsum nostrum ad te mittendum censuit col-legium nostrum, ex quo sententiam nostram plene perspicias, quam etiam tibi non improbatam iri speramus. Genevae 15 Novemb. 80.

// & quod verè à te scribi non ambigimus //

Quaestiones aliquot: ad quas ex verbo Dei responderi nobis cupimus.

1.

Utrum nobis Christianis Norimbergae commorantibus, Caenae Domini liceat communicare cum ijs, qui volunt, dicunt, & docent: Pa-nem & vinum ipsius Caenae, verum atque naturale corpus & sanguinem Domini esse, vel corporaliter praesens esse ipsum scilicet Domini corpus, in

in, cum, vel sub pane. Cantantes etiam, dum cœnæ actio celebratur, Christi corpus in ipso pane occultarj. Utrum ergo cum ijsdem possimus salua conscientia communicare, etiam obtenta hac conscientiæ libertate, ut non cogamur eorum fidej confessionem palam profiteri, neque nostram abiurare, ut scilicet eorum more & ritu communicemus cum ipsis, nostro tamen more de cœnæ mysterijs credamus & sentiamus: atque huius simulationis duos saltem vel tres ex illis conscios habeamus?

Responsio.

Dixit Christus Matth. 10. Quisquis negauerit me coram hominibus: negabo eum & ego coram patre meo qui est in cœlis. Nam & timidis & mendacibus pars assignata est in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. apocalyp. 21. Utrum autem ista taciturnitas, quæ neque coram magistratu, neque coram pastore Ecclesiæ veram de cœna Domini doctrinam asserit, praesertim ubi tam clare publico omnium communicantium ore & consensu cantatur, verum ipsum & essentiale corpus Christi, sub signis, cum signis, in signis occultari & esse? Utrum, inquam, istud silentium sit abnegatio Christi doctrinæ, & damnata illa timiditas in eo, qui cum eiusmodi ad cœnam Dominij accedit, nulla coram publica

lica Ecclesiæ persona, veraq. contrariæ fidei protestatione facta, re-
spondet Calvinus Epist: 248 his verbis. Porrò quòd consulis,
an tibi sacram cœnam ex eorum manibus sumere liceat, quibus
hæretici sumus, quia negamus Christi carnem dentibus atteri: quamquam
mali exempli rem esse video, si quis à cœna abstineat: perversæ
tamen, atq. adeo perfidæ simulationis esset, accepto concordiæ
symbolo, falsum illud & absurdum commentum (quod exitia-
libus præstigijs fidei principia evertit) vel tacite approbare, nisi
clara & ingenua præcedat veræ doctrinæ confessio. Hactenus Cal-
vinus. Quámquam enim ex consecrantis & distribuentis ministri, id
est, pastoris intentione, confectio Sacramenti non pendet, sed ex Dei
instituto. Quamquam etiam vel privata pastoris ipsius hæresis non
commaculat eos qui ex ipsius manu cœnam Domini sumunt: tamen
ubi à toto cœtu cum quo communicas, hæresis evertens articulos
fidei, publicè et recepta est et probata, maxime in eo ipso, in quo
tuæ cum eo cœtu concordiæ signum exhibetur: protestatio veræ
fidei omnino necessaria est, coram vel tota ipsa Ecclesia, vel Con-
sistorio, vel pastore ipso, vel magistratu. Non sufficit autem
habere duos aut tres tuæ sententiæ testes. Nicephorus libro XIII
cap

cap 7 veteris Ecclesiæ morem commemorans, docet, Non sustinuisse tunc unam sectam alterj communicare, si de fidej articulo quæstio erat. non autem si de re indifferenti

II.

Utrum cum ijsdem jam dictis publice communicare liceat, etiam eo nobis concesso, ut coram omnibus, quid de Cœna Domini sentiamus, publice confiteamur: non obstantibus superstitiosis, papisticisq. Ceremonijs, quas in Cœnæ administratione adhibent?

Responsio. Illa quam expressimus veræ doctrinæ confessio, quam facere licet, omnem simulationis cum errore Cei, quus in illis est cum quibus communicas) suspicionem tollit. Ergo licet, ea confessione facta cum istis Cœnæ Domini communicare. Præterea non statim pro superstitione aut idolatria damnandum est, si quid Lutheranorum Ecclesia ex Ceremonijs papisticis in cœna retineant, cum illæ Ecclesiæ potius propter veterum consuetudinem id faciant quam ex animi superstitione, quasi vim ullam istis ceremonijs tribuant, aut ipsum Dei cultum in illis collocent, quod tamen faciunt Papistæ. Sunt quidem tales Ceremoniæ Ecclesiæ nocuj, et veteris corruptelæ ac fermenti reliquiæ, quas, si liceret, tolleremus.

tolleremus: sed (quia sese quisquis intra suæ vocationis fines continere debet) tanquam fratrum infirmitatem, ad fovendam Christiana charitate Ecclesiæ pacem, toleramus.

III

Utrum Infantuli nostri baptizandi ad eos deferendi sint, qui in suo Baptismo Exorcismo, crucis signo, et similibus utuntur?

Responsio. Papistis quidem liberos suos offerre baptisandos nemo pius et vere Christianus debet, quia cœtus ipse, et doctrina papistica vere cum Evangelica alta etiam aperte pugnat, cum Papistæ neque Christum pro solo capite Ecclesiæ agnoscant, neque ipsum Dei verbum scriptum pro solo salutis divinæ fundamento: denique infinitis superstitionibus sacrosanctum Christi baptismum conspurcaverint. Quod idem de Lutheranorum Ecclesiis absit ut sentiamus ullo modo. Itaque cum, qui liberos suos in aliquo cœtu baptizandos offerunt, illius cœtus doctrinam probare se testentur, et suum cum eo cœtu consensum declarent, non sunt ad papisticum baptismum infantes fidelium offerendi: Ad Lutheranorum Ecclesias et cœtus afferri possunt. Nam quamquam et hæ ipsæ videntur in articulo de Cœna Domini errare (licet inter eas ipsas tamen de præsentia locali corporis Christi in cœna gravis controversia manet) tamen propter errorem in Ecclesiis Galatarum prope vulgarem

de

de nostra coram Deo iustificationis ratione, & in Corinthiaca Ecclesia
de resurrectione carnis, minime vetuit Paulus, ne vere fideles Galata-
rum aut Corinthiorum pastoribus & alijs suos infantes baptisandos offe-
rant, quia nondum publico omnium calculo & synodo stabilitus huius-
modi error fuerat. Quamobrem idem nobis saltem de Lutheranorum
Ecclesijs sentiendum, ut ab eorum pastoribus baptismum accipere liceat.
Quod autem Exorcismos, crucis signum & similia adhuc eaedem Eccle-
siae retineant: tamen & eas ipsas ceremonias tanquam partem baptismi
non retinent, sed tantum ex veteri, & quae iam inoleuerat consuetudine:
Id quod stolide quidem fit, & parum considerate, cum ea causa
cesset hodie propter quam veteres patres olim in Energumenorum
baptismo, vel dum donum miraculorum adhuc durare in Eccl[es]ia,
Exorcismis utebantur, & quia Christi Christianorumque nomen pro-
brosum ab Ethnicis, propter crucem Christi, censebatur, se crucis sig-
no in fronte signabant. Quamquam igitur in istis ritibus retinen-
dis ignorantiam, ineptiamque suam produnt homines: tamen propterea
idololatrae nequaquam sunt censendi: nec putandum eos idololatrico
communicare, qui id in se suisque baptisandis ex more fieri pati-
untur, praesertim si tempestiue doceant, quae sua sit de toto
hoc rerum & rituum genere sententia.

IIII

Utrum Nostri jam dicto Baptismo possint assistere testes: id est susceptores. Responsio: Possunt.

V

Utrum liceat baptisandos infantulos ad eos deferre, qui omisso Exorcismo, eius loco dicunt: Praecipio tibi etc. Responsio: Licet afferre.

Scriptum alterum.

Quaesierunt aliquot ab hinc mensibus Fratres Belgae, qui commorantur in Norimbergensium civitate, Utrum ipsis liceat infantes suos baptizandos offerre pastoribus Augustanae Confessionis, qui Exorcismo & crucis signo in Baptismo utuntur adhuc? Respondit Danaeus ex Collegij nostri sententia; magnum esse discrimen inter Protestantium & Papistarum baptismum: ac proinde damnandos omnino esse, qui a Papisticis sacrificulis infantes suos baptisari patiunt: non autem qui ab Augustanae Confessionis pastoribus, quibus crucis signum & Exorcismum usurpent: propterea quod utrorum sacri baptismi ritus multis superstitionibus a Papistis sint foedatus, & quoniam Papistarum doctrina, in quam initiantur qui ipsorum baptismo scientes volentes utuntur, ex diametro

cum

cum Evangelij veritate pugnat, & christianæ religionis fundamenta e-
vertit: quod de Augustanam confessionem profitentibus Ecclesijs minime
sentiendum est. Cæterum propter plurimum interesse inter Protestantium
& Papistarum exorcismum: quia videlicet Protestantes exorcismum
esse baptismi partem neutiquam existimant, verum ex recepta consuetu-
dine, non probanda illa quidem, sed tamen necdum toleranda, retinent.
Papistæ contra baptismi partem esse contendunt, atque adeo ex præcipuis
& ad salutem maxime necessarijs: & præterea maximis impietatibus
& blasphemijs hunc ritum ab antiquis patribus conspurcaverunt,
unde horribilis sacri baptismi profanatio consecuta est. Rationes
quibus nititur sententia nostra impugnant Belgæ: atque una eademque
opera convellere conantur Dn. Durnhoferi argumenta quædam prola-
ta in medium ad eandem rem probandam. Negant primum
exorcismum apud Norimbergenses retineri, ex recepta tantum con-
suetudine, sed ipsi plus longe tribui quam arbitremur tum à plebe tum
à pastoribus: imo cum exorcismo varias coniungi opiniones absur-
das, quas ab ipso Luthero videantur hausisse. Ad Exorcismi
absurditatem demonstrandam multa dicuntur à pastoribus Ecclesiarum
quæ ad Sylvam Bohemicam sunt sitæ. Copiose quoque disputatur à
Belgis de varijs corruptelis in Norimbergensium Ecclesiam invectis.

Verum

Verum hæc omnia ad propositam quæstionem minime pertinent: Neq. enim quæsitum à nobis fuit, Quidnam sentiamus de Exorismo simpliciter & per se considerato? Si fuisset illa proposita quæstio disseruissemus copiosius de prima Exorismi institutione, de ipsius natura atq. usu: tum de Judaici, papistici, antiquitus à patribus usurpati: & eius quem retinent Augustana Confessionis facta Exorismi differentia; & de singulorum erroribus egissemus. Propterea, ut admittamus quæcunq. adversus Exorismum scripto illo ad nos misso disputantur: nihilominus illud manere asserimus, Ecclesias in quibus recepta consuetudine retinetur adhuc Exorismus, non esse simpliciter damnandas: neq. refugiendum esse baptismum, qui in ijs Ecclesijs administratur, Cum ritus huiusmodi fundamentum Christianismi neq[ua]q[uam] evertat, sed nævus sit atq. infirmitas, non probanda quidem per se. Verum toleranda, concordiæ ac pacis causa, præsertim in aliena civitate, homini privato, cui etiam pro fiteri liceat se non probare eiusmodi Ceremonias tanq[uam] necessarias, sed tolerare se velle quod mutari non possit. Receptam consuetudinem non vocamus Papistarum superstitiones, quas in hac & similibus Ceremonijs cumularunt: sed antiquiorum patrum morem qui ritus in energumenorum baptismo usurpari so-

litos

litos, ad alterum etiam baptismum retulerunt, ut colligere licet
ex Augustino, quem secutus Lutherus nequaquam inuexit falsas
illas opiniones, quas vulgus Norimbergensium, cum aliquot Pasto-
ribus mordicus retinent. Certe in paruo Lutheri catechismo,
quomodo extat excusus in nostris exemplaribus, nulla fit men-
tio eiusmodi absurditatum. In hac autem disputatione non
spectamus, quae sit vulgi opinio? Sed quid protestantium
confessio declaret. Quod obijcitur deinde, Religionis
fundamentum euersum a Pastoribus ~~Augustanae~~ Confessionis, quum
admodum etiam a Papistis propter falsum Ubiquitatis dogma
ex controversia de Caena Domini exortum; nihil aduersus nos
facit, qui Protestantes ab Ubiquistis discernimus, et Ubiqui-
tariorum quidam impietates et blasphemias ex animo detestamur.
Eos vero, qui Augustanam Confessionem profitentur, melius sen-
tire cupientes, quos speramus esse non paucos, reijciendos tamen
non censemus. Certe Ubiquitatis aut Consubstantiationis
error nulla synodo oecumenica fuit confirmatus, stabilitus.
Nam quod pleraeque Germaniae Ecclesiae alterutrum recepisse
perhibent, non efficit a synodo fuisse stabilitum. Siquidem

Germaniae

Germaniæ illæ Ecclesiæ sunt omnes particulares Ecclesiæ, à quibus & in Germania & in alijs regionibus quamplurimi dissentiunt. Et profecto non parvum habet momentum ad sententiæ nostræ confirmationem, quod Norimbergensis civitas detrectavit hacterus subscribere formulæ Concordiæ, etsi nonnulli ex patricijs & plebe addicti sint Smidlino. Hoc enim satis demonstrat partem Ecclesiæ adhuc sanam esse, ac proinde cavendum esse sedulo, ne scindatur novis dissidijs respublica, quam spes est, favente Dei clementia, posse ad saniorem mentem adduci. Exemplum Ecclesiæ Galatarum & Ecclesiæ Corinthiacæ est eiusmodi, ut nullo modo reijci queat. Quis enim ausit asseverare errores de nostri iustificatione, & carnis resurrectione clam invectos fuisse à pseudoapostolis, non autem publice sparsos? Contra potius colligit ex Pauli Epistolis fuisse publice sparsos, & non sine multorum applausu receptos. Videmus enim, quomodo in genere cum Galatas tum Corinthios reprehendat Apostolus. Quare illarum Ecclesiarum exemplum aptissimum esse videtur, ad nostræ Ecclesiæ conditionem ob oculos ponendam. Annitì igitur nos decet Apostolorum vestigijs insistentes, ut veteres ruinas instauremus potius,

q̃ nomis dictidijs nonã paremus excidia. Altera scripti sui parte fratres Belgæ infirmare conantur varias Durnhoferi rationes. quibus demonstrauit, ritum hunc exorcismi non tanti esse, ut propterea tantæ sint ciendæ lites. Etsi potest vir doctissimus rationes suas pro suã eruditione propugnare: tamen vno verbo nos quoq; in genere confutabimus Belgarum obiectiones. Quæ à Durnhofero dicuntur, non eo spectant, ut exorcismum defendat, sed referuntur ad illam ipsam quæstionem soluendam, quæ fuerat nobis proposita: nempe, quid homini priuato liceat in aliena republica, in quã concedatur sentire ac profiteri quid sit Christiana libertas ex Euangelica veritate, ita tamen ut Ceremoniæ non nullæ non statim immutentur. Respondit Durnhoferus, quemadmodum & nos fecimus: Christiani hominis esse multa ferre ad Ecclesiarum concordiam fouendam, quæ mutare non possis. Multis aduersus Durnhoferum disceptant Belgæ & demonstrare conantur, quanta sit exorcismi absurditas: atq; extra propositum rursus vagantur. Ostendunt enim satis vel illa ipsa argumenta, quæ à Belgis oppugnantur, exorcismum simpliciter & per se non probari Durnhofero & alijs cum eo sanius sentientibus

bus, imo summis votis harum ceremoniarum etiam reformationem ab ipsis expeti. Sed quia quaerebatur, An salva conscientia liceat uti à pastoribus Augustanae Confessionis administrato baptismo, in quo exorcismum usurpant? respondit licere: atq. rationibus exemplisq. variis suam confirmat sententiam: ad quae minime respondent Belgae, cum in genere disputent adversus exorcismum, temporis, loci & circumstantiis personarum silentio praeteritis.

Duo sunt quae emollitionem aliquam requirere videntur in D. Amubesseri scripto, si modo ita se habent, quomodo a Belgis referuntur. Censemus non esse negandum simpliciter Baptismum esse communionis symbolum: quoniam per Baptismum in Dei familiam recipimur, & in Christi corpus inserimur: sed comparate, habita nimirum ratione sacrae caenae tolerari potest aliquo modo istiusmodi locutio, quod videlicet efficacius in caena obsignatur nostra cum Christo & Ecclesia communio quam in Baptismo. Secundo loco arbitramur paulo duriorem esse locutionem illam: Cum Iesus Christus & Zacharias ingressi dicuntur in templum Domini idolomania pollutum. Contra faciunt omnibus numeris absoluta Servatoris sanctitas, vera Zachariae pietas, summa Iudaeorum alioqui perditissimorum constantia in omni idololatria profliganda, ut ex multis locis

testimonijs colligere licet. Illud quidem dici potest, quod diserti: testatur historia Euangelica, fuisse varijs opinionibus adulteratam totam religionem, & Dnum Iesum christum nullo modo tulisse, sed ubiq. semper reprehendisse falsas iusmodi opiniones. Si eiusmodi religionis adulterationem idolomaniae nulli nomine notare Dnum hostes feri potest, quod Iesum Christum & Zachariam ingressos fuisse attinet in templum eo modo pollutum. aliequi adduci non possumus, ut credamus Zachariam, multo minus Servatorem nostrum ulla ratione aditurum fuisse templum idolis & falsis idolorum cultibus contaminatum: Nam suo exemplo errorem qui fundamentum verae religionis evertit, stabiliuissent.

Haec sunt quae respondere ad fratrum Belgarum scriptum voluimus, atq. ita satisfactum arbitramur rationibus quas ad sententiam nostram convellendam attulerunt, quae omnes cum ad Xoraismi absurditatem per se considerati demonstrationem sint comparatae, adversus nos nihil prorsus faciunt, qui minime disputamus de Xorismo simpliciter, sed quid & quantum liceat in aliena civitate privatis hominibus ostendere conati sumus.

In hac porro sententia confirmat nos magis ac magis Dni Calvini p. memoria

p memoria responsum ad fratres Wesaliæ exulantes, in simili pror-
sus quæstione. quod quidem responsum nondum fuit typis excusum
sed in lucem prodibit oportuniore tempore, cum aliquot alijs eius-
dem Viri epistolis & responsis. Quæsiuerant illi: Liceretne
salua conscientia Cænæ Domini communicare in Protestantium
cætibus, qui vanas papistarum ceremonias in Cænæ celebratio-
ne retinebant adhuc, nempe accensos cereos, pontificij vestibus,
panis sacramentalis ad hostiarum quas vocant instar, & astan-
tium in sumendo pane & calice genuflexionem: quæ omnes cere-
moniæ, ut ex papatu sumtæ sunt, ita impietatem redolere, atque
ad idololatriam pertinere videbantur. Respondit Caluinus
ex collegij pastorum huius Ecclesiæ sententia, longe aliam esse
fratrum illorum atq. pastorum & religiosæ plebis conditionem. Si
officium faciant pastores, operam daturos ut supervacanei omnes
ritus, qui ad ædificationem minime conducunt, sed potius Euan-
gelicæ veritatis fulgorem obscurant, prorsus tollerentur. Ipsi
etiam magistratum fere summo studio idem contendendum. Quare
vitium esse omnino damnandum tum in pastoribus, tum in
magistratu, quod eiusmodi foveant nugas, quæ papisticarum su-

per

perstitionum reliquiæ sunt, quarum ipsam etiam memoriam quantum in nobis est sepelire debemus. Sed quoniam fratres illi priuati sunt, & particulare membrum Ecclesiæ, non modo licere naeuos eiusmodi quos emendare nequeunt tollerare, sed christiani hominis officium id postulare: & multis alijs rationibus in eandem sententiam adduc-tis demonstrat idem portius, quod nos Belgis suasimus. Quapropter non est dissipanda Ecclesia, neque discordiarum semina sunt serenda propter exorcismum, aut alios eiusmodi ritus. Si placeat Belgis Norimbergæ viuere, cum vitia istius modi corrigere in ipsis, ut pote priuatis non sit positum: ferendum est aliquid pro Ecclesiæ & reip. pace, & dandum est aliquid parti Ecclesiæ saniori, quam aduersus hasce infirmitates certum est dimicari. Quod si pertinaciter consti-tuerunt in sententia sua, illud erit certissimum ad pacandas con-scientias remedium, ne digladientur amplius, sed mutatis sedibus ciuitatem aliam incolant, in qua ipsis liceat, pastoribus ac Magis-tratu consentientibus, ex purioris reformationis præscripto viuere. Porro quæ tum hoc tum superiore scripto diximus: non ita ac-cipi volumus, quasi habeamus in animo exorcismi absurdita-tem propugnare. Sed eo referenda sunt omnia, vt Belgæ intelligant

quid

quid ipsis in aliena ciuitate, salua conscientia, liceat. Pro doctrinae puritate inprimis pugnandum est: Ipsa etiam rituum reformatio urgenda: Sed ita, ut si quae sint ceremoniae, quae Christianismi fundamentum minime euertentes recepta sunt consuetudine, aliquid feratur potius, ad pacem & concordiam fouendam, quam ut nouis sub inde disceptationibus turbetur, & tandem dissipetur Ecclesia. Grauiter tum quidem peccant pastores, tum Magistratus, qui non omnem dant operam ut, in tanta Euangelij luce, tantaque Christianae religionis libertate, legitima rituum reformatio instituatur, ne populus in superstitiosis ceremonijs consenescens, in earum administratione ita detineatur, ut pro ijs tanquam pro aris & focis dimicent. Sed illi quoque sua non carent reprehensione, qui in aliena republica morose in omnia inquirunt, & in omnibus ita satisfactum sibi volunt, ut si quid minus probetur, statim contentiones excitent, & disputationibus & rixis omnia turbent, bonosque viros sinceriori doctrinae patrocinantes a se abalienent. Sententiam nostram omni prorsus procul mota contentione exposuimus, quam & veritati & concordiae & paci Ecclesiarum consentaneam esse non dubitamus. Si quis videtur contentiosus esse, nos eiusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesia

Dei

Dej. Faxit pro immensa sua misericordia cœlestis pater, ut unum idemq. de sacra sancta Evangelij sui veritate sentiamus universi, & omnibus contentionibus, disceptationibus, ac murmurationibus semel depositis, vinculo spiritus sancti arctissime in unum corpus co-agmentemur, donec evadamus omnes in unitatem fidej & agni-tionis filij Dei, Domini & servatoris nostri Iesu Christi. Amen.

Sic fuisse ab hac Ecclesia Genevensi respon-sum, ex communi pastorum consensu, testor hac mei nominis subscriptione Theodorus Beza

Idem testor Ego greg. Ioannes Baptista Rotanus.

¶ Ex literis Tigurinis ad eundem Dnum hoferum: de causa eadem. 1580.

Etsi nemini pro imperio præscribere velim: attamen requisi-tus non possum quid sentiam dissimulare, Me, dum fratrum is-torum conditionem cum tota hac causa considero, eam non tanti momenti [CXI] æstimare ut propter hanc beneficio per Senatum vestrum ipsis liberaliter præstito renunciare, & cum irrecuperabili rerum

suarum

suarum sacrorum, in exilium redire, & saepius cum coniugib. dilectis & dulcissimis liberis nouo periculo exponere debeant. Ratio cur ita sentiam praecipua est, quod, etsi exorcismus iste humanum inuentum sit, quod nulla scripturarum autoritate nititur; adhaec à baptismi formula per christum tradita aliquantulum discrepat, imo alienus sit: nihil tamen ex illa aufert, multo minus baptismi substantiam tollit, aut eius finem atq. usum uerum abolet. Nam si hoc statuatur, non possent pro uere baptizatis censeri, qui in papatu baptismum acceperunt, neq. Anabaptistarum furorem hac in parte resistere possemus, qui eos rebaptizandos esse contendunt. Caeterum, etsi quibus in papatu multa inepte, multa superstitiose addita sint, quae Apostoli & primitiua ecclesia ignorarunt: hodie autem à multis pertinaciter magis quam pie retinentur ac defenduntur. attamen non in aliam fidem aut religionem initiantur, qui ab illis baptismum recipiunt, quam in nomen patris & filij & spiritus sancti: neq. propter exorcismi istius assumentum Baptismus desinit esse regenerationis & adoptionis nostrae symbolum, aut salutis per christum nobis partae sigillum: manet deniq. nihilominus firmum ac stabile fundamentum baptismi, quod est Iesus Christus, cuius sanguine à pecca-

tis

tis abluti atque redempti sumus, & cuius corpori mystico, quod est Ec-
clesia, per illum inserimur. Quare Exorcismum istum cum sale, oleo,
sputo, exsufflationibus, cereis, crucibus & omnibus alijs additamentis
quibus posterioris temporibus baptismum homines non minus inepti quam
superstitiosi deformarunt, Ego foeno & stipulis, aut lignis illis pro-
secantibus annumerandum esse censeo, quae multi (sicut Paulus scri-
bit) super preciosam illam petram Christum (quem item ille pro-
phetarum & Apostolorum fundamentum vocat) exstruunt. Haec
autem cum in igne probationis non consistant, ac proinde Architecti
illi inepti, qui illa imprudenter congesserunt, sua opera & impensa
jacturam faciant: manet tamen suo loco semper, & aeternum manebit
fundamentum illud salutis, quod in filio suo Jesu Christo posuit coe-
lestis pater, & salutem ex illo consequuntur omnes, qui illi constanti
fide adhaerent, dum additamenta illa alia in fumum rediguntur. Id
autem eo certius sperare possunt, qui congeriem istam non ipsi in
Baptismum afferunt, sed publica necessitate coacti ea sicut paci Ec-
clesiae consulant, neve infirmioribus recentioris scandali occasionem
praebeant (pro more quidem utuntur, sed ita ut interim animi

sui

sui de ipsi omnibus sententiam non dissimulent, simulq. fidem suam in Unum Iesum Christum ingenue profiteantur. Quod cum Belgis fratribus apud vos facere liceat: & ijsdem "in religionis omnibus libertas conscientiæ, imo etiam libera ipsis [illis] maneat confessio: adhuc libera eis sit "cœna [Dominica] Dñs, neq. ad huius participationem in vite vestra cogantur: Cum denique ijsdem liberum sit profiteri, quod de hac ipsa [ipso] scriptura [scrut] -initate [mo] sentiant, Ego illos salua fide et conscientia hanc vnicam servitutem + ferre posse existimo. Etenim nemo illos iure accusare poterit, quod vel Christi merito derogent, vel per hanc traditam baptismi formulam ipsi propria temeritate aut superstitione adulterent & corrumpant, vel hominibus fucum faciant. Et proinde neq(ue) aliquid opus esse videtur ut conscientijs suis, quas nulla fidei abnegatione, nulla item in superstitiones aliorum consensione polluerunt, scrupulum non necessarium injiciant. Præstaret sane semel ex Ecclesijs sublata esse omnia quæcunq. a Christi institutione dissentiunt, & ab Apostolis usurpatam simplicitatem aliqua ex parte deformant: At quia hoc non potest ab omnibus utiq. gentium impetrari, & frequenter ex ijs quæ in speciem leuicula videntur, si quis ea vel mutare vel abolere conetur, grauissima "incendia surgunt

Marginalia:

" (ut tu scribis) "

"omnino "

+ ut tuis verbis utar +

"contentionum "

gunt, quia Ecclesias longe lateq. depopulantur: ministri quidem memi-
nerint potestatem sibi datam esse ad aedificationem, non ad destruc-
tionem: Et ut prudens Architectus, etsi aliquas aedificij partes vitio-
sas obstare, videbat quo minus ipsi a patrefamilias mandata instauratio pro-
cedat, easdem vero absq. totius aedificij ruina, & praesenti operariorum
periculo tolli non posse intelligat, eousq. illarum demolitionem differt
donec commode & absq. periculo destrui possint: Ita nos facere decet:
quos suae domus architectos Dominus constituit, ne quaevis obvia
imprudentius mutando aut abolendo Ecclesias totas in periculum
adducamus, & importunitate nostra infirmiorum atq. simplicium
conscientias labefactemus, quas fulcire potius necesse erat, & quibus
poterat consuli, si prudenti & pia indulgentia tolerarentur, quoad
ea, in quibus nondum satis sunt instituti: Privatim vero singuli
sibiipsis illud Pauli dictum applicent: Omnia mihi licent, ~~sed~~ at non omnia
conducunt: Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant. Ad-
monet de eo Dominus in Zizaniorum parabola, qua docet, eam
fore omnibus seculis agri sui, id est Ecclesiae in hoc mundo sor-
tem, ut bono semini & iam succrescenti segeti Evangelicae ziza-
nia sua & infelix lolium Sathan admisceat. Servos autem

boni.

radicitus

boni istius patrisfamilias modeste interrogantes introducit, Unde Ziza-
nia ista enata sint? Eosdem vero cum runcationem sine sarritionem
praecipites nimis aggredi vellent, ab instituto revocat, ne cum Zizanijs
triticum quoque evellant, et tempus messis expectare iubet, quando
absque tritici dispendio lolium extirpari potest. Ita nos quidem pie
admirari et quaerere docet, quae causa sit, quod in reformatis Ecclesijs
multa visantur, quae cum sincera Evangelij praedicatione minus conve-
niunt, interdum etiam eidem non parum obstant. At nihil absque
peculiari Patrisfamilias mandato nos facere convenit, ne dum inte-
pestive omnia, quae nobis merito displicent eruere conamur, multis
incommodemus, quorum salus nobis commendatissima esse debebat. Ex
loco autem insuper colligi posse existimo, non timere cuique discedendum esse ex illis Ecclesijs, in quibus non omnia ad nostrum placitum
possunt subito institui, sed patienter ferri debent quae mutari non
possunt: salva autem conscientia et fidei confessione a nobis ferri et
tollerari possunt. Haec, mi frater observande: causa isti exorcis-
tica, quae nunc tibi negocium facit, omnino convenire videntur.
Nam si infelix hoc lolium, cuius radices longo usu et consuetudine
confirmatae sunt, subito extirpare conemini, dubium est, an absque

Communi

communi totius Ecclesiae periculo id fieri possit. Restat ergo adhuc dif-
ferre, donec plerique vestrûs instituantur, & Dominus occasionem tutio-
rem & commodiorem vobis offerat. Ut vero Belgae fratres renuncia-
to civitatis iure, discedant, id mihi minime consultum videtur, quia
id non fieri arbitror, quin multos offendant ex vestris, & eodem facto
peregrinis omnibus invidiam conflent; denique vestris autores sint,
ut in posterum exulibus Christi sese minus beneficos praebeant.
Itaque non ipsos modo cum charis coniugibus atque liberis, verum etiam
plures alios in difficultates non necessarias coniicient, quae posteros
quoque cum illorum odio, & non sine contumelia publica redundabunt.
De te vero, mi ~~carissime~~ frater, nolo nunc plura dicere. Nam quae
tua est pietas, nunquam tibi serio in mentem venisse arbitror, ut Ec-
clesiam tuam deseras, in qua hactenus ministerio tuo tam liberaliter
benedixit Dominus, ut vestrorum fides & constantia praeter omnium
expectationem, cum totius orbis admiratione manifestata sit, in
causa illa Jacobandreana seu Ubiquitariae pandorae, qua nulla ali-
quot seculis alia in Ecclesiae theatrum prodijt, quae maiori cum pe-
riculo & audaciore conatu omnibus Germaniae Ecclesijs distractionem
incurabilem & interitum minitata sit. Cum igitur te constans, mi
frater

frater, ubi agrum Domini multis Zizanijs horrentem inuenias? Quo, inquam, abitis, ubi fortiores, constantiores, & prudentiores Veritatis Vindices te reperturum speres? Cuj interea pias auiculas, quae nunc à tuo ore pendent, relinquas? Num ab eis discedens illarum gemitus, lacrymas, balatus, tu siccis oculis & infracto pectore ferre poteris? Non equidem arbitror. Et si omnino procul abeas, de illis tamen ratio reddenda erit Christo, pastorum principi, qui illas de manu tua requiret. Macte igitur Virtute & animo, mi frater, stationem tuam tuereto. Inuicta est Veritas, &, oppressa licet, diu latere non potest, quin nouis radijs auctam lucem suam diffundat. Nouit tuas curas & animi perturbationem aeternus Dei filius, cui hactenus seruiuisti: Idem tibi praesens aderit, Teque viribus quotidie nouis instruet, quoad tu illi fidelis fueris, Et opus quod per te Cepit, Consummabit, ut inuito Diabolo, & eius Satellitibus, ad metam optatam peruenias, & laborum tuorum fructu uberrimo atque sempiterno fruaris &c. 1580

Ad Ioannem Hoffmannum Bremensem. Witebergae

è copier.

S. D. Quod in postremis tuis literis consilium à me petiuisti, de Communione in Ecclesia vestra adeunda: id mihi quidem eiusmodi esse ui-
detur

debeŭ, ut Pauli Apostoli illud haud iniuria huc congruere putem: Pro,
bet vnusquisq. seipsum, & sic de pane isto edat, & bibat ex calice isto.
Res enim tenera est Conscientia, & huius rationem à pijs omnibus haberi
politissimam oportet. Cumq. idem Apostolus peccatum esse pronunciet quod
ex fide non fit: nolim vel mihi vel alijs author esse ad faciendum aliquid
dubitante conscientia. Summa doctrinae sonantis de persona christi
et Caena Domini in Ecclesia patria tua quae sit non ignoras. Qualis
isthic in suggestu & pulpitis opinio doceatur, magna cum contumelia &
graui insectatione veritatis orthodoxae, & hanc pie profitentium forlassis
non sine dolore & animi tui perturbatione, saepe audis. Ac Vestri
quidem, ut ipsorum libri publice editi testantur, grande nefas & nonex-
piandum esse iudicant, si quis ex ipsorum assectis in Ecclesijs nostris
communionem velit. Homines sunt ad Ecclesiarum dissipationem
& schismata excitanda nati. Verum si conscientiam tuam non tur,
bare; à vera sententia te non depellere: à synaxi ipsorum publica non
arcere te illos velle persuasum habueris: hanc cum ... à pie,
tate non alienam esse iudicauerim, si cum priuatus sis & in nulla
parte functionis publicae numereris: Ideoq. exemplo tuo scandali ma,
teriam alijs praebere non facile possis: communionem illorum boni consulas

et conscientia tua ardenter desiderante usum communicationis, ad sacram synaxin ipsorum accedas. in quo tamen praeceptum Christi in memoriam tibi revocas velim: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices ut columbae.

Bremae. 3 febr. 1587. Christoph. Pezelius D.

XXVIIII

Reuerendo Viro, D Constantino Fabricio
fido in Ecclesia Norimbergensi pastori,
fratri summe obseruando.

S. Redditae mihi sunt optima fide, mi obseruande frater, quae tum Monanij tum tuo nomine, non semel misisti. Quae autem una cum hisce meis tibi tradenda huic iuueni commisi, velim ut qua soles diligentia cures ad D Monanium nostrum usque perferenda. De rebus Gallicis & nostris idem hic iuuenis facile te certiorem faciet. Rotomagum secundam Gallici Regni ciuitatem sese Regi tandem dedidisse multi quidem renunciant, sed quibus fidem habere nondum audemus. Res autem Gallicae eo sunt adductae ut uel hostem turpiter tergiuersari, uel de summa rerum semel decertare oporteat. Itaque precibus bonorum & piorum omnium opus est, si unquam alias. Ad nos priuatim quod attinet, hoste diuinitus alio auerso, & fuso per Lediguerium Amedeo notho Sabaudi fratre, aliquot iam menses, satis in isto rerum statu pacatam vitam

agimus

agimus. Hosti nostro suis, in provincia quam vocant, conatibus frustratis, & Taurinum reversus, ultima nobis minatur. Et certe nihil non est huic civitatulae tam diuturni belli sumptibus penitus exhaustae, humanitus metuendum. Nos autem a Dei providentia toti pendemus. Ego toto mense domi detentus per catarrhum coactus melius nunc habeo per Dei gratiam, totus spiritum anhelans. Tu vero quod facere te non dubito, magis ac magis perge res nostras Deo commendare. Caeterum illa D. Peuceri nostri peregratum mihi fratris, illa inquam de qua[?] ad te scriptam: si meo sumptu descripti & ad me mitti cura noris. Librum autem ipsius de Divinationibus nuper recusum quem avide expectavi, nulla dum ratione nancisci mihi licuit. Bene vale mi observande frater. Dominus Jesus tibi & tuis magis ac magis benedicat. Genevae, pridie Januarij & anni novi Calendas, quem tibi quam felicissimum precor 1591. Tuus Beza.

Mag^co Viro: D. Martino Schillingo, amico certo, & bene merenti

S. Mitto tibi, Vir praestantissime, disputationem Theologicam, mei mentis animi testem. In Gallia Lanoius & Castillioneus: In Germania Saxo & Palatinus ideo evocati sunt a Domino, ut discamus ab ipso uno pendere, qui etiam ἀμέσως agere potest. Ne

nobis

nobis persuadeamus futurum ut in terris regnum Israëlis instau-
retur: cum caelum praeparatum audimus. Nec laetemur [illegible]
[illegible], quando etiam adversae partis tam multos occumbere in
praeliis suis, & tantum humani sanguinis fundi audimus.
Lesdiguerius Allobrogum: Thoreinius Lotharenum nuper eodem tem-
pore in fugam, caesis aliquot compulerunt. Utinam in fugam ver-
tamus mundum, carnem, Sathanam, & caecos affectus.
Credo te non mutare animum erga me, licet conspuitum & respersum
calumnijs eminus videas. Nam mihi dat Deus ut neminem ini-
micorum meae causa oderim, sed ut precer Christum, ut ipsis eodem
Ecclesia, Academiaq. nostra, & Resp. bene habent: quia ita habent
ut vult is qui αὐτάγαθος est, & qui ex nostris malis bona facere
potest & solet. Bernensis Ecclesiae Antistes Abrahamus
Musculus †. ipso natali Christi: accitus ad Sadeelem. Rheni
ora pacata ut maneat precor: & eandem gratiam vobis qq. opto,
& vicinis vestris Sarmatis. Ne turbemur Cadmeorum fratrum
insolentia: verum ingemiscamus adversus eos: quia Iudex prae fo-
ribus est. Laetemur, laetemur in Christo Iesu, quia per crucis com-
plementum ἐν παραλλαγῇ, tendimus ad ἀπαραλλαγήν. Sebaldo s. p.
& toti vestrae familiae. Basil. 17 Ian. Vere tui amans
J. Grynaeus

V. Cl. D. Georgio Sibizio Vratislaviensi, &c.
quam doctiss. ornatissimo, amico optimo.

S. D. Clarissime Vir. Etsi multa sunt, quae in hac Ecclesiae & Reip. perturbatione gravissime me excruciant: illud tamen inter alia solatio mihi est, quod certatim & non nisi ab optimis viris mea officia praedicari video: in quibus tamen, ut in xenijs, animum meum probari intelligo. Fatalem autem mihi esse video inclytae urbis Vratislaviensis hominum benevolentiam, cuius nomine sic mihi gratulor, ut etiam praeponendum mihi placeam. Clarissimi Viri Jac. Monavij nunquam a me visi, amabilis φιλοφιλία καὶ καλοκαγαθία sic me afficit, ut incredibili voluptati sit eius amicitia. Fratris autem eius, Doctoris Petri festivitatem ingenii, facundiam, linguarum, historiae veteris & recentis peritiam: ac his medicae usum, cum domestica eius consuetudine fruerer, perspectam non possum non magnifacere. Nobilis Martini Schillingi judicium, gravitatem & alias dotes nunquam non mirabor. Scholzium tuo χάριτι εὐέδεχε & cum praestante doctrina moderationem eximiam coniungere ubi animadvertissem, non potui non illum quoq. complecti. De te non decet me, a fuco abhorrentem

hominem

hominem aliter testari. Gratias vero ago filio Dei, sedenti ad dextram coelestis patris, cui visum sit eas animi dotis, eam ... cognitionem tibi largiri, ut idoneum encomiasten Hottomannum, & convenientem Vitelli tui theatrum in patria nactus sis propitio providentiae consilio. Quod reliquum est, ut te cum tota familia & patria servet Christus opt. maximus ex animo precor. Oro autem ut boni consulas λακωνισμον; Nam ad diversos mihi eodem tempore scribendum fuit. Basileae. 4 Novemb. Anno 1579. Tui nominis amantiss.

Jo. Jac. Grynaeus.

Ad Sebastianum Ambrosium: pastorem in Keisemarg etc.

S. Veritatem istic quoque oppugnari, idque non ab extraneis tantum, sed ab iis etiam, qui in ipso Ecclesiae sinu versantur, durum quidem est, sed minime novum, imo potius quotidianum. Sit autem benedictus Deus & Servator ille noster, quod fortes vicissim eius veritatis propugnatores apud vos excitavit, sicut ex literis tuis agnosco: nempe ut quanto furiosius illa fuerit oppugnata, tanto sit illustrior ipsius victoria. Caeterum cum antagonistae illius tui liber ad nos non sit allatus, & nuda tantum quaedam, ut ab ipso prolata mihi proponas, vereor ne calumnianda meae responsionis occasionem inde arripiat. Respondebo tamen quando ita vis, sed ea conditione, ut si forte ab ipsius

sententia

sententia aberrarj, quam ille procul dubio planius in illo suo scripto exposuit, quod hic scribo non pro scripto habeatur. Docet ille, inquis, Essentiam patris, filij & Spiritus sancti vere & realiter esse distinctam. Ego vero non video, quinam admitti possit haec phrasis, quin statuantur personae essentialiter inter se differre & proprietates, quibus personae inter se distinguuntur, non tantum λόγῳ, sed etiam reipsa aliud esse quam essentiam: unde & Tritheismus, & realis compositio in Deitatem, quae una & simplicissima & eadem tota in singulis personis est, necessario invehentur, quae omnium falsissima sunt et absurdissima. Tolerabilior esset locutio, si diceretur, Essentia, quae in singulis personis una, tota & eadem est, sive in qua una, tota & eadem singulae tres personae subsistunt (quod posterius loquendi genus magis probo) in tres illas personas, vere & realiter distingui; id est non simpliciter & absolute, quando de tribus personis agitur considerarj, quoniam sic quaternitas statueretur pro Trinitate: sed adhibita distinctione proprietatum spectari, quibus personae inter se reipsa distinguuntur. Nec enim aliud est persona in divinis quam illa ipsa unica & eadem essentia, cum proprio ὑπάρξεως tropo considerata: quam proprietatem a qua pendet ipsa singularum personarum constitutio & distinctio, recte monet

Thomas

Thomas, ne forte Tritheismum vitantes in Sabellianismum incidamus, non esse simplices logicas relationes, sed quandam habere in se indiuiduationis rationem. Sed hanc quoque posteriorem phrasin, ut duram, insolentem, & ambiguitate sua periculosam, minime velim in Ecclesiam introduci, quam in prima confessionis meae editione imprudenter à me usurpatam propterea ἐξεμπλαρίοις: quod idcirco testatum volim, ne forte antagonista ille noster, mei nominis authoritate apud imperitos abutatur. Venio ad alterum illius enunciatum, in quo, quaecunque Christo data sunt, dicuntur à tempore incarnationis, & non antea, fuisse illi data. In iis igitur verbis, si Christus intelligatur etiam qua Deus est; & inter illa Christo data censeatur quod à patre habet, nempe quod sit filius patri coaeternus & coessentialis, ut pote totius essentiae communicatione ab aeterno à patre genitus: certe non Christianum sed Samosatenianum fuerit illud enunciatum. Sin vero istud de Christi humanitate, & donis in eam collatis accipiatur: tum sane vera fuerit haec sententia, siue de gratia unionis, qua homo iste Deus euasit, siue de plenisque habitualis, quam vocant, gratiae donis accipiatur. ἄκυρον tamen fuerit temporis vocabulum. Christi enim hominis Deificationem, ut ita loquar, siue ut loquuntur

Damascenus δοξῶν, & alias in illam divinissimam ani-
mam Christi, citra mensuram effusas pluresque dotes, illa Verbi
Dei incarnatio, non quidem tempore, sed ordine tantum antecessit.
Restat tertium illud, quod ais mihi ab illo tuo antagonista
obijci, quod videlicet simpliciter negarim Christi carnem esse
vivificam & adorandam: qua in re vide ne iste fortassis tuam
inveniat. Aliud enim est simpliciter negare Christi car-
nem esse vivificam & adorandam, quod absit ut unquam senserim:
quam dicere Christi carnem non esse simpliciter & absolute vivifi-
cam, & adoratione religiosa adorandam, quod semper & ex Dei
Verbo, & patrum testimonijs, & perpetuo Ecclesiae, ne schola-
sticis quidem exceptis consensu affirmavi. Hac autem de
re quoniam ab istis calumniatoribus provocatus toties tam mul-
tis responderim, pudet me surdis ista rursum iterare. Vide-
antur ergo, si sit opus, quae ea de re iam pridem scripsi, trac-
tationum mearum primo quidem volumine pag 526. secundo
vero volumine pag 273. & 274. tertio denique volumine, p.
103. 104. 105. 106 & 107. Et de his quidem hactenus. De
rebus autem nostris, hoc unum nunc habeo quod scribam:

Genevam

Genevam totis jam XXVIII mensibus adversus potentissimum & prorsus immanem hostem, unius Dei manu admirabiliter prorsus conservatam, adhuc per Dei gratiam salvam prestare, sic tamen ut bonorum ope & precibus, quanto diuturnius est istud bellum, tanto magis indigeat: quod vos istic ut corporibus quidem longissime a nobis dissitos, sic animis in veritatis consensu & sincera caritate coniunctissimos minime nobis denegaturos esse confido. Bene Vale Vir Clarissime, & summe observande frater. Geneuae 23 Aug 1591.

Tuus Beza.

XXXV.

Ad D. Constantinum Fabricium Norib.

S. Pergratum mihi fecisti, mi carissime frater, missis ad me vere pijs & summa quoque doctrina plenis illius amici nostri scriptis quae merito thesaurij nomine dignaris. Ea, ut spero & opto, tam bona fide tibi una cum his literis reddentur, quam tute huc fuerant perlata. Curavi autem ergo illa mihi describenda, quorum etiam editionem fructuosam Ecclesiae profuturam, si fieri istud posset bona cum auctoris venia, & nullo ipsius incommodo. Is autem ubi, & qua conditione nunc sit avio cognoscere. Certe quominus me nec dies nec nolles

patitur

patitur tam repentina & tam gravis ab uno extremo ad alterum nullo interiecto medio, transitio, cum tam multorum piorum, quibus indignus est mundus, asperrima conditione coniuncta: & ipsis nihil nisi triste de his rebus abs te expectem: mihi tamen gratissimum feceris, si nullam occasionem mihi de iis quae illinc audies, scribendi occasionem praetermiseris. Ex Gallia nihil de Rege, nisi laetum & ipso dignum audimus: hoc enim curante Parmensi, ut evitato conflictu Rothomagensis obsidio solvatur: Rege contra omnia experturo. Res est igitur in acie novaculae, quod aiunt. Ad nos autem quod attinet, perseveravimus quidem per Dei gratiam, expectantes Gallicarum rerum exitum: sed iis certe difficultatibus magis ac magis premimur, quibus, nisi nos illud Abrahami credentium patris sustineret, nempe Dominus providebit Gen. 22. 8. iampridem omnem spem despondissemus, utpote non modo neglecti, sed etiam afflicti a nonnullis, a quibus id minime omnium factum oportuit. Tu vero, mi frater, una cum nostri amantibus omnibus, Deum pro nobis precari magis ac magis perge. Caeterum typographo civi nostro mandavi, ut una cum istis, & tuo illo ἐγχειρίδιον tibi mittat scriptum

tum quoddam meum, cuius scribendi & edendi occasionem vel potius necessitatem ex praefatione & ultimis paginis cognosces, ut nos intelligas à furiosissimis hostibus, non tantum externis, sed etiam domesticis premi, & tanto ardentiores pro nobis preces concipias. Ex duobus autem illius libelli exemplaribus, unum tibi servabis, alterum rogo etiam atque etiam ut ad D Menamiam vestram, una cum harum ipsarum literarum exemplo, addita accurata excusatione verissima mittere ne graveris, quod dictandis partim literis defatigatus, his unis putarim posse & illi & tibi satisfieri. Bene vale mi suavissime frater, una cum amicorum omnium coetu. Dominus ieus tibi, sanctisq. tuis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. Cal. Martij 1592.

Tuus Beza

XXXVI Eximio Christi servo D Constantino Fabricio, fido Verbi divinj in Ecclesia Norimbergensi ministro, fratri ac symmystae observando.

S Confido, mi frater, restitutum fuisse tibi bona fide tuum illud κειμήλιον, nostri videlicet illius, quem vere possum Confessorum veteris Ecclesiae more, appellare scripta quibusuis gemmis pretiosiora. Spero quoque te simul accepisse ultimi scripti nostri, id est Apologiae pro Iustificatione per unius Christi viva fide apprehensi iustitiam gratis imputatam,

exemplaria

exemplaria, nisi me fefellit typographus, cui hoc onus commisi. Ade-
git me ad hoc edendum responsum non tam insanus ille nihil praeter
rabiem spirans. cum quo disputare sapienter velle, plane fuerit cum ratio-
ne insanire, quam qui non procul a nobis amentem istum in scenam pro-
duxerunt, qua nunc est ubiq. spiritus erroris efficacia. Tristissimum eius
rei exemplum nobis praebent saxonicae tragoediae, in quibus sicut in istis,
simul Dei iudicium intuemur in ijs magis ac magis excaecandis qui
pertinacissime & diutissime repugnantes clarissimae veritati merito tan-
dem εἰς ἀδόκιμον νοῦν tradidit: sic futurum spero, ut & suo tem-
pore plerosq. potius errantes quam peccantes in viam reducat & suos jam
nunc ea qua opus est constantia confirmet. Sed & per quosdam audacis-
simos sycophantas subornatos non stabit, quominus omnis Ecclesiastica
disciplina, in reformatis omnibus Ecclesijs instituta, si solam Angliam ex-
cipias, a fundamentis convellatur, et quidem nominatim non tantum im-
petitis, verum etiam omni convitiorum genere oneratis Calvino & Beza.
Quid amplius! Ecce, quod nunquam fuissem arbitratus, Hemingius ve-
ram & solidam doctrinam de praedestinatione, novo de gratia univer-
sali libello coepit ex professo adversus nos, quos etiam adversarios ap-
pellat, oppugnare, infelicissimo certe conatu, nostra partim non intel-
ligens

ligens, partim depravans, atque alios (quod tanti alioqui viri pace dictum sit) falsissima non pauca praesupponens: quem gravissimum errorem jampridem in aliis ipsius scriptis animadverteram, sed ab ipso emendatum iri potissimum de hoc argumento & de Zelij nostri accuratissima tractatione sperabam. Dominus autem procul dubio isthi quoque malis suo tempore providebit. Nunc ad aliam nobis privatam calamitatem accedo, quae a quibus initijs coeperit antea cognovisti, ne quis fortasse existimet, aut illam a nobis ultro accersitam, aut moderatiora consilia neglecta. Quousque vero sit hoc malum progressum, & in quibus nunc angustijs, rei praesertim nummariae, versemur, quam denique praesens huic civitati, Ecclesiae, ac scholae exitium immineat, si in praesidijs humanis subsistamus, nisi aliqua, & quidem prompta bonorum & piorum munificentia sustentemur, tantisper dum Rex Gallus paulo saltem domi quietior, pro sua optima in nos est voluntate, Regulum illum nostrum hostem possit, prout meretur, tractare: malo te, mi frater, ex hoc ipso, qui has tibi literas reddidit intelligere, ornatissimo viro, & a nostro Senatu ad hoc ipsum ubicunque commodum ipsi fuerit, procurandum negocium legato, quam longiore, tristique narratione tibi esse molestus. Et quum nullum isthic noverim a quo maiore fide & promptiore studio quam a te uno possimus hac in re adiuvari, rogo te etiam atque etiam, ut ubi legationis

legationis ipsius causas ex ipso cognoveris, non tantum dispicias, sed etiam illi suggeras quibuscum istud negotium communicari cum aliquo fructu & quidem sine strepitu posse ac debere existimaveris: denique, mi frater, si qui sunt istic aut in vicinia qui nos salvos esse volunt, facis obsecro, ut intelligant vix unquam illis posse certiorem offerri occasionem demonstrandae & exercendae suae christianae charitatis, & huius civitatis Imperialis, itidemque Ecclesiae & scholae a maximo discrimine vindicandae occasionem. Sed et quas tum ad D Philippum Camerarium, itidemque Illustri Domino Joachimo Comiti Ortemburgico, & D Adamo ministro in Ortembourg scripsi, ubi hoc quoque negotium attingo, tuae fidei & prudentiae commendo. Vides vero, mi charissime frater, quantum tibi oneris imponam, tum mutua nostra amicitia, tum perspecta jam antea tua in hanc Ecclesiam charitate fretus, quae spes, sat scio, fallere nos non potest. a quibus vicissim omne officii & obsequii genus expectabis. Bene vale vir eximie ac summe observande frater. Dominus Iesus nostros assiduos gemitus exaudiat, & propter sanctum nomen suum faxit, ut per has multas procellas in portum provehamur, tibi tuaeque familiae magis ac magis benedicat. Genevae. 20 Maij 1592

Tuus Beza

Memini, mi frater, D Sadeelem beatae memoriae, & me, quum annis superio re

superiore enim D. Sentij legati, qui tum apud nos erat, Regij rogatu Gal
lica quaedam negocia magnificis & ornatissimis DD. Hieronimo de Baum
gartem, & D. Ioachim Nucelio commendasse, humanissimum & magn[a]
benevolentia plenum retulisse: quod mihi spem facit posse illos cum aliquo
fructu de nobis adiuvandis interpellarj. Eram itaq. ad illos etiam scrip
turus, nisi in hoc tanto quorundam in nos immerentes odio, hoc illis esset
fraudi, si forte res emanaret. Quamobrem etiam visum est hunc le
gatum sine ulla prorsus apparatus specie, sed quasi privatum hominem
mittendum. Res autem haec omnis tua prudentia committitur.

Ad Martinum Sebil lingum.

Magce vir. Non meum est πολυπραγμονεῖν περὶ τὰ πολιτικά,
qui quae mei sunt muneris, non ita tractando peragere, ut par erat
possum. Imo qui mihi ipsi male praesum, et identidem habeo cur licam
Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae
Sed tamen cum Tetrapolitani nostri mihi ὁμοθυμαδὸν religiosam
πρὸς τὸν δεῖνα legationem demandassent, ea pro ut debet Deus, de
functus sum. Primum testatus sum συμπάθειαν, quod κοινὸν ἀγα
θὸν nobis subductum sit. Secundo διὰ Χριστὸν gratulatus sum Princip[i]
& Sancta

et sancta precatus. Tertio: rationibus & exemplis adductis hor-
tatus sum illum ut in fide virtutem cum Deo praestare studio ha-
beat, nec tentationibus a dextris & a sinistris se patiatur seu ener-
vari seu frangi. Postremo ex praescripto κοινωνίας ἀξίαν de-
tuli illi Tetrapolitanorum inprimis, deinde et quintae urbis nomi-
ne, bonae fidei in adversis & secundis probandae officia. Testatus est
ὁ στίρος, nihil sibi gratius accidere potuisse illa testificatione συμ-
παθείας, gratulationis, communionis in fide: ac eadem sibi cordi
esse, & misso legato χατίδιας acturum. Allocutus sum et
Ecclesiam, eiq. Xposm Michrea dictum, fratrum lectoria portato, quae
peccavi ei. Et quorum fratres & agratos quosdam amicos salutatem,
propter relij domum. E regijs ad Rotomagum castris nihil
aliud solidi disco quam Regem aequo Marte & animo infracto τὴν
τοῦ πολέμου χρονοτριβίαν ferre, interdum etiam leviusculis con-
flictibus hostes atterere. Moriuntur & multi boni. Sed ut
dixit Tertullianus: nihil nostra refert in hoc aevo, nisi de eo quam
celerrime excedere. Salutem dico Domino Sebaldo Sommer-
manno. Servet te Christi virtus. Basileae 7 May 1592

Tuus vetus ille
J. Grynaeus.

Ad Eundem

S. Literae tuae, adamande in Christo et obseruande Dne, mihi in memoriam reuocarunt Versum 13 ps. 94 de εὐθυμίᾳ piorum: Vt praestes ei quietem à diebus mali, dum foditur impio fouea. Εὐθυμίας auctor Deus est: finis est omnes ij quos Deus legem suam docet, ut fiant θεοδίδακτοι. forma: pacato animo esse in medijs undis; bene sperare de Ecclesiae tum collectione tum defensione, deq. iudicio tandem ad iustitiam redeunte. Si uere credimus in Iesum Christum, uiam, Veritatem, & uitam: Si etiam spe salui sumus, cur ita turbamur tetro humanarum confusionum spectaculo, ut periculum uideatur ne perturbemur! Prorsus similes sumus naufragium & interitum metuentibus Apostolis & clamantibus, Domine, serua nos, perimus. Itaq. Dei εὐταξία inter mediam ἀταξίαν hominum & Diabolorum conspicua, suggerit nobis Christi dictum: Quid timidi estis o exiguae fide praediti! Si quaeras, anne sic sim ἀταραξίᾳ instructus, nulla re ut nimium afficiar? fatebor, coram Deo quod res est, me alios erigentem, mei ipsius interdum ita obliuisci: ita etiam incalescere ut ἀκίνητος alijs uideri possim. Digredientem autem, sentio propriae infirmitatis ita pungi, ut mirer mihi rationes & uerba apud alios non deesse. Sed soleo noui foederis, aut psalmorum librum

aperire

aperire, & ἐ τῶν τοῦ ψυχῶν ἰατρειῶν remedia petere, & prout dat
Dominus illa accomodare. Omnium autem libentissime & cogito &
loquor de beata ad Christum migratione: ac ut me vigilantem & offi
cium facientem Dominus inveniat oro. Quantum autem possum
averto oculos & animum à spinis vanitatis mundi & rerum adver
sarum ad heliotropium solis iustitiæ, ut sensus sapientiæ, iustitiæ,
sanctificationis & redemptionis Christi, me instar cœlestis roris vivifi
cet & exhilaret. Precor tibi et tuis omnibus, interq. eos Dn. Se
baldo; & tuo quondam Achati Doctori Laurentio omne bonum.
Basileæ. 7 Iunij Vetus tuus J Grynæus.

Illustri Domino Comiti, Ioachimo anti
quioris prosapiæ Comitum, Comiti in Orten
burg etc Electoralis in Bavaria Pala
tinatus Proprincipi: clementissimo Domino
& mihi summe observando.

S. Illustris Domine comes: salutem mihi, tuo mandato nunciâ-
runt D Constantinus fabricius noster & D Adamus minister
in Ortenburg: Unde conijcio pergere te magis ac magis in ea qua
me jampridem, licet immerentem dignatus es benevolentia, quam
nisi verbis saltem agnoscam, quandoquidem aliter non licet, fue-
rim

rim profecto non tantum turpissimi sceleris, ingrati videlicet animi, co
arguendus, verum etiam agrestis ac penitus inhumanus existimandus.
Caeterum quod in tuis ad me literis, mense quidem Januario datis,
mihi vero superiore demum mense redditis, idem D Adamus de
charissimo agnato tuo Dno Carolo Ortenburgensi Comite, nuper La
tanij immatura morte sublato, commemorauit, magnum mihi dolore
attulit, ita mihi memoriam eius Epitaphij carminis renouauit,
quod a me ante biennium Dno Antonio, beatae memoriae, filio tuo
consecrandum postulasti. Illud autem cum iampridem Heidel
bergam miserim, nec ab eo tempore, num tibi redditum fuerit, cog-
nouerim: mittendum ad te cum his literis illius exemplum putaui:
idcirco tantum, ut me officio functum fuisse intelligas, id est, de
fungi voluisse, siue meum tibi studium probare. Quid enim a me
illi gentis tuae tam illustri dignitati satis conueniens praestari potuit
me in summa quidem tranquillitate? notum enim illud est, Car
mina secessum scribentis & otia quaerunt. Quod autem ad Il-
lustris illius agnati tui fratrem D Georgium attinet, de quo huc
ad nos, ac deinceps a nobis in Galliam mittendo, cogitare te idem
D Adamus mihi significauit, hoc unum tibi de nobis nunc
possum polliceri, nos nullo officio ipsi defuturos: Sed praesens rerum

sicut

nostra

nostrarum status suadet, ut res ista differatur, tantisper dum nobis
certius liqueat, ecquid, tum de Galliae tum de huius civitatis statu,
(sunt enim hodie haec duo connexa) factum velit hoc tempore Do-
minus Deus noster. Et sunt quidem, Dei beneficio, res Gallicae, si
certa sunt quae passim referuntur, ea nunc conditione, quae sperare nos
jubeat fore, ut brevi Dominus Deus noster Regnum Gallicum, ac
proinde nos quoque, respiciat: Sed cum haec posita sint in Domini
Dei nostri arcanis, exspectandum esse, quoad eius fieri potuit
ipsum tantae huius tempestatis exitum arbitror, priusquam sese quis-
piam in hoc pelagus ultro vehendum committat. Quod autem
ad huius reip. statum attinet, ut semel noris, Illustris mi Do-
mine, quibus in angustiis versemur, velim tibi proponas civi-
tatem tenuissimi per se census, totos jam triginta septem menses
hosti superbissimo et saevissimo suis unius sumptibus resistentem,
territorio undique caedibus et flammis immaniter in solitudinem re-
dacto, usque adeo ut ne suis quidem subditis, sed puram religionem
profitentibus hostis pepercerit, omni abrupto commercio, annona
non alia quam empta et aliunde invecta utentem: miserrimorum
hominum ex vicinis locis compulsa in urbem multitudine redun-
dantem: publice denique et privatim exhaustam. Haec, inquam,

Illustris

Illustris mi Domine, si mente contempleris, veram intueri te putato ci-
vitatis huius & Ecclesiae Gemundensis & Scholae imaginem, hoste videlicet in
hoc unum intento, ut quod vi efficere non potest, verum tandem omnium p-
enuria perficiat. Quae quum ita se habeant, & nobis certum sit semel con-
stitutum in hac tam iusta & necessaria nostri defensione, quibusvis potius ad
extremum usque halitum perpeti quam vel minimum languescere, cogimur
omni deposita verecundia bonorum & piorum quorumvis, etiam quam
longissime remotorum opem & subsidium implorare: qua in re quum
neque de tua in nos benevolentia, neque de authoritate, qua apud multos polles
dubitemus, petere nos ab te, ut speramus, pro pietate et charitate singulari
tua patieris, ut honestum hunc virum Carolum Listorium nomine,
Iuris doctorem, & in maiore huius reipubl. senatu consiliarium, huic
procurando negocio ubicunque ipsi commodum erit, expresse publica
authoritate delegatum, clementer excipere & audire digneris: & ubi
rem hanc totam ex ipso cognoveris, illum etiam consilio tuo sapi-
entiss. adiuvare, & hanc Imperialem civitatem, Ecclesiam & scholam
tam indigne oppressam, piis istic commendare in tanto discrimine ne
graveris, quos nostri & eius sanctae, quam tuemur, religionis studio-
sos & amantes esse cognoveris: quo sane vicissim summo beneficio
nos omnes & singulos tibi perpetuo devinxeris, Optimo etiam

max

max.º Deo, huius in suos tam opportune collatæ beneficentiæ memores procul dubio futuro. Bene vale Illustris mi Domine. Dominus Iesus qui tibi dedit, ut non tantum in ipsum credas, sed etiam ut pro ipsius nomine perterritiorem patieris, invicta sancti sui spiritus virtute tuam hanc constantiam corroboret, & illustri Dignitati tuæ, suaeque Ortenburgicæ nobilissimæ familiæ magis ac magis (q[uod]) cumulatissime benedicat. Genevæ. 20 Maij 1592.

Illustri Tuæ Dominationi addictissimus
Theodorus Beza, manu sicuti
vides vacillante.

Magnifico et inprimis Generoso Domino, Domino
Gregorio Tribels, Domino meo clementissimo
& summe observando.

S. Si vales bene est, Magnifice Domine Tribeli: Nos autem adhuc Dei beneficio corporibus quidem satis valemus: animis autem, ut ne-cesse civitati necesse est tam diuturno bello publice privatimque exhausta & graviora quoque non temere metuenti, etsi minime concidimus, tot tantisque tamen angustiis & iam praesentibus & proxime imminentibus coarctamur, ut vix esse miseriores possimus. Facimus ergo, omni de-posito pudore, quod ipsa cogit necessitas, id est, amicorum etiam longius sive

sine absentium opem & subsidium imploramus. Inter illos autem, Mag-
nifice mi Domine, quum tu jampridem, & quidem a nobis non rogatus,
munificentia tua non indignos esse nos iudicaris, ad quem potius con-
fugiamus? parum id quidem, fateor, prudenter, sed quum tamen
merito confidimus hanc nostram audaciam facile summis istis nostris
angustijs condonaturum: jmo reipsa quoq. testaturum ista misera-
rum nostrarum accessione nihil esse de hac tua in hanc civitatem
Ecclesiam & scholam vera christiana charitate deminutum. Quod
si forte roges cur non potius de pace redimenda agitemus? & unde
tandem horum malorum levationem expetemus? Velim hoc esse tibi
persuasum, nihil esse a nobis illa in re praetermissum: sed ab eo
frustra quoque saltem moderatum et certum sperari, qui partim antiquis
odijs incensus, & ijs quidem iniquissimis, partim ambitione incredibili
& abolendae verae religionis summa cupiditate inflammatus, vivere se
nobis salvis non posse existimet. Nos autem & dei praepotentis
illius miserorum, & quidem inprimis pro ipsius nomine afflictorum
promissa expertaq. providentia freti, quidvis potius, quod illi vi-
sum fuerit ad extremum usq. habitum, ipso favente, perpeti decre-
vimus, quam committere, quod vel tantillum veri christianismi, vel pa-
triae libertatis amantium hominum officio adversetur. Ad hu-

mana

mana nostro subsidia quod alliceret, speramus vix commissurum esse Dominum pro misericordia singulari sua, ut tot piorum fratrum vanae & irritae sint pro nobis conceptae preces, & illum re ac nomine christianissimum Regem certo audemus nobis polliceri, & Dominus, quod brevi futurum speramus, facultatem egregiae ipsius in nos voluntati respondentem ipsi concesserit, suis adversus communem hostem promissis minime defuturum. Haec autem omnia velim, Magnifice mi Domine, ex eo qui tibi has literas reddidit, & publica cum auctoritate ad curandum hoc nostrum negocium fuit delectus, plenissime cognoscere ne graveris, & tum consilio, tum quibuscunque conatibus apud Magnificentiae tuae amicos et nostri amantes homines commendationibus adjuvare non dedignaveris: quo summo beneficio totam hanc Remp. Ecclesiam & scholam sic tibi devinxeris, ut seipsas quodammodo sint tibi secundum Deum debiturae. Bene Vale Magnifice mi Domine. Dominus Iesus ex promissionum suarum formula hanc Amplitudini tuae, tuisq. omnibus cum cumulatissime magis ac magis benedicat. Genevae. 20 Maij 1592.

Tuae Magnificentiae addictissimus Theodorus Beza, manu sicuti vides vacillante, alioquin alienam minime adhibiturus.

Eximio Christi servo, D. Sebastiano Ambrosio, fido Verbi divini in civitate Scepusij Keismarg ministro: fratri ac symmystae summe observando.

S. Mi suavissime Ambrosi, macte esto hac sancta constantia, qua veritatem Dei propugnas, et hoc magis ac magis cogita, nullum esse in domo Dei nostri honoratius ministerium, sicut aliquando apud Domini Deiq. nostri sanctissimum tribunal liquebit. Pudeat autem nos minus esse in tam praeclaro administrando munere diligentes, quam sint illi sive foris sive in ipso sinu Ecclesiae veritatis hostes, in male agendo pertinaces. Certe quisquis ille est, qui se meum hic fuisse familiarem dicit, hoc a me non didicit, quod istic ab eo dixeri scribis. Eos vero quid pudeat, quos non pudet dicere a me negari carnem τοῦ θεανθρώπου vivificam & adorandam esse? quibus si non sufficiunt quae toties iam scripsimus ad istas impudentissimas calumnias, tum ex ipso hypostaticae unionis fundamento, tum ex orthodoxis patribus respondi, tum quae ex ipsis Scholasticis quantumuis superstitiosis discere potuerunt, obsecro quid illis facias? Potius quam igitur istorum stultitiae et impudentiae serviendis eadem perpetuo inculcare non desinamus, velim, mi frater, ut te, si necesse fuerit, ex scriptis nostris ex-

cerpi

Corpi, & illis indicari, quae tum de carne Christi vivifica adversus Brentium disputavi primo tractationum mearum theologicarum volumine pag. 526: tum de Christi carne adoranda adversus eundem Brentium, pagina eiusdem voluminis 522: & adversus Selnecerum, secundi voluminis pag 273, tum adversus Heshusium, tertij voluminis pag 106. Alia vero me certamina nunc hic exercent. Nam & iustificatio ex sola fide coepit in vicinia tum voce tum scriptis oppugnari: quibus oppositam superioribus nundinis responsionem meam istuc quoque perlatam opinor. Sed et ex Anglia submissi duo pro Episcoporum restitutione, & nostrorum presbyteriorum, atque adeo totius Ecclesiasticae nostrae disciplinae subversione, non tantum in genere, verum etiam adversus D Calvinum beatae memoriae, & me quoque, idque non sine amarulentia, duos libellos ediderunt, quibus ego, si Dominus dederit, veram simul et moderatam apologiam opponam, quandoquidem mihi vel prodendam veritatem (quod sponte numquam faciam) vel in istius modi scriptis ἐλεγκτικοῖς, quod mihi superest aetatis, in deo consumendum. Tu vero cum bonis istic & venerandis omnibus fratribus non modo me precibus assiduis iuvare perge, verum etiam, sicut feliciter coepisti te video, manum operi admove: & providete istic omnes.

omnes sedulo & tempestive, ne desint qui Zizania in agro Domini sparsa priusquam adolescant, studiose & diligenter extirpent. Et de his quidem hactenus. Aliud est autem praeterea quod magnopere nos urgeat, et de quo certiorem te fieri totius Ecclesiae et scholae huius nomine oporteat. Hoste namque nostro in hoc unum intento, ut quos ferro perdere non potest, famis & rerum omnium penuriae veluti gladio iugulet, tantisper dum nec ipsi tanto diutius sustinendo bello pares per nos esse ullo modo possumus, neque Gallus ille Rex, licet de nobis non minus certe quam de seipso solicitus, alibi totius necessitarie retinetur: is nunc est huius Reip. status, ut nisi Deus opt. max. vel extra ordinem, & ratione quapiam nobis incomperta, nos respiciat, vel amicorum etiam longissime remotorum animos ad opem nobis ferendam stimulet: ab exitio non procul abesse videamur: qua necessitate commotus Amplissimus noster Senatus, quaevis, licet parum per se decora, recta nihilominus & sancta sibi tentanda existimavit. Haec igitur causa fuit huius, qui tibi has literas reddidit, istuc usque cum ijs mandatis mittendi, quae tibi ex ipso cognoveris, peto abs te, mi frater, huius Ecclesiae & scholae nomine, tum ab eo quem ultro nihil non nostra causa tentaturum scimus, ut illum consilio inprimis tuo iuves, deinde ut omnibus ac singulis

nostri amantibus, & quos aliquibus ad opem nobis ferendam facultatibus non esse destitutos cognoveris, nostrum hoc negotium studiose & solicite commendes: quam ipsam operam à caeteris quoque fratribus collegisque tuis in Domino summe observandis postulamus, haud secus quam si singulos peculiaribus literis interpellaremus. Etsi enim parum verecunde tam operosum vobis onus imponimus, tantum tamen ipsi nobis de christiana vestra charitate, & peculiari in hanc Ecclesiam perspecta benevolentia pollicemur, ut nulla accuratiore commendatione indigeatis: immo etiam à Magnificis Dominis, & caeteris apud quos causam hanc nostram agetis, facile sitis impetraturi, ut hanc in petendo parum alioqui prudentem audaciam nobis sit in summo discrimine positis condonent. Quas vero peculiariter praestantissimo viro D. Gregorio Zeiblio inscriptas istis adiunxi: velim ut ipsemet diligenter cures. Bene vale vir clarissime, & summe observande frater, & nos magis ac magis amare perge, & assiduis precibus opt. max. Deo commendare, quem vicissim precor, ut vobis vestrisque sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 20 Maij 1592

Tibi in Domino frater addictissimus Theodorus Beza, manu, ut vides, vacillante.

Audio, mi frater, ipsum D Transsylvaniae Cancellarium, itidemque Illustres alios DD Comites, neque D Stephanum Balsorum de Eschet, D Julium a Salmis, D Comitem Nadaschi, D Comitem Bathianj optime in hanc rem esse affectos, quibus privatim meam scriptiens, ei D Cancellarij nomen & Illustrium illorum Comitum honorificas titulos nescium. Tu vero, mi frater, si quid hic possit officij nobis praestare, velim ut quod tu facto ei opus despicias, & hunc meo D assertio suggeras.

Illustrissimo Domino Comiti, Domino Emerico Forgach, Comiti supremo Thrinciniij, libero Baronj in Ghymes, Domino in Komyachij Mares etc. Equiti aurato, clementissimo & summe observando mihi Domino.

S. Utinam hae literae, Illustrissime Domine Comes, meliore te valetudine utentem inveniant, quam eras eas ad nos dares summae humanitatis ac primum in me benevolentiae plenas, quas abs te nobis D Jeremias Perlagius noster reddidit, impeditum confectu, ut arbitror, quod hic habeba negotiis, ad te reversus. De meo vero Gesnde satis, cuius cognoscendi maximo desiderio teneri te non dubito, sic paucis habe. Generosum dominus ille Deus noster ... suum virtus manum adversus potentissimum & truculentissimum hostem adhuc servauit & servat. Ille tamen,

licet

licet aliquot hic clades acceperit, & plures tum in Delphinatu, tum in
prouincia quam vocant non semel cum integris stragis fuerit repulsus
pertinacissime tamen neglectis vicinorum sociorum & hac tempestate
saltem moderanda, legationibus, obstinatissime pergit, in hoc unum
intentus, ut quod ferro non potest, penuria rerum omnium per hanc
belli diuturnitatem extorqueat. Et sic toto territorio uehit in solitu-
dinem redacto, & ciuitate partim non aliam habente annonam quam empta
& aliunde aduectam, & miserrimis familiis ex agro in urbem
confluentibus redundante, & tam diuturnis belli sumptibus publice pri-
uatimque exhausta: Rege denique Gallo domi suis satis occupato, quid
esse nobis miserius poterit, nisi Deus opt. max. a cuius pendet tanta
tali pondere liberemur, vel potentem quempiam & nobis adhuc in
corrupta ratione, nos respiciat, vel amicorum etiam longissime re-
motorum animos ad nostri commiserationem accendat? Hac igitur
necessitate coactus Amplissimus noster Senatus, honestissimum
hunc virum Carolum Lyfferum Iuris doctorem, & Senatorii
in maiori Senatu dignitatis, delegandum tandem censuit, iri ad
exteros procul etiam missus omnibus quos nostri studiosos &
amantes esse intellexerit, hoc tanto nostro discrimine exposito,
omni deposita verecundia opem & subsidium ab ipsis petat.

Inter

Inter caeteros autem, Illustrissime Domine Comes, quum ex illis humanissimis literis tuis, eo in nos animo affectum esse te cognovimus, de cuius promptissima in hanc civitatem, Ecclesiam et scholam voluntate minime sit nobis dubitandum: duo haec abs te petere audemus, hac ipsa tua singulari humanitate freti. Unum, ut hunc ab hac Respubl. missum, idque sine ulla apparatus specie, ne forte a nonnullis, quibus immeriti sumus exosi, si quis hac de re rumor manaret, turbae nonnullae excitentur, clementer illustrissime dignitas accipere et audire ne graveris. Alterum, ut et consilio illustrissimo istic [illegible], et quibuscunque poteris mediis apud omnes pios et nostri amantes, nos in tanto discrimine positos habeas et nota meliore commendatos, Quod opus tuum, opt. max. Deus gratissimum [illegible] tam efficiet in hac civitate, Ecclesia et schola servatam pene [illegible] [illegible] beneficentiae tuae debitura. Nostram autem hanc [illegible] [illegible] dici plenam petitionem te speramus facile quam humanitate singulari tua illi necessitati summae imputaturum quae nullis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Bene vale Illustrissime Domine Comes, et nos amare perge. Dominus autem Deus ille noster magis ac magis Tuam Dignitatem, tuosque omnes benedicat.

Genevae 20 Maij 1592.

Illustrissimae Tuae Amplitudinis addictissimus [illegible]
manu, sicuti vides, vacillante, etiam alioqui minime valens.

Ad Martinum Schillingium.

S. Vir praestantissime. Saepe ad meam & aliorum piorum consolationem repeto dictum Hieronymi: Providentia Dei omnia gubernantur: & quae putatur medicina, poena est. Si omnia gubernantur Dei providentia, cur angimur animis, quasi non moderatissime fiant? Si etiam quae putatur poena medicina est, quidni castigationes remedia esse agnoscamus? Verum, ut idem ad Laetam scribens ait, Grandis est prudentia aurum in luto quaerere: ita necessaria prudentia est, quod boni inter media mala & confusiones reliquum sit quaerere: & Dei iudicia semper adorare, omnia impedimenta, ut Senecae verbis utar, missa facere, & bonae menti studere. Hac in parte felices sumus quotquot in Christum credentes sub eius vexillis militamus, & discimus esse mites & humiles corde. Si ideo turbamur, quod triumphantis Evangelij in terris copia nobis non fit, & quod velut oves destinatae laniena sumus: cur cum Lactantio gloriamur nos esse immortalitatis candidatos? Cur etiam de nostra cum Christo συμμορφώσει rhetoricamur? Eos qui privatorum dolorum sensu vehementius afficiuntur, interdum ad totius Ecclesiae quae quidem adhuc militat in terris τῶν παθημάτων sensum revoco: & oro ut illius exemplo discant fieri malorum tolerantes: & ut discant spe gaudere, & gloriari in afflictionibus quae patientiam, & experientiam quoque pariunt.

pariunt. Etiam Seneca dicere potuit: Non quid, sed quemadmodum feras interest. feramus igitur eleganter adversa, id est more Christiano: nec id solum repetamus quod dixit idem. Caret fortunam potest, qui ferre potest: Sed potius τὸ: Venite ad me omnes qui onerati estis. Huius Domini nostri curæ gratiosæ, te, Vir optime & Coniugem tuam, & Sebaldum, eiusq. Lauriam & ceteros pios qui vobiscum sunt commendo. Basileæ 4 Iuly.

Vestris tuus J Grynæus

Reverendissimo & Illustrissimo Domino, D ANDREÆ, Episcopo Wratislaviensi, supremo superioris & inferioris Silesiæ Capitaneo &c domino meo clementissimo.

X

Reverendissime & Illustrissime Domine

F.

Epistolæ partem, quatenus ad me pertinuit, quam C T ad Doctorem Vitum Miletum dedit, cum gaudio & solatio meo vidi. Nam etsi vere fateri possim, me hominum caussa nihil in hoc consilio nostro fecisse, aut suscepisse (Deum propositum habuimus, & summum hic bonum tranquillitatem huius mentis) tamen a vobis quoque talibus viris factum institutumq. nostrum probari, mirifice recreat & attollit

Ut enim qui in stadio currit, præmij caussa currit, voces tamen cum aliquid excitant & spectantium plausus: sic nos quibus Deo placere studium, non spernimus suffragia approbationis etiam humanæ. Ac mihi animus iamdiu abiungere me ab ijs partibus & locis: valetudo intercessit, & in ipsa via ante annos quattuor constitutum renocauit et reduxit. Sed nunc cum dei auxilio (illi hoc debeo) compedes illos rupimus, & ad puriora loca venimus: quod boni omnes gaudeant, mali fremant & indignentur. Atq. inter bonos gratulatio tua, R^me & Ill^me Domine, inprimis mihi grata; non solum quia dignitas in te magna, sed quia virtus. Nec nudam eam adhibes sed manum etiam auxiliumq. benigne porrigis, & offers ea quæ libero & soluto mihi votum sit optare. Sed non celo Cels. Tuam statum mearum rerum, qui retinet, & frænos inijcit incitatæ voluntati. Valetudo ne nunc quidem firma ad longius cultum aliquod iter: Uxor & familia; quarum istam incommode, illam nullo modo perduxerim ad peregrina illa loca. Et addo, quod mihi decretum patriæ, hoc quidquid in nobis ingenij, aut diuini doni est, impendere, & Belgicæ iuuentuti. Et si patria adhuc iactatur, fateor: Sed ab alto ille gubernator est, qui verbo cum volet, sistet hos fluctus, & reducet illum (o vtinam!) priscæ pietatis & pacis

pacis simul solem. Ego interea ex animo Cels. Tuae devotum devinctumq. me testor fido animi nexu, atq. utinam occasio mihi sit officio ullo beneficium agnoscendi; quod accepit me a Cels. T. fateor, tam amica & benigna scriptione. Videbo certe, & captabo. Aeternum Deum rogo, ut te

Reverendissime & Illustrissime Domine, Ecclesiae & Reip. quam diutissime & sibi aeternum servet. Leodicij. VI Idus Febr. ∞.I).XCII

R.mae & Ill.mae Cels. T.

addictissimus
Justus Lipsius.

Quod Cels. Tua de studijs meis quaerebat, ea ita habent. FACEM HISTORICAM molimur (sic inscribimus) in quam ritus plerosque omnes includimus aevi prisci. Si perficimus, speramus eam quasi promtum paratumq. Commentarium futurum ad omnes scriptores, sed maxime Historicorum. Illi deinde propositum adiungere CORPUS ipsum HISTORICUM, in quo bene & emendate cum brevibus notis a nobis dentur, certa serie, memoriae veteris scriptores. Haec nunc sunt nisi quod leviter turbant qui e transverso incurrunt Carptores, aut invidi, quib. os aperuit mutatio haec nostra: quos spero nocere mihi magis velle quam posse. Corpore modo valeamus, animo constabimus

Mag.co ac Nobiliss.o Viro D. Io. MATTHÆO WACKERO Constantino: Ill.mi ac R.mi Antistitis Wratislaviensis Cancellario.

Vir Magnifice & clarissime.

Iamdiu nihil suavius ad aures & animum meum accidit epistola quam ad me dedisti, indicem magni & puri in me affectus. Atque ita indicem, ut si coram fuisses, et os tuum ac vultum loquentis vidissem, non potuerim clarius cernere amorem. Itaque movisti statim, imo invasisti hoc pectus. & ut fax ardens cum pervenit, materiem facile corripit: sic me subito accendit honestus ille tuus ignis. Ideo talis, quia in res tales fertur: & virtutem in me doctrinamque amas, aut certe earum simulacra. Ego inter haec ipsa: & amplius beneficium quo me inopinantem affecisti. Ut sol ille sponte lumen diffundit & mortales recreat: sic tu ultro benigne mihi fecisti, & ante merita amicitiam meam placuit quam habere. Scio enim non ex tuis solum, sed aliorum litteris quam operam & curam apud Caesarem mihi praestiteris, ita efficacem & felicem ut supra vota mihi fluxerit quae mea vota. Ego ad ista quid? quid? quod olim opinor Socratis auditor Aeschines, qui cum alii multa & varia

Socrati

Socrati darent, ipse seipsum: & Accipe, inquit, praeceptor munus omnium optimum, hominem hunc quem formasti. Simile ego ad te. Corpus, vires, opes, vitia aut futilia sunt in Lipsio: accipe animum & posside eum animo, tu quoque possidendus, nec in annum dimittendus. Oppertuna mihi haec amicitia. quia plures & magnos aliquot amicos abstulit mihi hic annus & feralis in Gallia turba. Tu veni & succede in locum. quia ut agricola pro amissis arboribus alias novellas substituit: sic nos debemus in amicitia, quae veros gignit in agro ut sic dicam, vitae humanae fructus. Haec ad te. Vis aliquid de me & meis? Leodicum nos habet, & sub aestatem iterum dimittet ad vicinos fontes. Eorum potus recreasse me aliquid visus, & languentes spiritus istos excitasse nuper: iterabo, & plenam fortasse sanitatem recuperabo, quae deseruit me a sex jam annis. O utinam! Sed nescio tamen quod augurium ingerat animo, quod haec aestas aut me aut morbum finiet. Fac Deus quod tibi visum: mea illa vox erit, τῷ πατρὶ ὥσπερ ταύτῃ, ἐπειδὴ ταύτῃ ὁ θεὸς ἐθέλει. Vides me garrire tecum: alias etiam uberius, & quidem de studiis. quae pendent tamen ab isto capite sanitatis. Si ea adest, Deo propitio, quid

non

non efficiemus! Materies quidem multa & varia parata est: manum admonebimus, quamprimum paulo firmior & alacrior animus hic architectus. Tu vale vir clarissime, & me ama perpetuum amande. Leodici, Eburonum urbe. III Id. Mart. ∞. I). XCII.

Is quem dixi, & addixi
tibi I. Lipsius.

Illustrem D. Curtium, Serenissimi Caesaris magistrum beneuolum val. de in me atq. etiam beneficium fuisse ex literis tuis & Monavij didici. idem de Cl.^mo Baruitio, ad quem litteras tuas laetus legi suaviter scriptas. Utriq. si insinuare me pergis, & magis meos reddere, magis ego tuus beneficiarius. & in illos quoque animi gratitudinem, qua licebit, testabor. Mitto nunc (peregre ago, nec aliud ad manum) imagunculas quas vides, memoria nostri fortasse gratas. Ad benignissimas literas R.^mi & Ill.^mi Antistitis Vetij nuper respondi, & spem accepi. A quo forte & auctore ea benignitas, me non fugit.] I

Viris praeclarissimis, genere virtute & doctrina
D. Martino Schillingo & Dn. J. Mon.
amicis bonae fidei.

Vij.

S. Viri praestantissimi. Hodie literas vestras priores accepi: easq. cum
novi gaudij sensu legi. Christo domino gratias ago quod mihi & vestram
duorum benevolentiam, &, ut experior, beneficentiam conciliavit. Bel-
lum quod nobis vicina urbs hactenus cum [illegible] (in gra-
tiam adolescentis bene quidem morati, sed collegas ἐπιπαροινοῦντας
in publicis calamitatibus habentis) gessit, praemia habuit inauspi-
cata: nuper ab Ascanio editum est κατόρθωμα, quod Leuschinum
nostrum historiae descripturum vereor. Nos patimur longae pacis
mala: Saevior armis Luxuria incubuit. Caetera nostis. Ve-
reor ne pars belli Gallici ad Rhenum transferatur. Omnes nostrae
gentis ordines, una cum vicinis Austriacis in hoc sunt ut pax
sanciatur. Parmensis in Galliam brevi dicitur reventurus. Ro-
thomagenses imitantur Lutetianos, & experiuntur τὸ Cardinis,
ingens victam praebemus cruda sagittis. Allobrox cum
Theopolitanis non minore suo quam alterum malo pergit [illegible].
Assiduae fiunt velitationes, in quibus plerumque nostri superiores
evadunt. Dolendum autem est intestina & non necessaria bella
obstare, quo minus totis viribus & collatis sumptibus obviam eatur
Turcae. Ego, quod pietas iubet, cum Ecclesia Basiliensi, pro Im-
peratore nostro, & pro defensione gentium, quae Turcarum vim sustinent,
pre-

ces concipio. Plura enim animus erat scribere aucupabar: Ideo vos Dei providentiae commendo. Vivite & valete in Domino Iesu. Salutem dico Nobilibus viris, Burchardo & Sebaldo. Basil. Cal. Sept.

Vester antiquus J. Grynaeus.

Eximio Christi servo, D. Constantino Fabricio fido Norimbergensis Ecclesiae pastori, fratri ac symmistae plurimum observando. XXXVII

S. Mitto tandem ad te, mi frater, literas ornatissimo D. Hieronymo à Paumgarten inscriptas, de quibus arbitrio tuo vel reddendis vel non reddendis consulimus. Etsi enim ita petitionem nostram temperavi, ut illa ostendi nemini posse existimem: tamen dum considero quam male nunc nos plerisq. locis audiamus, postquam Satan recens ex abyssi puteo erupit, & quae minime vana spargantur de Turcarum apparatu & progressu, mallem fere petitionem hanc nostram fuisse penitus omissam, quamvis hoc tibi testari possim, eo nos esse redactos, unde sola Dei nostri manus eruere nos, & quidem extra ordinem, posse videatur. Visum est tamen parte quondam, quod Lifferlius noster reipubl. legatus sic ad nos perscripsit, fuisse istic inchoatum, ut iam consilium aliquid esse nobis arbitraretur. Cum vero nunc istac praeterit, unus & ipse ex ordinario & minore nostro

Senatu

Senatu hoc habet in mandatis, ut nihil nisi ex tuo et eorum quos censue-
ris, consilio gerat. Itaq. rem totam tibi commissam puta. Quod si quid
in his nostris angustijs nobis suggeri potuerit, licet perexiguum, nobis tamen
erit maximi beneficij loco, quum redintegrato iam per sceleratissimi prodito-
ris cuiusdam perfidiam apud Delphinates vicinos bello, vnde tamen praecipu-
um & paratissimum subsidium expectabamus, & Sabaudo ipso angusti-
arum nostrarum conscio adversum nos adventante, extrema quaeq. nobis
expectanda videantur. Pergimus tamen animo, mihi crede, per miri-
ficam Dei gratiam adeo constante, ut Magistratui nostro oia contra spem
speranti, visum sit intermissam in hac nostra schola, iuris civilis pro-
fessionem instaurare: quo istud euentu Deus ille nouit, cui parata est
Geneua seipsam quoq. in holocaustum, quod nobis hostis interminatur, conse-
crare. Hoc autem tibi primum his literis significatum volui, at non
vni tibi. Peto enim a te etiam atq. etiam, ne saepius cogar eadem
amicis tam parum grata scriptura repetere, vt has literas istic &
cum D Philippo Camerario amicissimo nostro, & quibus cum ex
pedire censueris, communes esse velis: ad D Monanum nostrum
etiam transmittendas, ut Genevam, si unq alias, meminerint Opt.
Max. Deo & Servatori nostro Chro ardentissimis precibus commendare:
& si quid tale de nobis statuerit Dominus, noverint omnes in qua
fide

fide occurreremus. Ad me vero privatim quod attinet, nullius ma-
gis rei quam otii impatiens, quantum mihi a meo munere, & tantis
istis curis spatii conceditur, meditationibus & dictationi tribuo. In
iis est responsum pro nostro presbyterio ad Saraviam quendam Belgam
cuius exemplar ad te mitto, sed ita mendose impressum, quae nunc
est typographorum negligentia, ut errata prius ubi sint in singulis
paginis corrigenda, quam librum ipsum perlegas. Feceris autem mihi per-
gratum, si Consistorii vestri formam & rationem ad me diligenter per-
scripseris, & quidem in primis, ex quibus sit compositum, a quibus deli-
gantur qui illic sedent, an ad certum tempus nonnulli ad hoc mu-
nus delegantur, & quae sit illius authoritas. Aliam enim paro
accuratiorem huius ordinis defensionem, si Deus hoc mihi concedat,
totus iam in eo, ut meas in Christi resurrectionem & ascensionem homi-
lias, quae sub prelo sunt absolvam. Tu vero me istic quaeso
cum bonis & amicis nostris omnibus, assiduis precibus, magis ac ma-
gis vilissimum iuva. Bene vale mi carissime frater. Dominus Iesus
potentissimo illo suo spiritu adversus externos & domesticos veritatis hostes
suos omnes tueatur, & tibi privatim, tuisque sanctis laboribus, magis ac
magis benedicat. Genevae 23 Aug. 1592

Tuus Beza.

Viro cl. D. Laurentio Scoltio, Doctori Medico, amico bonae fidei.

S. Vir optime, Calendis demum Septembris literas tuas accepi, quo tempore & nostri mercatores in provincia erant, & me concionum & lectionum vices concurrentes, exercuerunt. Pro tua itaq. agnitate boni consules, quod ad quaestiones tuas iam non respondeo. De prima tamen cogitanti, haec ἐκ τοῦ παραχρῆμα in mentem venerunt. 1. Quid ad eam Baptista responsurus fuerit, qui martyrio coronatus fuit prius quam instituta esset S. caena? nec enim illi panis vitae denegatus fuit. 2. Fidem ὑπερποιὸν ποιότητα non esse communibus qualitatibus aequiperandam. 3 Recte scholiasten Graecum interpretantem finitionem fidei, quae habetur Hebr. 11. 1. docuisse quomodo fidei praesentia sint, quae promissio offert. 4. Non recte dici, si sola fide, ergo vel imaginarie vel reipsa: quum potius dicendum sit, ergo non imaginarie sed reipsa. 5 Christo nexu spiritus unitos τὰ ἄνω ζητεῖν, ita ut ascendentes [illegible].

De posteriori hoc tantum asperge. Si corpus Christi ut corpus: non autem ut pro nobis traditum corpus adesse diceretur, tum speciem haberet illa ab oppositis ducta ratiocinatio. Precor autem Dominum Iesum, cuius σύσσωμοι facti sumus, ut nobis omnibus det vivificam praesentiam

tiam experiri, quo pessimus aequioribus animis mundi iudicia ferre.
Si me vivere & aliquid ocij habere Dominus volet, pluribus tibi re-
spondebo, prout ab illo sum misericordiam consecutus. Interea, quum
me ab alijs quibusdam inhumaniter flagellari experiar, nec possim
eos sacro silentio mitigare: hoc unum ago, Commendo vias meas
Deo, laboribus me confici (saepe enim eodem die & concionor semel,
& bis doceo in schola: & ad amicorum literas respondeo: & aegrotos
visito: absit vanitas dicto.) boni consulo: & δημοκρατικὴν
quorundam ἀμαθίαν sustineo. In humanis nihil mihi suavius
praeter eruditam συμποσιολογίαν in prandio & coena. Adsunt autem
elegantes & eruditi convivae. Eximio urbis & ordinis vestri
decori D. Hermanno gratiam & pacem a Christo precor. Ambo-
bus nostris medicis D. Plattero & D. Bauhino salutem tuis ver-
bis dixi. illi tuas literas dedi; & hortatus sum ut respondeant.
Gratias ago Christo Domino, quod is benedicit tuis consilijs. Mea
uxor pro xenio centuplicem remunerationem tibi precatur.
Propitiae Dei providentiae Ecclesiam, Rempub. te & omnes bonos
qui vobiscum sunt toto corde commendo. Boni consule breuita-
tem. nam à tergo propemodum pluribus erat respondendum.
Cal. Sept. Basil. Vester ille tuus

| Grynaeus.

Eximio Christi servo, D. Adamo Hertzog, fido
Verbi divini ministro in Ortenburg, fratri ac
symmystae observando. Ambergae vel Norimbergae.

S. Literae tuae Noribergae datae ad XXVIII Januar. quibus Illustris
Domini Comitis pro mandato, atque nomine D. Constantini Fabricii salutem
mihi annunciasti, superiore demum Aprili mihi sunt redditae, ideoque
illis citius respondere non potui. Sunt autem illae profecto tristissimi
nunc argumenti, sed quando expediat ut qui probi sunt manifesti fiant, et
ut qui sordescunt sordescant adhuc, donec Antechristorum iniquitas omnis
compleatur, agedum, mi frater, bono et forti animo simus. Novit enim
Dominus, qui sint sui: nec unquam exilio sunt viliores, quos Deus
excaecavit, quam cum maxime triumphant. Denique nostrum est patiendo
vincere. Caeterum alius nos hostis totum iam triennium hic vexat,
cuius ferociam et immanitatem etsi Servator ille noster sic admirabili,
ac pene mirifica sua unius potentia infregit, ut non modo nos, quod
uno momento facturum se sperabat, non oppresserit, verum etiam innu-
meris cladibus fuerit affectus: facit tamen nostra in tam diuturno
sustinendo bello impotentia, ut etiam nunc in maximis, et quibus
pares esse nullo modo possimus, rei praesertim nummariae difficulta-
tibus versemur, et quanto diutius hoc bellum protrahitur, tanto
majora et certiora pericula nobis immineant, Rege praesertim Gallo,

à quo

à quo secundum Deum in hoc discrimine pendemus, domi sic occu-
pato, ut quod maxime vellet, minime nunc quidem nobis praestare
possit. Haec causa est, cur humanissimum hunc virum, qui tibi has
literas reddidit, Carolum Lisfortium nomine, istuc ac etiam longius
mittendum nostri Rectores, Syndici videlicet & Senatus Genevensis cen-
suerint cum iis mandatis, quae velim ut ex ipso cognoscere non graveris,
& tuo consilio, tum quibuscunq. poteris modis, prudenter tamen & sine
strepitu, non modo apud Illustrem Comitem D. Ortenburgicum, verum eti-
am apud pios omnes illum adiuvare digneris, quibus charam esse
huius Civitatis Ecclesiae ac scholae salutem existimaveris. Et noster
quidem hic nunc est status. De Gallia vero optima quaeq. speramus,
praesertim si vera comperientur, quae paucis ab hinc diebus ad nos
multis ex locis referuntur. D. Carolum Comitem Ortenburgicum e-
gregium iuvenem quem hic vidi, doleo tam immatura morte
sublatum, quamvis ea nunc est piorum in hac vita conditio, ut quo
longior, eo miserabilior huius vitae fruitio merito videri possit. Quod
autem ad Illustrem huius Caroli fratrem, hinc ex Italia mittendum at-
tinet, adhuc ἐπέχω, iis de causis quas isti Illustrissimo Domino
Comiti Joachimo per literas significo. Bene vale mi observande
frater, & nos vicissim magis ac magis amare perge. Dominus Jesus

[illegible]

promissionum suarum memor, peccatorum autem nostrorum oblitus, qui sancto sanguine suo expiavit, suorum gemitus exaudiat, Satanae & mancipiorum ipsius rabiem potenter coerceat, Tibiq. mi frater, magis ac magis benedicat. Genevae 20 Martij 1592

Theodorus Beza, frater in Domino tibi addictissimus, manu sicuti vides vacillante.

Viro Nobili D Martino Schilling, Vratisl. bonae fidei tum patrono tum amico.

S Vir praestantissime, Delector Tertulliani dicto: Nihil nostra refert in hoc aevo, nisi de eo quam celerrime excedere. Verum, quum sua caussa nos crearit Dominus, quum sibi vivere & mori velit, quum etiam militare nos velit, & non solum stationem tueri, sed etiam fortiter propugnare, donec ipse receptui canat: quum denique non sinat nos tentari supra id quod ferre possimus: quid aliud agamus, quam ut retineamus fidem & bonam conscientiam? ac in Christi schola versantibus id insolens sit repetere, quod vel Seneca dixit: Non quid, sed quomodo feras interest. Tibi, Vir optime, adversa valetudo negocium facit. Hottomanni JC. ex filio, qui cum haec scriberem parerem, aderat, gravis est iactura paternarum facultatum: mihi cura Ecclesiarum & bellum in vicinia captum animum valde affligit: alijs alia dolent. feramus singuli pondera quae nobis Dominus imposuit: & repetamus id quod Cyprianus martyr dixit:

Semel

Semel vincit, qui statim patitur. Quoties autem non privata solum, sed etiam publica mala nos exercent & obstupefaciunt, agnoscentes nostram insitiam, adoremus Dei iudicia: & reputemus id quod habetur, Hoseae cap 14. 10. Quis sapiens est, & intelliget ista? intelligens, & sciet ea? quia recta viae Iehovae, & iusti ambulabunt in eis, praevaricatores vero corruent in eis. Si vero credimus nos iustificatos sanguine Christi; non est cur dubitemus de vijs Dei rectis, in quibus crucem Domini gestantes incedimus? Si corruent praevaricatores, cur non feramus moderate brevia illa incommoda, quibus nos afficiunt? Duram provinciam laudatissimus princeps suscepit qui belli (quod nostri vicini ceperunt gerere) administrationem passus est sibi demandarj. Admonitus, scripsi: omnia esse ad Dei gloriam referenda; ferendos, qui quum nihil agant, a nemine tamen sibi satisfieri patiuntur: μετριοπάθεια socios: consilio, celeritate, virtute resistentes hostes: arte cedentes: victos bonitate vincendos. Ni agat Themistoclem, nihil obtinebit. Habet Eurybiadas & Minutios. Cogitur uti multis dissimilibus instrumentis. Cogitur Democratias insanientes ferre. Est illi negocium cum exercitato veterator: qui suspicatus iam καδέρναφ corporis & exercitus simulavit, quum suas res non instrenue ageret. Civis capiet, veneror, taedium belli. Hi deinde obstrepent politarchis, nescio sane quam concordibus

cordibus. Θεοῦ ἀπὸ μηχανῆς interveniens rem componat: & nostram quoque viciniam tueatur adversus arma Turcica. Anniversarium tuum donum, mihi sane necessarium accepi. Deus hanc tuam beneficentiam benedictionis suæ ubertate compenset. Accepi & literas tuas. Vive & vale in Domino, cum coniuge & liberis tota familia. Basileæ 11 Octob.

Vetus tuus
J. Grynaeus.

EIDEM.

S. Vir præstantissime. Mihi literulis fundendis intento, & ingravescentis ætatis ῥαθυμίας deploranti, venit in mentem vox illa Pollionis: Commode agendo factum est ut sæpe agerem: sed sæpe agendo factum est, ut minus commode: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis, quam facultas, nec fiducia sed temeritas paratur. Quoties seu tuas, seu Monavianas, seu Scipionis Gentili Neapolitani, seu Castelij, seu denique quorundam aliorum lego literas, mei me pudet: quia omnem venam mihi inarescere experior. Verum ad rem. Ea quæ ad vitam pietatemque pertinent tibi, vir bene de me merite, tuis amicis in Christo omnibus qui tecum sunt, atque adeo Reipubl. & Ecclesiæ, toto corde precor. Concipio etiam preces publicas cum Ecclesia cui servio, pro Imperatoris nostri exercitu, quem Turcis opposuit, disciplinæ militaris, veriq. simis studio excellere velim: alioquin nihil boni sperandum. Audio Imperatorem interposuisse authoritatem suam apud vicinos nostros qui

qui belligerantur magno cum dispendio subditorum & vicinae
tatis. Velim summum, secundum Deum, magistratum ἀπροσω-
πολήπτως agentem, obtemperantes subditos experiri. In Gallijs
nullus malorum finis apparet. Divisit quidem Deus Liganiorum lin-
guas, quia διαφέρει τὰ πρωτεῖα regi invidentes, sua spectant: sed
tamen syncretismus eorum adhuc durat. Mors Parmensis videtur re-
mora eis fore. Urbes nostrae pacatae sunt quidem, verum eas ur-
get ira Dei adversus intemperantiam & πλεονεξίαν, quae ex ne-
glectione verbi Dei & exercitiorum religionis ortum duxerunt.
Bene interim nobiscum agitur, dum carnem morbis debilitari ex-
perimur. ὁ γὰρ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας: &
dum Mundi perfidiam sentientes, Dei fide niti discimus. Hoc
nobis satisfaciat, quod fide iustificati pacem habemus erga Deum per
Dnm nostrum Jesum Christum. Repetamus autem cum spiritua-
li gaudio Basilij vocem: πρόκειται γὰρ ἀνάπαυσις αἰώνιος
τοῖς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσασι βίον: οὐ κατὰ
ὀφείλημα τοῖς ἔργοις ἀποδιδομένη, ἀλλὰ κατὰ χάριν
τοῦ μεγαλοδώρου θεοῦ, τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχο-
μένη. Videmini quidem vos, propter vicinam Panno-
niam & impiorum Turcarum saevitiam, periculo proximi. Ve-
rum Deus servabit semen sanctum in vestris regionibus: & exer-
cebit

celit sua iudicia erga gentes quae non necessaria bella mouent, nostrisque
semper aduersus Turcas defensione. Pro cereis missis precor tibi
multiplicem remunerationem a Domino, quem precor ut valetudine
& vita ac consilijs tuis magis ac magis benedicat. D Jesus
te cum tota patria custodiat ab omni malo & instruat omni vero
bono. Basileae 4 Januar. qua literis grauiter propugnantium mi-
nimumque tranquillitatis et otij, consertam rationem, veteremque illam ma-
gistram pudoris atque modestiae, legem Aeliam Fusiam a Clodio Trib. sublatam.

Tuus J Grynaeus

Ornatissimo et eruditissimo
Valentino Acidalio
ubi is erit.

Domino Monachi curato.

J Lipsius Val. Acidalio S D.

X edita

Tu vero quid facis, mi Acidali? Amicitiam meam ambis? abi,
abi; frustra: quid ita? jam diu habes. Testor Kalendas
anni huius auspices, & ita mihi felix ille eat, ut te amaui, cum
primum factum illum ingenij tui vidi, Velleianas notas. Lenticulas,
inquis. Audacter dicito, & in hac modestia consta. O
ornamentum iuuentutis pudor! Seges verae gloriae & doctrinae.
Alij ingenium omnes melius de te quam tu sentiant: & sic parua
tibi videantur quae feceris, ut majora cottidie possis. Non

per

permanebit uterque, qui scribat & permisit. Sed ad amorem. In
clausula libelli tui quis Veri & veri cygnes? Sensi, intellexi, & me quoque
jam tum accenderunt. Quid nunc, cum ventilas eos velut flabro
suavissimarum epistolarum? Uno utroque verbo amo: & velut
ad aras tibi cum fortuna spondeo * σέθεν οὐκ ἐπιλήσομαι
ὄφρ' ἂν ἔγωγε ζωοῖσιν μετέω καί μοι φίλα γούνατ'
ὀρώρῃ. Certe natura ipsa duce amo ingenia quae rectiora
video, & ire ad bonam famam. Iannum Gulielmum popu-
larem tuum quanti fecerim, ipse scivit, atque etiam posteri si
vita aut gratia meis scriptis. Tu succede. quoniam Deus
illum eripuit, optimum aevo pessimo, & constituit in felici
illa arce. Nos quoque (an aliquid vaticinabor?) brevi illuc
imus, ut valetudo haec dictat; vacillans, tenuis. Tu vive
nostri memor & vale. Lovanii, Kalendis quas dixi,
anni ∞ IↃ XCIII.

* — tui haud me oblivio capsit
Donec ero in vivis, atque haec ego membra
movebo.

~~Ended~~ Ecce epistolam a I. Bernardo egregio viro meo & quem
amo. in eadem libellis creatum vidi. Dexteritatis. Nam
cum in tuis vidisset valentem in March. Brand. male
est interpretatus. Ne mirare quidem scio. Sed ego moneo.

Danieli Buchelio S.D.

Viris Dei amantibus, & veri nobilitatis D
Martino Schillingk & D Iacobo Monavio,
bonae fidei amicis.

S. Viri optimi, Si vere credimus regnare Christum in medio inimico-
rum suorum: florere Ecclesiam inter medias spinas: non nisi sub
cruce triumphare in terris sanctos: lucere Dei ἐκκλησίας etiam inter
medias confusiones: denique nobis in caelis paratas esse mansiones: Cur
attoniti trepidamus? cur obstupescimus intuentes confusionem mundi
μορμολύκεια? Cur non potius cum Seraphinis dicimus: Sanctus
Sanctus, Sanctus Iehovah Exercituum: plena est omnis terra gloria
eius. Oro etiam vos ne paucitate piorum turbemini. Satis nobis
faciat beneplacitum Dei. Et quum nemo nostrum sanctae ac pro-
inde efficacis suae vocationis nomine, satis magnas gratias vocanti
agere possit: ita nobis eam gratulemur, ut contenti simus proge-
nitorum in caelis consessorum collegio & communione. Existimo
autem & vos, quibus uberior illuminatio Sancti Spiritus concessa
est, & alios recte facturos, si hoc tempore inter alia & id cogitetis,
quod tempore divinitus praescripto omnino eventurum est, de quo
Paulus Rom. 11. 25. 26. Et qui Arij, Petri Mongi, Nestorij
Eutychis, Petri Cnaphaei, Theophili Alexandrini, & aliorum ἀθεο-
λόγων

Ἰώσηπ historiam nouistis, Pseudotheologorum intemperie me mi-
nimum turbemini. Saepe quidem cogito, eorum quosdam, piae doc-
trinae venena miscentes, similes esse Dominicastro illi qui Henrico
VII intoxicatam hostiam ingessit: sed tamen cum uideam nunc huius
nunc illius spiritum & vitam uindemiari a Deo, imo quum experiar
Deum ipsum (cui summa fit iniuria) ferri Alastores, non dubito
mihi peccatori esse ferendos. Facit autem Jemischius, qui prae-
clarum in arte Medica operam nauat, & militat sub optimis du-
ctoribus, ut bonae spem de Reipubl. Di hac enim tantisper bonae spera-
bo, donec uidero excitari diuinitus praeclara ingenia, quale est &
Jemischij. Historica alij perscribunt. Ego τὰ πρὸς ζωὴν καὶ
εὐσέβειαν vobis a Dei misericordia multiplicari opto: vobis gra-
tiam me pro multis beneficijs in me collatis fateor. Bene sit vestris
familijs, & D. Laurentio Medico vestro. Scripsi defatigatus lite-
ris scribendis. Pridie Cal. Feb. Basileae 1593

Toto animo Vr antiquus
J Grynaeus.

Fido Jesu Christi seruo, D. Constantino
Fabricio, Norimbergensis Ecclesiae pastori,
domino & amico singulari.

XXXVIII

Non dubito

S. Non dubito summe observande frater, quin meum tam diuturnum silentium demireris, et quidem eo vehementius, quo auidius meum ad illa quae postremo ad me misisti, responsum expectasti. Me vero iampridem magna virium omnium imbecillitas, postliminium aliis sequuta me adhuc penitus cessans, omnis aliquis febris & acrioris doloris expertem, non modo domi retinuit, sed etiam ab omni scriptione ac pene commentatione coëgit abstinere. Dictarij tamen nonnulla, quae quum absoluere & ad te mittere mihi licuerit, facient, spero, ut hanc moram cum foenore quoq. videar rependisse. Sed & D. Menantium nostrum, à quo binas, aut etiam ternas literas interea accepi, de hoc meo silentio, scio non parum laborare pro sua in me beneuolentia. Velim igitur eius meae taciturnitatis causam, quamuis iniucundam illi futuram ipsi abs te nunciari. Meliora enim mihi de mea valetudine Medici pollicentur: & mihi videor ipse paulatim vires recipere: quod si mihi brevi concesserit Dominus, superioris temporis iacturam studebo compensare. Tu autem interea memineris quaeso, opt. max. Dei & servatoris nostri clementiae, à qua totus pendeo, magis ac magis me commendare: quum vicissim precor ut tibi, sanctisq. tuis laboribus magis ac magis benedicat. Geneuae. pridie Cal. Martias. 1593

Tuus Beza

XXXIX.

EIDEM

S. Ecce tibi, mi frater, unas pro multis, & pro diu expectatis perbreues. To-
tum hoc velim ut imputes summae pene virium omnium lassitudini, quae me
sex plus minus hebdomadibus domi et quidem in lectulo interdum jacentem con-
tinuit, unde nunc Dei beneficio levatus ad muneris mei functionem qualem-
cunq. redij. Caeterum jampridem reddita mihi sunt optima fide quae misisti
nec mihi displicet edita ad D. Vitum Theodorum epistola. Sed perplacet il-
lius nostri viri sane incomparabilis de doctrina fidei iustificantis tabula, quam
etiam publicari maxime velim, si per eum liceat. Scriptum autem illud
quod ad me quoq. missum voluisti, quaedam adversus veram & sanam
nostram doctrinam argumenta continens, tam certe absurda & a falsissi-
mis principijs profecta, quam scriptor ille existimare videtur illa dissolui
non posse. Studium in me accendit de praecipuis istius controversiae capi-
tibus breviter & ordine disserendi: quod cum ante mensem illum morosum
eram aggressus, postea per intervalla dictavi, & in pauculas pagellas con-
jectum in lucem emisi. Earum exemplaria quatuor cum his literis
accipies, una cum meis D. Monano nostro inscriptis, addito etiam ad il-
lum fasciculo, in quo inclusi mearum quoq. gallicarum super historia
Resurrectionis Domini concionum libellum. Vestra haec autem postquam le-
geris, communicabis quibuscum voles, ijs verbis, ut spero, concepta, ut
ne

ne morosiores quidem inde iustam offensionis ~~causam~~ occasionem sint arrepturi. Cogitabam etiam Hunnij libro de Sacramentis, in quo me toties nominatim appellat, homo profecto nec candidus nec eruditus, solide & modeste respondere. Sed ista omittere me morbus & alia magis seria occupationes iusserunt. In his tantis turbis hoc unum me inprimis consolatur, quod, ut nos admonet Apostolus, solidum stet Dei fundamentum, habens hoc sigillum, Novit dominus eos qui sunt sui: & Discedat ab iniustitia quisquis nominat Christi nomen. Caeterum de D. Lifferdio, huius Reip. legato nihil comperi adhuc audivimus, ut plane vereamur, ne quid illi humanitus in tam longa peregrinatione acciderit, quod utinam avertterit & avertat Dominus. Is si revertens istac iter fecerit, rogo te, ut & hominem habere commendatum pergas, sicut feliciter cepisti; & causam quam agit, qualicunque poteris occasione arrepta, ne graveris adiuvare. Etsi enim hostis in ipso Pedemonte ac pene domi habet quod agat: tamen et nos magis ac magis adigit huius belli diuturnitas, ut bonorum precibus et subsidio nunquam magis indiguerimus. Mandavi Bibliopolae cuidam nostro, ut opusculorum meorum tres tomos ad te mittat, si totidem adhuc in officina sua Francofurti invenerit. Hic enim nulli iam supersunt. Hoc tibi, mi frater, esto fraterna nostra coniunctionis pignus. Bene vale, vir eximie & carissime frater. Dominus Jesus tibi, huiusque

Sancti

sancto ministerio magis ac magis benedicat. Geneva 20 Martij 1593

Tuus Beza

Illustri Domino, Domino Ioachimo, antiquio-
ris prosapiæ Comitum, Comiti in Ortemburg,
Domino meo clementissimo & summe obser-
vando, Electoralis Palatinatus in Ba-
varia Propincipi.

S. Primum ingentes Amplitudini tuæ gratias ago, huius totius Civitatis
& Ecclesiæ nomine, de literis ad me pridem post illius Legati istinc discres-
sum scriptis, quibus singularis in eam benevolentiæ plenis satis superq;
testari dignatus es Christianam illam tuam super nostris miserijs συμπάθ-
θειαν, verum illud veri christianismi τεκμήριον. Deinde etiam atq;
etiam a te peto, Illustris mi Domine, ut tam diuturnam meam in respon-
dendo cunctationem, ne negligentiæ quidem ulli, nedum ingrato animo
tribuas: sed partim miseræ isti conditioni nostræ condones, quæ facit ut
ta[...]dum mihi potius sit, quam tristissimis argumentis quenquam fati-
gandum: partim etiam morbo inprimis, qui me totum sesquimensem
sic afflixit, minime id quidem febri, vel alio ullo dolore vexatum, sed
ita corporis viribus debilitatum, ut ne mihi quidem ipse vixisse vi-
dear. Inde vero, Dei beneficio ita recreatus ut publicum etiam meum
munus

munus aliquatenus obire coeperim, nihil habui antiquius, quam ut meo erga
te officio tandem aliquando satisfacerem. Quod si rogas, (ut te de
nostris rebus sollicitum esse non dubito) quo nunc in statu sit Geneva,
scito illi praeter fortem & constantem animum, & ad perferendum quicquid
constituerit Dominus comparatum, usq. adeo deesse omnia, ut bonorum
subsidio, ac praesertim precibus, quibus praecipue nitimur, nunquam magis
indiguerit. Nam & procul a nobis abest, & domi plus satis adhuc
iisdem tempestatibus exercetur, qui nobis alioqui est amicissimus. Ex
aliis vero non desunt, qui in communi periculo, malint esse spectatores quam
suas partes agere; ut rara semper fuerint verae amicitiae exempla. Utcunq.
vero res ista sit casura, quum non modo iustissima, verum etiam penitus
necessario nobis suscipienda fuerit & animarum & corporum defensio:
pergimus recta conscientia & huius causae bonitate freti; pendere ab eius
promissis, qui nos adhuc admirabiliter adversus omnem hostis imma-
nissimi saevitiam simul & versutiam conservavit: & cuius fidei nos
nostraq. omnia commisimus. Caeterum ut ad te redeam, Illustris mi
Domine, quod te videam ad caeteras tuas virtutes adiunxisse singularem cog-
noscendarum de religionis controversiarum studium, meis istis adiunxi
pagellis aliquot comprehensam commentatiunculam de infelicissimis illis
dissidiis, nuper in septentrionali Germania, maximo cum bonorum
omnium

omnium offendiculo renatis: quam etsi iustissima indignatio extorsit, sit tamen temperatior mihi videor, ut ne ijs quidem qui hac in re a nobis plurimum dissident, ingratum fere hunc meum conatum censeam. Tu vero illustris mi Domine, hoc mihi pro humanitate tua singulari concede, ut istud meae in tuam Amplitudinem observantiae pignus esse patiaris. Bene vale, & tot tantisq. virtutibus macte esto magis ac magis. Deus inquam opt. max. magis ac magis ornare te & cumulare novarum benedictionum bonis quotidie pergere. Geneva. 26 Martij 1593.

Illustri Amplitudini Tuae addictissimus
Theodorus Beza, certe quidem per Dei gratiam:
sed manu ac vacillante, ut
aliena uti cogatur.

Eximio christi servo D Constantino Fabricio
fido Norimbergensis Ecclesiae pastori, fratri
summe observando

XL

Spero mi summe observande frater tibi redditas esse meas postremas, cum fasciculo Francofurti cuipiam ex vestris librarijs commisso. Nos hic adhuc exercemur bello toti huic regioni valde funesto, & nobis praesertim pernicioso, cuius tamen nullus exitus apparet. Multa & magna spes est in Gallia coniuratos tandem desperato Hispanorum subsidio

in

169

in obsequium regis consensuros: quod si fiat, habebis vicinus nos Turca hostis quod metuat, & nos contra quo valde recreemur. Interea perge quaeso cum bonis istic omnibus nos optimo maximo Deo, magis ac magis commendare, ut qui ab ipso uno toti pendeamus. Caeterum qui has tibi literas reddidit civis est Hammonensis, tenuis quidem sortis parentibus sed probis & pijs natus. Educatus est a teneris annis singulari quodam Dei beneficio a generosissimo Domino, D. Barone a Tschernembl, apud quem germanicam linguam probe legere & scribere didicit, & eo consilio istuc venit, ut si quo modo fieri potest mercaturae exercendae rationem discat, qua sese deinceps tueri ad nos reversus honeste possit. Spero sicut illum hero illi suo fidem & diligentiam suam magnopere probavit, eandem etiam istic futurum: Itaque te vehementer rogo ut si quo modo illum juvenem hac in re iuvare possis, hoc ipsi praestare non dedigneris. Bene vale summe observande frater. Dominus Jesus tibi familiaeque tuae toti, & sancto ministerio tuo magis ac magis benedicat. Genevae. 21 Maij stilo veteri calculo 1593

Tuus Beza.

Georgio Jenischio Silesio: Studioso Medicinae in Academia Basiliensi.

S. Ego vero, mi Jenischi theses illas tuas nuper ad me missas

si quid

si quid de hoc argumento judicare possum, qui & ipse aliquando
animi gratia Lutetiae istum docentem magnum illum Jacobum Sylvium
audivi, sic probo, ut nihil ea de re certius & accuratiore methodo scribi
potuisse existimem. Macte igitur esto istis ingenij dotibus, quibus faxit
Deus opt. max. ut quam felicissime ad tuendam bonorum & piorum vale-
tudinem utaris. Mitto autem ad te ἀντίδωρον, diversi quidem argu-
menti; sed minime repugnantis, cum nos quoque Theologi medicinam ani-
marum à nobis doceri profiteamur. Accipies igitur hoc nostrum ἀν-
τίδωρον, ut mutuae nostrae coniunctionis pignus: commentariunculum
nimirum, de infelicissimis istis controversijs, quam à me non quidem
indignatio, sicut ex eius lectione cognosces, sed istorum perditorum indig-
nitas extorsit, conatu fortassis irrito futuro, sed quem tamen confido
bonis & pijs probatum iri. De rebus nostris nihil possum nisi
triste nunciare, crescentibus nostris cum bello miserijs, cui tamen nul-
lum prorsus remedium humanitus inveniri posse, his quidem tempori-
bus existimo, adeo quidem ut non temere metuam, ne qui aliter con-
siliunt forte perditum eant, eos ipsos quos salvos esse volunt. Recte
igitur & sancte facis quod sis de nobis sollicitus: qua de re bene,
[illegible] quoque tuo ingentes gratias ago, reverenter illam Christinam sal-
vere jubens, ut omni benedictionum genere magis ac magis cumu-
latus

latus ad suos Deo redeat precatus a Deo opt. max. qui te quoque Sumine Vir Eximie, tuisque Studijs magis ac magis benedicat. Vale. Geneuae 21 Martij Ao 1593 Tuus Beza.

Ad Hieronymum Mercurialem Medicum, V. CL.

Illustris & Excme Domine

Excusari me ante omnia meritissimo cupio, quod ad literas tuas silui[?] ais: quas testor sancte praeter illas de Etrusco negocio vidisse nullas. Atqui ad illud respondi, & ex Wittendellij literis video meas quoque perlatas. An ego Mercuriali meo responderem grauer, qui de plebe hominibus operam hanc defero? absit. Utique in seria ista & graui re, & quae ab eo profecta, quem caput agnosco reipubl. Christianae. De qua ut breuiter & candide respondeam (ita ingenium meum & amicitia nostra postulant) sic habe. Ego me honore summo effici, quod a summatibus illis viris dignus loco illo in prima ur-bium judicer, intra me sentio & gaudeo: cum tristitia tamen illa mortui, quod nec eorum voluntati, nec meae inclinationi fas mihi hoc quidem tempore parere. Haeremus enim, mi Mercurialis, & implicamur veteri illo nostro morbo: qui meliorem hanc vitae usum mihi adimit, & non sinit esse earum rerum, ad quas aptus

videor

videor, et vos vocatis. Tu scis quae vis & effectus atrae illius bilis sit: quam nos diluere & mitigare (tollere vix ausim sperare) conamur, usu fontium acidorum, qui sunt in hoc tractu. Iuvare aliquid videntur: si plene et bona fide, tum denique serio & agere & delibera re mihi libeat de honestissimo munere quod defertis. Ego Italiae amorem non dixeo, parentis olim & nunc ingeniorum & altricis: nec stimulos volo, qui illuc impellant alios, quam internum hunc affectum. Quid etiam quod Auctoritas, imo nutus Summi mortalium mihi pro omni illicio & suasione sit? merito: qui agnosco obnoxium & subiectum me debere quicquid in terris est capiti huic divino. Sed caussa illa magna, & nunc fortius efficiet, non ut negem, sed ut differam obsequi: donec magno deo visum firmiorem commodioremque me adire, & parem munere, cui destinatis. Id enim rogo, si ex usu et salute est: teque clarissime Mercurialis animo complector & saluto. Leodii. x Kal. Iul. ∞DXCII.

I. Lipsius iam olim tuus.

Marcello Nobili, qui perbenigne & amice de me scripsit, salutem affectus mei indicem, mitti velim.

Iustus Lipsius P. Wittendel lio S. D. Mercurialis

X non edda. Mercurialis meus esse pergit, et demereri beneficijs: quod ad te liberius quam ad ipsum scribo. Uberius etiam, mihi et tu apud ipsum. Acriter amo virum laude & amore bonorum dignissimum. Haec ipsa honestissimi muneris nuper & nunc delatio in tabulis meae memoriae accepto refertur ipsi Selvam & Expungam. quomodo? gratitudine & geminato in tam amantem mei amore. At in Italiam ipsam nondum venio, nec tolutim, quia longa haec via & aspera (utique cum familia:) Sed quia valetudo retinet, imbecilla tenuis, & qualis dudum. Alioquin profecti anno: praesertim in regionem, a qua habemus quicquid, in istarum, nobis carum. Excusavi igitur & deprecatus sum apud Mercurialem literis, quas adiunxi. Ego hunc annum in Eburonibus egi, acidularum maxime causa, quas nunc regusto. Credo vos Medici quoque probatis hoc telum ad infringendam vim atrae bilis. Pertinaciter ea mihi molesta. quid faciam aut querar? haec est illa — διοσ θυγατηρ ἄτη, ἣ παντας ἀᾶται. Mortalibus ista sors est, nasci, vivere, queri, mori. Acidalij literas eruditi & probi iuvenis ego nondum vidi: si venirent gratas fuisse scriptori meas testabor. Vidi quas ille ad Velleium, sub idem tempus quo ego meas. Si arde, fruetur occasio ingenij illius attollendi & extendi. Diu amare, & ut coeptum hunc Cuiusm pergas hortari. Te

quoque

quoq. in pectore amo, mi Wittendelij. Sed quid obliviscor? ad quere-
lam tuam de omissa Batavia respondere: querelam, meo animo
iniustam. Amas patriam, video: sed vis inter turbas & turbi-
dos illos me agere? in quo hoc ipsum excusandum est. Non enim
nego, quod tamdiu egi. Turbine quodam tempestatis civilis ab-
reptus illuc, fateor: sed me omnibus hoc constat, & quibus constat
voluerunt me etiam cum discrimine deserere infidam stationem.
Nec enim portus est: & vereor ut brevi naufragia illic multorum.
Ergo abijmus, & si quid lapsi poenitemus — ἀλλὰ τὰ μὲν
ἐν πάντεσσι ἐφθίσθαι δαίμονα Quae Jerarchi. Vale mi
amice. Leodij. IX Kal. Iul. M D XCII.

Eximio Christi servo: D. Constantino Fabricio: fido Norimbergensis Ecclesiae pastori, fratri ac Symmystae observando.

XLI

Mi frater, gaudeo tibi reddita esse quae Typographo nostro mandaram
ut ad te mitteret, & quod illa acceperis tam benigne, beneficium non
a me accepisti, sed in me contulisti. Quaestio autem illa ab amico quodam
tibi proposita, & a te postea ad me missa, occasionem mihi praebuit illius
scriptiunculae, nedum ut illam intactam reliquerim, sicut ex istius
libelli lectione cognoscere potuisti. Facies mihi pergratum, si mihi signi-
ficaveris

ficaueris, quomodo fuerit mea responsio accepta. Ad res nostras quod
attinet, quo diutius protrahitur hoc bellum, eo magis in his nostris
angustijs quotidie experimur quid possit & velit suorum causa Do
minus ille Dns & Servator noster, alibi nunc hostem nostrum sic
exercens, ut nobis cogatur aliquam respirationem concedere: & heb
domade superiore tam feliciter à Delphinalibus, in ipsis Pedemontanis
Alpibus pugnatum est, ut magnam spem colligendæ messis conceperi
mus, expectaturi quid tandem Dominus ipso tempore nos docebit.
Tu vero, mi frater, vosq. istic omnes pergite nos Deo commendare,
à cuius unius providentia certe pendemus. Et quis in tuto est,
nisi cui Dns unus est perfugium? Vale mi carissime frater. Do
minus Iesus tibi tuisq. laboribus magis ac magis benedicat. Genevæ
12ª mensis Iunij 1593°

Tuus Beza.

xLII

Fido Iesu Christi servo, Domino Constan
tino Fabricio, in Ecclesia Norimbergensi
Verbi divini ministro, Domino & amico
honorando.

Rediit tandem ad nos D. Lisfertius, non quidem nummis onustus, sed am
plissimis & gravissimis singularis plurimorum maximorum virorum in
nos benevolentiæ testimonijs: quorum partes à fraterna charitate &
communi nostra in unicum illum Servatorem nostrum fide proficiscentes

plurimis

pluris merito facimus quam omnes pecuniarum acervos. literas autem tuas
omnes, quarum postrema, sexta Iulij data sunt accepi, ex quibus inter
caetera rogasti quid praestiterit Daniel ille iuvenis, quem tibi commenda-
ram. De quo etiam beneficio tibi gratiam habeo, futurum sperans ut ille
virilem pacta & conventa bona fide praestet. Parentibus enim natus est
tenuis quidem sortis, sed honestis ac probis. Et Baro ille cui adhuc in-
servivit (ea de quo recte scribis, quod me admonueris) praeclarum huic
iuvenj testimonium bonae fidej, integritatis & diligentiae reddidit, adeo ut
eum non nisi paene invitus dimiserit: quod ego ipse illi Domino Antonio
Drissall, testatum meis ad eum literis volui: cui velim ut iuvenem ma-
gis ac magis commendes. Ad res nostras quod attinet, satis intelligis
quam graviter iste, tam inexpectatus & tam gravis lapsus illius regis
commoverit: a quo summa omnia expectabamus. Nempe sic Deo
visum est Aegyptios hac praeterea plaga ferire, quamvis quamvis
contrarium existimantes, & suos magis ac magis explanare vel po-
tius cribrare. Pacta sunt interim utrinque trimestres in Gallia indu-
ciae, quae sive mox irritae fuerint, sive servatae pacem aliquam
gignant, ille vero, cuius utinam Deus misereatur, & quem non desunt
qui existiment aliud meditari quam agat, id demum metet quod seruerit.
Nihil autem nos separabit a Dei nostri dilectione, & ut caelum terrae

misereatur

miseratur, perstabit immotum illud Dei fundamentum, habens hoc sigillum: Novit Dominus qui sint sui. Haec unica nostra spes est & Expectatio adversus horrendas illas tempestates, per quibus lucrum fuerant quae adhuc Experti sumus, nisi vere omnipotens ille Deus noster id nobis praestet, quod solus potest. Vos autem, quanto minus absumus a summis periculis, tanto ardentius Deum optimum maximum pro nobis ac desinite interpellare. Bene Vale, mi frater. Genevae. 22^a nostri Augusti

Tuus Beza.

Eram perlibenter, sicut a me tam obnixe postulasti, patri tuo parentaturus, suppeditato mihi praesertim abs te argumento: sed in tam misero rerum statu quod mihi commercij cum Musis? In nostro D Calen. dario testor tibi nullam ne negligentiam quidem inventam in eo curando quod ipsius fidei fuerat istic commissum, nedum ut ulli culpae sit affinis: nec velim ipsum nescire, aliquos fratres de ipso conquestos. Error enim hic aliunde contigit.

Sapientia & genere ac virtutum laude eminenti Viro, D Martino Schillingo, Senatori Vratisla uiensi, bonae fidej amico.

S Vir optime & praeclarissime. Nota est tibi vexilla Augustinj Aegrotare incipimus mox ubi nascimur. Utinam vero hoc nobis praestet gratia Domini nostri Iesu Christi, ut Exploratio fidei & spei nostrae

nostrae, quae fit per adversam valetudinem, a nobis recte agnoscatur & diiudicetur. Exoticus ille Seneca, Est, ait, mihi crede, nil in lecto virtuti locus. Id autem verum esse experiemur, si, quum exemplis magna pars vitae nostrae regatur, sanctorum exempla aspexerimus. Petrus ait: Iustum esse arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonefactionem. Et tu, nobilissime Vir, ut alios feliciter excites per commonefactionem, teipsum, licet peritus & confirmatus sis in praesenti veritate, excita; & donum Dei, quod in te est suscita. Vult enim Dominus, te quoque ἀναζωπυρεῖν τὸ τοῦ θεοῦ χάρισμα. Addit Petrus: Cum sciam brevi futurum, ut deponam hoc tabernaculum. Sive igitur brevi, sive, ut fata aetas tua pollicetur, pluribus annis tibi, O Schillinge, in hoc tabernaculo sit commorandum, non te fugit Pauli dictum: Scimus enim nos, si terrestris huius domus nostrae tabernaculum dissolutum fuerit, aedificium ex Deo habituros, domicilium videlicet non manufactum. Suspiras tu quidem oneratus: sed Deus qui te ad hoc ipsum condidit, dedit tibi in arrhabonem Spiritus de adoptione tua, & haereditate quae tibi perire non potest, quae immarcescibilis & incontaminata est. Si virtus Dei te custodit per fidem ad salutem quae parata est patefieri tempore ultimo: quid superest hic ut tristitia paululum nunc in variis tentationibus affectus, nihilominus exultans glorieris in afflictionibus pariendis patientiam, expectationem spem non pudefacientem

facientem. Ambrosij sententia est: Infirmitas corporis sobrietas men-
tis est. Si, dicebat senex quidam ad valetudinarium: ferrum es, mortis
rubiginem ignis instar absumet: Si aurum es, per ignem hunc explo-
raris, ut maiore gloria orneris submotis scorijs. Quam multi corpore
sano, mente minime sana, seipsos eunt perditum? Magna
foret impatientia, si quis privatim ea ferre recuset, quae regnis &
urbibus ferenda sunt. Regna palam moriuntur & urbes: nec illis
datur id quod nobis est plene persuasum in Domino. Nos credi-
mus, & recte quidem, carnis resurrectionem & vitam aeternam. Regna
terrena jam ab alto culmine lapsa non instaurabuntur. Sed totum
te Spiritui Christi consolandum & confirmandum commendo: & paro-
chiam tibi mitto, e qua, secundum scripturas sanctas non pauca tuis
accommodata usibus petere licebit. De Regis Celtarum transi-
tu ad Antinoërum religionem, nuncia fama nunc longe lateq. spargitur,
& pios exules perturbat. Ego nolim quemquam nostrum ante tempus judi-
care. Magni viri non semper inoffenso pede incedunt: ut in morum
sic etiam in fidei via. Sunt qui cadant resurrecturi: Sunt qui
sibi videantur stare, quum tamen praecipitio proximi sint. Oremus
ne nos Deus inducat in tentationem. D. Hermanno & D. Laurentio
Medicis vestris adsit sua gratia Christus Dominus. Per Sauroman-
num nuper scripsi. Ideo manum de tabula. Servet te & tuos
ōes

omnes, & patriam tuam Christus Dominus. Basilea. 6 Augusti.
libellum τῶν εὐχαριστίας velim D. Monavio dari.
Tuus J. Grynæus.

Magnifico & Amplissimo Viro, nobilitate generis,
Virtutis splendore, & eruditionis laude præ-
stantissimo. Dn Joachimo a Bergen in Herndorff ...
S. C. M. a Consiliis: domino & patrono suo
perpetua observantia cultu dignissimo.

S. Magnifice et Nobilissime Vir, Domine et patrone, perpetua fide
colende. Quas ad me per Davidem Mollerum literas dedisti recte
accepi, petitionique ut debui morem gessi. Die enim Bartholomei Apostoli
honestus et eruditus ille iuvenis ad quæstiones examinis quod ritui
ordinationis præmitti solet, ita respondit, ut in confessione ipsius or-
thodoxa & pia totum nostrum collegium Theologicum facile acquiesceret.
Quod igitur faustum & felix sit, solenni ritu hodie in ministerium
docentium Ecclesiæ cooptatus est. Faxit Deus ut mysteriorum Eccle-
siæ oeconomum sese præstet ... Magnam
laudem meretur generosa M. T. tantis sumptibus alendo & pro
movendo alumnos liberaliter & pie in necessarijs artibus & religio
ne sincera educatos, quales & hunc reperimus. Tu rara profecto

pietatis

pietatis ac liberalitatis exemplum hoc in genere praestas, cuius ego se-
cundum inter equites nobiles germanos nusquam (fateor enim) invenio.
Eo maiori igitur gloria dignandus, tum apud posteros, tum in altera vita
sequetur, quo pauciores (si tamen aliquos) huius nostrae generosae
munificentiae aemulos habes. Magna admissus nos agmina pon-
tificiorum in Iesuitarum scholis passim alunt, et pseudo isti Lutherani
quid agunt aliud quam ut orthodoxam περὶ θεανθρώπου doctrinam
obscurent, et penitus opprimant? Certe quos in novis suis visita-
tionibus habemus circumgestarunt articulos, titulus in capitibus, de
Exorcismo, inquam, ad Baptismum necessario, de manducatione
τὴν παναγίαν τροφὴν orali, et praesentia corporis dominici ad
situm motumque panis, de electorum denique salute mutabili, quid
quam pontificias tenebras misero clero obtrudunt? Doctrina autem de per-
sona Christi multo purior est apud Monachos, cum quibus hoc in capite
nulla unquam Augustanae confessioni lis fuit. Quod si novi isti Harmostae
quod agunt obtineant, habebimus Christum, secundum utramque naturam
omnipotentem, omniscium, omnipraesentem. At idem se patre minorem pro-
fitetur. Quid ergo? an secundum utramque naturam patre minorem
profitebimur filium? Nisi enim duplicem omnipotentiam, omniscientiam,
omnipraesentiam comminiscamur, abnegata hac in parte (quod absit)
Symbolo, certe istud irrefragabili consecutionis nexu sequetur.

Quam

Quam procul igitur ab Arianismo, qui Mahumeticae blasphemiae prima iam olim fundamenta jecit, istiusmodi Ecclesiarum per Germaniam reformatores absint, ipsi viderint. Ignoscat mihi Generosa M. T. in hasce querelas excurrenti. Optandum erat ut quo quisque sublimiorem in Republ. Christiana gradum obtinet, eo maiorem longe omnium gravissimae huius causae curam suscipiat. Verum ea Dei est: Deus ipse tuebitur illam. Causa tua est: causam Christe tuere tuam. Vale magnifice ortho[do]xorum patrone & me inter clientum tuorum minimos, nunquam tamen ingratos futuros haud gravatim adscribe. Dabantur raptim. Serrestae. 26 Aug. Jul. 1593

Wolfg. Amlingus.

Clarissimo et Excell^mo^ viro, D. Theodoro Bezae, Genevensis Acad.^ae^ professori eruditissimo, & ministro Ecclesiae fidelissimo, domino suo debita observantia colendo.

Gratiam et pacem ab uno Deo et patre, & uno Domino nostro Iesu Christo.

Q 393 Vir clarissime, Theodore Beza, olim tibi gratus & laudatus, nunc fortasse minus sum, tamen facere non potui quin ut quondam ita nunc denuo ad te scriberem. Neq. enim ita sententiam & fidem mutavi in summo religionis apice, De uno vero Deo & nonnullis alijs,

in

in quibus hactenus nimis credulus fueram, ut viros praestantes & de
Ecclesia Dei optime meritos contemnerem, quod plerisque usu videmus venire
qui in religione quid mutant. Quin potius ut illorum eruditioni
plurimum me debere profiteor, ac indies utor, ita complector ex animo
praestantia illa organa per quae novam lucem nostra ac maiorum nos-
trorum aetate in sua Ecclesia accendere dignatus est clemens benignusque pater.
Spero autem te quoque, Vir praestantissime, eodem erga me animo affectum,
uti certe haud dubie eris si meum animum veri cognoscendi & te-
nendi amantissimum probe perspexeris, quantum quidem homini li-
cuerit. Mutavi ut dixi sententiam ac fidem de uno et vero Deo,
quod re tanta diu meditata Trinitarij dogmatis imbecillitatem, ne
inutilitatem taceam, tandem, Deo lucem praeferente deprehendi. Neque
hoc intellecto temere quicquam tentavi, sed fratribus Embdae, deinde
Antverpiae silentium promisi ad tempus, dum quod immaturum ad-
huc erat maturesceret, & legitimam causae huius cognitionem vellet
requisivi. Illi vero nulla rei tantae, nulla conscientiae meae & aliorum
ratione habita in hoc unum incubuerunt, ut me indicta causa odio
haberent & abs se quam longissime profligarent, abeuntem quoque hostilibus
literis persequerentur, ut vix tandem in hoc regno locus commorandi
concederetur. Eiusmodi praeposterus zelus me quidem a vero abducere
non potuit, imo in eo magis confirmavit, cum viderem tot his

a me

à me ad huius argumenti disquisitionem vocatos, numquam eos eo adduci
potuisse, ut in clarissima luce me audirent, & dissentientem abs se
idoneis rationibus confutarent. Cum etiam hoc pacto dogma suum alijs
suspectum reddiderunt. Ita ipso agendi modo etiam ostenderunt causae suae
iniquitatem, non dissimiliter ac Lutherani suis antagonistis. Verum
enimvero utinam mihi liceret coram de rebus tantis tecum disserere.
Profecto efficerem secundum Deum, ut nostrae fidei de uno Deo patre
contra Trinum, sinceritatem agnosceres, & clarissimam hanc veritatis
lucem amplecteteris. Ita enim valida sunt fundamenta nostrae sen
tentiae in sacris, ita argumenta invicta pro nobis, ut quibus prolixe
pugnatur ea tanta lucis fulgore confundantur & in fumum abeant.
Non nego meum esse libellum quem D. Zanchius confutare voluit, Verum
ut ille suam causam nullo solido argumento egit, omnia diris con
uicijs replevit, ut solent malarum causarum patroni, ita in eo verita
tem imprudens iuvit, quod meum libellum in ipso excusum passim dis
seminavit. Ex qua scintilla tandem magnum incendium orietur, crede
mihi. O quam multa haberem Clar. Beza tibi aperienda de nostris &
imminentibus temporibus & prophetarum oraculis recte ad ea accommo
dandis: quod studium cum sit primarium, video à nostris fere negligi.
Cum vero id aggrediuntur sua nobis somnia pro oraculis obtrudunt.

Sed si

Sed si vixeris unum & alterum adhuc annum, videbis longe aliam propheta rum enarrationem in plurimis quam hactenus. Vere olim scripsit Fab. Capito nos pueros scintillam lucis nobis divinitus reaccensam pro plena luce amplecti & magisterium quasi in Ecclesia exercere, & prophetantibus odiose obstrepere, non aliter ac si tot seculorum errores tam paucis annis prodi oes & divina religio suo pristino nitori tam facili negocio restitui potuisset. Magna adhuc reservat Dominus in istum diem patefacienda, quando totus Israel ingredietur, cuius futurae gentis conversio vita & lux erit mundi teste Paulo Rom 11. Sed de his ob festinationem Caroli legati Vestri plura non possum hoc tempore. Gustum solum praebeo verum quae Dominus apud me deposuit in chartula hac, quam mitto, scripta cum adhuc essem apud D Bullingerum Anno 86. Si tale quid videris geri, & plura de his scire voles, ubi id ex te rescivero, tanta & tam multa scribam, ut non possis non mirari tantam Domini munificentiam quae paulatim se exerit hoc tempore, quaeque insignem in Ecclesia lucem brevi exorituram portendit & praeludit. Rogo autem vehementer, Humanissime D Beza ne putes ista ex insolentia quadam animi a me dicta. Scio quo animo & quo fundamento haec scribam. Ac ne quid de his dubites, ad unam ex prophetis demonstrationem me revoco, quam promitto, si ita voles. Deinde id quod de Turcis scribo, si tale quid videris inchoari, tunc di[?] coloris, cuius modi sint, indicium facies. Interea te vir clarissime Deo optimo max

max. commendo, cumq. oro ut te in stadio quod decurris, spiritu suo confortet, donis suis coelestibus locupletet & ad beatum finem tandem perducat. Scito nos preces fundere pro te & vestra Ecclesia, & omnibus Deum timentibus, quantumuis in litera a nobis dissentientibus: quod vos quoq. facere piorum sinceriorumq. erit. Hac scribo ex Trans Sylvania, ubi unum verum Deum & patrem explosa trinitate Deo Antichristi, annunciamus, & verum Dei filium Iesum Christum. Quod ut una nobiscum faciatis, quid est quod magis optarim aut iustius impetrarim? Ita demum in veram libertatem a tyrannide Antichristi & impostorum eius assertos vos dixerim. De his si voles plura in posterum conferemus. Datae 27 Ian. A° 93 Claudiopoli.

T. Cla. ex aio colens.

Erasmus Iohannis, minister Iesu Christi ibidem.

*

Cordato Lectori

Multae ac magnae res perficiendae adhuc restant & in orbe gerendae ante ultimum illum mundi diem, qui extremam manum orbi & rebus humanis imponet. Quales etiam illae sint futurae sciri ex prophetarum oraculis potest, ut qui non primum solum Christi adventum sed omnia secula ad finem usq. mundi suis vaticinijs sunt complexi. Illi igitur quibus Dominus horum arcanorum scientiam revelare est dignatus propediem, quod apud ipsos sepultum nunc est in lucem dabunt. Hoc

autem

autem tempore visum est de his aliud proferre: quam praeteritis etc. bellum
ingens ac diuturnum inter Mah. et Chr. in quacunq. etiam mundi plaga
caepit: cuius belli exitus omnimoda erit eversio imperij Mah. Quos igi
charos habet Deus, quos de his olim per servos suos praemoneri nos voluit,
horum animos et gratia reget, ne Mah. arma sequantur, aut etiam ijs
nitantur, multo minus impios eorum conatus iuvent, ne fatali ipsorum
exitio una involvantur. Bello hoc semel inchoato tempus erit serio
evigilandi: res enim insolitas ac plane stupendas secum feret, pijs sa
lutares, malis exitiosas. Verum de quibus talentum, donec initium eius
quod dixi, belli appareat, ne sacra Dei veritas, cum praesens rerum status
minus videtur adiuvare, imperitis hominibus ridenda obijciatur. Interea
pij, ubicunq. terrarum degant, in silentio et spe dominum expectent,
quem certo sciant sanctum suum brachium brevi exerturum ad
impiorum orbem omni plagarum genere conterendum, pios dispersos in
unum colligendum, omnem idolomaniam et sectarum turbas abolendum, et
tam Ecclesiae quam politiarum statum in rectum ordinem, ex praecepti
confessione asserendum. Scripta haec primum sunt Ao Domini
nostri Iesu Christi 1586 in Polonia.

Erasmo Joannis, Ariamismi apud
Claudiopolitanos Doctori καταρατῳ

Claudiopoli
Ergo adhuc spirat tuum os istud impurissimum? Adhuc blasphe
mando

//

mando legi, imo etiam scribere, ille te sustinet, quem si verum, ut est,
filium Dei veri patris esse credis, teipsum, tuasq. blasphemias omnes
satis refellis: Sin vero hominem duntaxat, ante annos circiter mille
sexcentos, existere coepisse vis, abi impune cum omnibus Antropolatris.
Illum autem patrem quisquis solum esse verum illum Deum, excluso à
Deitate filio, contendit, qua tandem ratione patrem vocarit? Immo, tunc
me etiam ausus es tuis blasphemis litteris attentare. Sed bene est, quod
tuum illud, vel Dudithij tui ad hanc impietatem magistri scriptum
iis adiunxisti: ex quo vel unico vestros illos enthusiasticos spiritus, quis
tam caecus erit, qui non animadvertat. Haec igitur semel habeto.
Quem mihi minime de isto errore suspectum, boni sane occasione, lau-
dauj, nunc mihi cognitum, ut Deo & omnibus piis exsecrabilem, toto
pectore, cum istius similibus omnibus detestor: & te nostro illi filio
Dei, Patri ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ, eidemque secundum carnem fra-
tri nostro primogenito, vel sanandum, si adhuc sanabilis es (quod
vix sane sperare ausim) vel iustas tandem & aeternas tuae horren-
dae impietatis poenas daturum relinquo, nec mihi posthac tecum quid-
quam negotij esse volo. Genevae. 29a August. 1593.

Theodorus Beza.

Eximio Christi servo, D. Seb. Ambrosio fido Kess-
markensis Ecclesiae pastori, fratri & symmystae
observando.

Habes hic, mi suavissime Ambrosi, literas a D. Fayo collega meo, qui-
bus istas quoque adiungi merito volui, ut tibi & huius Reip. & Collegii nostri
totius nomine gratias agam de humanitate & charitate singulari tua, qua
Domino Lifordo istius tuae civitatis nomine, Leydae praestitisti: cuius semper
memorem nostrum Senatum ultimo illo die, pro sua bonitate futurum
speramus, & cuius apud nos, quamdiu stare nos volet Dominus, erit
perpetua recordatio. Quod autem iampridem facis, mi frater, fac
porro perge, id est nos magis ac magis amare, & cum nostrae crescant
potius quam minuantur facultates, tanto nos ardentioribus precibus optimo
maximo Deo & servatori nostro commendare. Sicut vicissim illum
precor sit tibi, tuisque sacri ministerii laboribus magis ac magis benedicat.
Genevae. 30 Aug. veteri nostro calculo 1593

Tuus Beza

Tractatiunculam, de controversiis in Caena Domini, superioribus nundinis
a me editam, misissem nunc ad te, nisi ad vos quoque illam pervenisse
existimassem. Quomodo vero sit ab his vel illis excepta, pergratum
mihi feceris, si mihi significaveris. Caeterum vide istorum impiorum
impudentiam. Blasphemus ille Erasmus Ioannis Claudiopolitanus,
miseros ad inferos trahens, ausus est me literis etiam suis sperare
ad suas blasphemias probandas perduci posse. qua de re non dubito

quin

quin sese apud suos iactitet. Responsum ad eas literas meum tibi mitto, propterea, ut legas & habeant fratres, quod illius mendacijs opponant, si quid sinistrum de me, quasi amico suo sparserit. Addidi etiam ipsas eius ad me literas una cum bello ipsius prognostico, quo uteris istic sicut voles, & prout censebis expedire. Meas autem ad illum velim ut servato apud te illarum exemplo, cures ipsi reddendas.

EIDEM

S[ummo] Quanto studio D Curalum lifferdinum nunc iuveris, vir praestantiss. dne & frater plurimum obs. serum ex ipsius sermone intelleximus. Nam & literis absentes & verbis praesentes nos cohortari non destitisti, saepe nobis narravit. Quo nomine cum nos peculiariter semperque tibi obstricti simus, tum Ecclesia civitasque nostra tibi pijsque omnibus qui istic sunt multum debebit. Putandum illud verbum Regis, quod in communibus vestris literis circumferebat D lifferdinus exercuit angustia necessitasque publica qua longinquissimorum etiam fratrum manum opemque implorare coacti sumus, ut dum potentissimorum infensissimorumque hostium viribus & odio diutius fore obruimur, per Dei misericordiam piorum eorum amicorum longinquitate aliquantulum sublevaremur. In illorum album cum Ecclesia nostra venire non refugeremus, nisi vestrae beneficentiae memores, eiusdemque praeconeres fuerimus, ingratissimi

Tibi itaq. frater optime, pro singulari animi propensione, laboreq. immenso à te hunc afflictissimæ Ecclesiæ iuuandæ cã susceplo, quantas possumus maximas gratias agimus: pijs quoq. omnibus qui nostræ calamitati sua charitate opitulari dignati sunt, acturi, dum viuemus, summas. Officia oia q à nostra tenuitate exspectari possunt, vobis omnib. fratribus & amicis, nos & collegæ nostri christiano pectore polliceamur & offerimus. Dñ Iesus te, vir ornatiss. suo spiritu muniat & corroboret vt veritatis Athleta propugnatorq. constantissimus sicut ante fuisti, sic semper in posterum esse pergas. Vale Genevæ vi Calend.

Tuæ dignitatis & pietatis studiosissimi

Theodorus Beza

Antonius Fayus

Reverendo & clarissimo D D Iacobo Campio Protonotario Moguntinensi, Bonnensi Decano. Moguntiam.

Iustus Lipsius Iac. Campio S D

Vir ornatiss. & clariss. Præsentis tui vultus, & in vultu ipso conspicua probitas me delectarunt; nunc literæ hanc ipsam quæ ferentes & in me amorem. Gaudeo & redamo: atq. ut literaria hæc colloquia frequentemus te rogo. Nummos accepi, atq. aliquot inscriptiones, sui nomine gratas, tum etiam illius viri à quo profectæ. Cuius studium hoc elegantiæ in viro nobili & Germano non amo? quo gens nostra quomodo parum est inclinata. Sed cum eiusmodi proceres viam

viam facient & praeibunt, facile istas lunas sequentur minora illa
astra. Deus faxit, & ut huc potius se dent quam ad inutiles imo no-
xias illas super divinis disputationes. Uno verbo. ego Cavallerium
vestrum amo, & benivolentiam pariter eius in me pro beneficio am-
plector. Cur non vidi, cum essem Moguntiae? nam ad hoc quidem
otij & temporis largiter fuit. sed credo abfuisse, aut de tali viro
et virtute neminem indicium mihi fecisse. Si adfuit & siluisti
tu, mi Campi, peccasti. Ego salutem & obsequiosum animum illi defero,
& tibi, mi Campi significo, me in Eburonibus etiam nunc esse,
& inibi futurum hanc hyemem. Amici sunt qui detinent, tum
etiam locus & urbs amoena: & capit, quod res in patria nostra
eo loco sit nemo ad eam aspirare possit, cui grata aut amica
quies. Sed nec securitas in plerisque oppidis, Batavis invalescente
& nostris per socordiam aut pessimam disciplinam infirmis. Me
otium capit, non illud solitudinis & languidum, sed quod libri
& lucubratiunculae alant & exerceant, & quod aliquid egisse nos
etiam cum nihil egimus, apud posteros testetur. Pare igitur plura,
promptius si diploma nobis & interdictum a Caesare esset: ne quae
nostra statim (vulgo iam fit) recuderet & imitaretur. fit cum
typographi damno, fit cum mea fraude, cui via adimitur addendi,

immutandi/

immutandi, castigandi. Spero me in ipsa Imperatoris aula amicos reperturum. Sed per quos id confici aut impetrari maxime debeat, ignoro. Tu si scis me quoque scientiorem facito, & magis magisque tibi devinctum tibi devinci. In Eburonum Dominae urbe XI Kal. Sext. CIↃ IↃ XCI.

Nob. & clar. virum Christophorum Fabrum officiose a me saluta. Cupi si is rationem confirmandi privilegii tibi dixerit. Sed tibi permitto.

Ornatissimo Viro Domino Johanni Myllnero S C Maiestatis Consiliario & in Cancellaria Regni Bohemiae Secretario, Domino mihi summe observando.

\# S Benedictus sit Dominus & Deus ille noster, qui me: quantumvis miserum peccatorem, sui sancti Spiritus organum, tibi, in gravissima tentatione confirmando esse voluit, sicut mihi literis illis tuis humanissimis significasti. Nam me quoque non semel istae dubitationes exercuerunt, in quibus ea quae sum expertus remedia caeteris suggerere pro viribus studii: huius laboris iterum Deo & Servatori nostro gratias ago quod me non paeniteat. Idem autem ille qui mihi litteras tuas reddidit, nostrae videlicet Reip. apud vos nuper legatus, item nostro Senatui singularem tuam, quam istic expertus est benignitatem praedicarunt, ut ego tibi plurimum hoc nomine debere omnino fateamur. Tum

me vero privatim tantam his tuis literis benevolentiam ostendis, addito
etiam munere, sive materiam sive opus spectes longe pretiosissimo, ut ha-
bendae tibi gratiae ne verba quidem satis accommodata reperiam. Quod
autem unum in me situm est, hoc vicissim tibi, sicuti par est, offero, per-
petuam videlicet huius tuae benignitatis recordationem, & quaecunque possunt
a meae senectutis [illegible] officia proficisci. Caeterum quandoquidem
tibi placet in nobis adiuvandis pergere, & nos quotidie crescentes una
cum bello calamitates cogunt omnem in petendo verecundiam deponere,
ecce mi Domine, consilium tuum secutus, literas ornatissimo viro Dno
Wenceslao Budovecio inscriptas ad Dnum Monavium nostrum mitto,
tibi tuto reddendas: his apud illum fac, oro, pro tua prudentia sic
utaris, ut hoc etiam tibi debeatur quod & huic civitati & mihi
tanti viri notitiam ac etiam benevolentiam conciliaris. Bene vale
Vir ornatissime & me amare & Deo optimo Maximo commen-
dare perge, sicut vicissim illum ex animo precor, ut te familiamque
tuam quam potentissime & quam felicissime magis ac magis conser-
vet. Genevae. 29a Augusti 1593

Amplitudini tuae addictissimus
Theodorus Beza

Eximio Christi servo, Domino Fabricio, Dantiscano Pastori Patritio & Scholarchae, domino mihi summe observando.

Rediens a vobis Reipublicae nrae legatus, Venerande frater, ita nobis singularem tuam in hanc civitatem & Ecclesiam benevolentiam, omni beneficiorum genere, in curando, cuius causa istuc missus erat, negocio testatam commendavit, ut mihi religio fuerit hanc ad te scribendi occasionem praetermittere. Agit igitur tibi totum nostrum collegium gratias ingentes, tot beneficiorum memoriam servaturum perpetuam, nec summas ullo unquam tibi caeterisque venerandis fratribus officij genere, favente deo, defuturi; iam nunc Deum optimum maximum precantes, ut tibi familiaeque tuae & sanctis inprimis laboribus tuis magis ac magis benedicat, & quidem specialiter, ut inclytae Reip. vestrae Gedanensis Magnificum Senatum, quam potentissime & quam felicissime una cum civitate tota conservet. Genevae. 29a Augusti, vetere nostro calculo 1593

Tuus totus Theodorus Beza
ex totius Collegij pastorum ac professorum Genevensium sententia.

Eximio Christi servo, Domino Thomae Fabricio Kesmarkensi, pastori antiquo: domino & fratri summe observando.

Attulit ad me, Vir eximie & suauissime frater, rediens à vobis D. Carolus Sifferticus huius Reg. legatus literas tuas, tristissimi quidem illas argumenti, gratia sunt quae nobis calamitosissima haec tempora suppeditant, sed tamen eo nomine gratissimas quod à fratre nostri amantissimo sint profecta. Illud autem inter caetera mihi tristissimum fuit audire, quod narras de quarundam Vngariae & Transsylvaniae Ecclesiarum ab alijs et inter se dissentione. Nam certe diuisus non est Christus ille noster, idcirco missus in mundum à patre, & in hoc seculorum fine nobis patefactus, ut & cum ipso & inter nos Vnum illud beatissimum & perenne fiamus & permaneamus. Vide igitur nunc etiam atq. etiam quid agant, & quid sint aliquando apud Dei tribunal responsurj, qui sunt istarum διχοστασιῶν autores vel fautores: vos praesertim circumstantibus ut audio, Pontificijs, Arianis, & alijs sectarijs, quibus nimirum Spiritus iste discordiae istis quoq. inuadendis Ecclesijs aditum patefaciat. Recte vero scribis, mi frater, quod me tuis illis literis non tantum de hoc malo admonueris, verum etiam eius causas aperuens. Vt nos etiam, inquis, de afferendis huic malo remedijs cogitetis. Aequissima sane certe & plane Christiana postulatio. Sic enim profecto distinctae sunt inter se Ecclesiae, & suus cuiq. pascendus grex est, ut nihilominus meminerimus, nos esse vnius & eiusdem illius

Corporis

corporis mystici membra, cuius unus et idem Christus caput est, ac proinde
mutuas inter nos operas, ad hoc fovendum & conservandum corpus conferre ne-
cessario teneamur. Quod igitur praecipit qui nos in unum hoc corpus com-
pegit: quod postulat illud ipsum charitatis vinculum, quo inter nos
vincti sumus: quod tu praeterea a me petijsti, charissime frater: id nunc
officij genus vobis non ego solus, sed nostrum hoc collegium praestat, qui-
cum tuas mihi inscriptas literas communicavi. Quinque igitur esse
audimus, quae his dissensionibus praetexantur: Azymum videlicet pa-
nem: [2] Imagines adhuc in templis quorundam, licet non ad cultum,
prostantes: Postillarum [3] quas vocant: Et [4] quorundam dierum festorum
observationem illic, sine ulla tamen suspicione servatam: [5] Novum deni-
que Calendarium. De quibus omnibus accipite quaeso aequis
animis, Venerandi fratres: quid nobis quidem videatur. Certe
si in vestra esset potestate pro azymo pane cibarium & quotidia-
num illum adhibere: imagines omnes ex templis expellere: sacros li-
bros ordine perpetuo enarrare: diebus illis extra dominicum festis
carere: recte vos id facere posse existimaremus. Sed cum ista penes
vos non sit emendare, & integra vobis interea salva sit religio, vi-
dere certe non possumus, qui nam ob has causas eos inter quos ver-
samini offendere, alij ab alijs dissilire, vestros denique coetus lapsis

eos

vos circumstantibus, & harum vestrarum dissensionum occasiones pro-
cul dubio captantibus, exponere, recto secundum scientiam Zelo possitis:
quod autem nullo cum cuiusque conscientiae praeiudicio dictum velimus.

1. Azymum certè panem sicuti non mandavit, sic etiam non vetuit Do-
minus, sed panem duntaxat adhiberi, frangi, dari, comedi iussit:
nec azymi panis usurpatio in Occidente à superstitione initium pro-
fecta: sed à κακοζηλία, quod eo pane sit usus Christus in ipsa Cenae
Christi institutione, cuius postea nonnulli eò pertraxerint, quod de
Azymis sinceritatis & veritatis panibus fermento nequitiae & mali-
tiae oppositis scribit noster Paulus 1 ad Corinth 5. 8. inscitè
& praeter Apostoli scopum. Deinde propter hoc panis discrimen alij
alios damnare non potestis, quin eodem iudicio plurimas orthodoxas
Ecclesias involvatis, quae & ipsae, ut haec quoque Genevensis, quamvis
pane cibario, propter alimenti spiritualis analogiam uti mallent, ta-
men nec inscienter profecto, nec imprudenter hunc azymorum u-
sum, ut ἀδιάφορον, retinere potius quam vicinos fratres offendere ad-
huc malunt.

2. Imagines autem adhuc in sacris locis re-
tineri valde dolemus: & eos à quibus istud toleratur, graviter in
Deum & Ecclesiam peccare existimamus. Clarum enim est Dei
praeceptum: & certissima est purae veteris Ecclesiae observatio: Et

quod

quod ajunt minime tamen imagines à se coli, nullius est momenti. Deus
enim non modo coli, sed etiam fieri imagines, ullius religionis causa pro-
hibens, satis etiam expresse religiosis in locis conspici prohibuit: jam tum
quid futurum esset demonstrans, nempe ut idolorum in Ecclesiam intro-
ductionem, Idolatria statim consequeretur. Sed cum vobis fratribus
liberum non sit templa habere ab imaginibus vacua, vel ex iis ubi
adhuc prostant locis illas excludere: quid vos prohibet, in ipsarum
veluti conspectu, eas & idolatriam omnem damnare? Nam &
ipse Paulus Atheniensium idola conspexit, & eorum inscriptiones le-
git, sed ut inde profligandorum illorum occasionem arriperet.
Et utinam nobis in mediis ipsorum pontificiorum templis veram
religionem docere & profiteri liceat [ret], nullam certe pollutionem in-
de contraheremus? Postillae vero quae à Caroli demum

3

Magni temporibus videntur passim receptae, satis profecto multum
argumenti ad erudiendam plebem suppeditant: nec postea in-
terdicitur vel publica, ubi scholae cum doctoribus sunt constitutae,
sacrorum librorum integrorum enarratio, vel privata per familias
lectio. Festorum quoq. dierum extra diem Domini-

4

cum illum, ad celebranda praesertim quaedam Christi pro nobis gesta
conventus, non modo per se reprehendendi non sunt, quasi nos à pie-
tate

tate abducant, verum etiam è contrario occasionem saepius ad audiendum Domini verbum, accedendi, & populi de suo officio admonendi praebent: licet propter horrendum illorum abusum non temere sint in nonnullis Ecclesijs alibi prorsus aboliti, revocata gestorum illorum Christi ad dominicum diem celebratione, alibi ad pauciorem numerum, explosis penitus superstitiosis, redacti. Cessatio vero ab omni labore, etsi Iudaismum aliquatenus resipit, & ante christianorum Imperatorum Constitutiones, ne dominicis quidem diebus initio locum habuit: tamen per se non potest damnari, si ad propositum rectum usum referatur: Et quum mos iste violari non possit, absque magistratus istius offensione; absit ut propterea alios ab alijs dissidere salva recta conscientia posse distinemus. Novum denique istud Calendarium certe videre non possumus, cur tantopere nonnullos offendat. Habuit enim fortasse iustam causam magistratus illius non recipiendi, ut (quod nonnulli ostenderunt) nec commode nec recte construendi: nec illud, fateor, ut ab illo Antichristo profectum, admitti indebite potuisse, sine quadam illius tyrannidis approbatione. Sed cum res ista sit per se mere civilis: & magistratus, quocunque tandem consilio istud fecerit, observationem illius sibi subiectis populis mandarit: quam tandem hic culpam sustinent, qui civile

5

istud

istud, non ut à Papa, sed ut à suo Magistratu profectum mandatum con-
servant? Imò nobis certè non liquet, quidnam opinioni suæ patiant praete-
xere, qui postea suam & aliorum conscientiam turbant.

Et hæc quidem habuimus: summe observande frater, quæ tibi de his
rebus quid nobis videatur, postulanti responderemus: vobis utinam, si
recta sunt, tam grata sint, quam à nobis ex vera & sincera charitate ad vos mit-
tuntur. Ad cæteras autem res quod attinet, quæ istuc ex ipso Dn.
Carolo nostro plenissime intellexistis, rursum nunc vobis confirmamus,
iisdem nimirum bellorum calamitatibus nos in hac nostri iustissima &
prorsus necessaria defensione magis ac magis exerceri: quas etiam
fortassis auxerunt quæ nuper in Galliis præter omnem expectationem
accidisse procul dubio iam intellexistis, ut tam tristium rerum repetita
narratione non sit opus. Vos igitur istuc, quod facere cœpistis, fratres
porro magis ac magis pergite: id est, assiduis precibus nos adiu-
vare; ad quas si posset etiam à vobis solatium aliquod huic Reip.
Ecclesiæ & scholæ sub hoc onere pene fatiscentibus submitti: sic
erimus vobis obstricti, ut nos ipsos porro vobis secundum Deum
simus debituri. Sicut Deum opt. maximum, vicissim: observande
frater, precari non desinimus, ut vos sedulos pastores, vestrosque greges
omnes, & generatim ac speciatim, Magnificum illum Dominum, pietatis

&

ac Virtutis omnis Templum, Dominum Sebastianum Toeckelium, sub cuius patrocinio istic, una cum summe observando fratre & collega tuo D Sebastiano [illegible], christus regnat, à domesticis tot inimicis, & ab externo illo vobis imminente truculentissimo tyranno quàm potentissime assertos, & donis illis suis omnibus cumulatissime magis ac magis ornatos feliciter conservet. Genevae: 28 Aug: Anno 1593.

Theodorus Beza: ex totius Collegij pastorum & doctorum Genevensis Eccl[esi]ae sententia, dictavi et subscripsi

Quod tu ad me misisti mutuae nostrae coniunctionis πρόσωπον, accepi: & de eo tibi magnas gratias ago.

Vere nobili viro, Dn. Martino Schilling: amico vero.

S Vir Nobilis. Duo errores ex caecitate mentium nostrarum ortum ducentes, faciunt ut angamur animis. Alter est, quod rerum magnarum fundamenta comminus ponenda putamus. Alter quod Dei & instrumentorum opera iudicamus impedimentis debilitari. Atqui praestabat nos cum Gregorio Nazianzeno dicere: οἶδε πόρρωθεν καταβάλλεσθαι τῶν μεγάλων πραγμάτων ἡ θεία σοφία τὰς ὑποθέσεις, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία οἰκονομεῖσθαι, ἵνα καὶ μᾶλλον θαυμάζηται.

Cur

Cur hactenus Regis Gallorum opera, ligarios quidem debilitare: Nostrum
vero, non ita ut olim Constantini dextera christianis tueri, & pacem ci-
lem conredare μεταμέλεια illius satis ostendit. Etsi autem nunc unum
alterumue Dynastam habemus, qui Religionis nostrae recte intellectae
studioso zelo ducatur: quis tamen non uidet, quantopere in homines
defigamus oculos? Christus vero regnare desierit, qui Ecclesiam in Ba-
bylone servavit? Utinam cogitemus Christianos non esse nos huius
sed aeternae vitae causa? Laudamus Augustinum dicentem: Christia-
norum dignitas non in terra sed in caelo posita est: & turbamur quum
terrenis nos spoliari experimur? Assentimur Basilio dicenti: Christus
nunquam risit: & molestae nobis sunt lacrymae? In eo saepe pecca-
mus omnes plerique quod Gregorius Magnus scite his verbis exprimit.
Christus fugit, quod omnes appetunt: Christus appetit quod omnes fugiunt.
Pro cereis missis centuplicem tibi remunerationem precor. Sed non de-
cet me alienam benignitatem sumptu onerare. Epistolas quas desi-
deras quaerimus Lonischias &c. Utinam e veteri aliqua Bibliothe-
cas, tua gratia, redimere possimus. Belli incendia non attingo. Pestis
propagines hoc autumno apud nos, inopes plerosque sustulit. Deus nos
omnes ab impietatis peste servet. Servet te & tuos omnes gratia
Christi. Nonis Decemb. Basileae. Literas tuas accepi & quam tibi

Tuus. J Grynaeus.

Generoso et Nobilissimo Domino, D. Henrico Ran„
Zovio, Regis Daniæ in Ducatibus Slesvicj, Hol„
satiæ, ac Ditmarsiæ Vicario ꝑ dno & amico.

Solam voluntatem tuam scribendi, Vir Generose, pro beneficio habuerim: F. = ✗
quid censes ipsam rem, & has literas tam amice ad me, tam honeste de
me scriptas? beasti hoc tuo judicio: quod ut à vulgo haud magnoperè
moveor, ita à magnis selectisq. Viris ambio jure & amplector. Inter
magnos autem quis Ranzovio mihi major? Genus tuum intueor: no„
bilissimus es. famam: clarissimus. virtutem & doctrinam: utraq.
præstantissimus: nec facile his omnibus junctim rebus, quem tecum
componam (non enim dicam præponam) repperero in Europa. Itaq.
Constantiam nostram quod attollis, quod utilem censes & salutarem:
non ego me juveniliter titillo, sed Deo tamen meo gratias ago, cui
visum per me efficere quod laudem apud bonos habeat, usum apud
omnes. Nec enim alio fine, ut opinor vivimus, quam ut in hac socie„
tate alteri alteros, manu, mente, lingua juvemus. Ut Luna quod
luminis à sole accepit toti mundo refundit: ita nos dona quæ à Deo.
Ad quod alacrius faciendum incitarj me à te fateor: sicut tardarj
interdum ab alijs quorum judicia à mente non tam pura. Iste

ipse

205

ipse enim libellus (qui primus mihi in serio hoc genere: quoniam alia nostra ad scientiam potius quam sapientiam spectant) quas voces in me sine calumnias commovit? Et quidem eorum qui maledicta & petulantiam ingeniorum licentius exercent, tecti scuto illo pietatis. Ministros se dicunt, & sunt revera, sed affectuum saepe suorum, non sacri illius divinique verbi. lingua ijs commoda: vita degenerat & mens. Atque ut tibicen apte & suaviter sonat, sed non in sua voce: sic isti sonos & verba religionis praeclare incinnat, sed non ex sua mente. De quibusdam loquor, qui candida ea veste se velant, interne ipsi nigri. Nam omnes cur laedam? absit. Boni inter eos multi fateor, quos venero, imo veneror, vita & moribus theologos, re & specie divini honoris ministros; qualis in septentrionum vestris stagnis nivéus ille Cygnus canit & iam canet (Chytraeum dico) qui vere pacis amans, virtutis & doctrinae iure mihi magnus inter paucos: cui placere aeque in votis mihi est atque alijs illis displicere. Ut autem purpura, qua nihil pulchrius tauros ad iram tamen provocat & ad pugnam: sic quosdam ex istis ad odium color ipse virtutis: cui tamen ut spero, in me firmus: nec diluent eum aut tollent nimbi isti calumniantium sermonum. Sed satis de istis, & in istos: cum ex his sui occasionem mihi pars ea

ista

epistolæ tuæ præbuit, quæ est de vestris Tribunis: quorum tela si sequar, gentis, videbo & vitabo, solidis armis tectus Candoris & veritatis. Nam hic quæ in me jacta retulimus jam præscriptione nostra, quam videbis. Mitto enim exemplar ad te Constantiæ nostræ nuviter excusæ & auctæ: itemque alterum amico illi mittendum, cuius nomen inscripsi. Amicum appello, etsi ignotum (de facie quidem: nam scripta eius vidimus, proba omniaque) quia arcana quædam & ingenita copula inter veré bonos. Tua etiam in Mathematicis & planeque alia vidi: quæ plenius apud alium quemuis quam apud te laudem. Nec tu sane de fato Mathematico valde à iudicio meo abis: quia subijcis illud omne vi & potentiæ majori. Inter instrumenta fati prima & præcipua stellas & positiuram illam Cælestem non negauero: hoc tantum, ipsas efficere fatum. Sed de eo alias pluribus. Nunc tu vir maxime salutabis à Lipsio quem in hoc lento & longo morbo recreauit non nihil amicissima epistola tua. Nam mensem iam septimum interno hypochondriorum & hepatis morbo laboro, non sine suspitione Melancholiæ adiunctæ. Nunc tamen sub tempus hoc veris aduentantis paulatim resurgere videor & recipere vires: quod plane & plene tum fiet cum visum erit æterno Deo, qui te vir & Domine Generose cum gente & familia tua protegat, & diu seruet. Lugd. Bat. VI. [illegible] febr. 1585. I

D. T.   addictiss.   Iustus Lipsius.

Fido Iesu Christi servo D. Constantino Fabricio,
fratri ac Symmystæ summe observando.

S. Mitto tandem ad te quod à me tam obnixe petiuisti carmen ἐπιλάγιον, in quo tuæ pietati libentissime sum obsecutus: Sed vereor ne invita prorsus Minerva, tempore à Musis prorsus alieno. Accepi quam ad me mitti voluisti, depictam mei vultus imaginem, cum adiunctis versiculis. Amicis de hac in me benevolentia gratias ago, quos tamen mallem nihil tale mihi præstitisse, quod non ignoras quam multorum calumnijs sit expositum: Ut illa præterea quæ nec à me nec ab ijs qui me probe norunt, sine rubore legi possint, & malevolis procul dubio me deridendum propinabunt. Ad statum rerum nostrarum quod attinet, respiramus adhuc aliquantulum sub ista qualicunque induciarum Gallicarum specie, in quibus Rex comprehendi nos voluit: Et in Gallia quidem certatim civitates, agnita tandem insania sua, ad Regis clementiam confugiunt, & ex ipsis quoque coniuratis Hispano Gallis permulti: Sed dum agito quam viam Rex ipse sit ingressus à nonnullis persuasus, de Gallico toto regno aliquid actum esse, nihil non metuo. Firme tamen & constanter perstant summo consensu omnes Ecclesiæ, & tum in eandem doctrinam & disciplinam, tum in mutuam sui defensionem rursus iurarunt. Quid sit autem secuturum, Rege quidem

moderatissime se gerente & multa pollicente, sed a Catholicis pessime, ac-
uit Dominus nobis magis ac magis compellandus, ut tam esse dignetur
promissionum suarum & sui nominis memor, quam tot scelerum immemor,
quibus tota Gallia tam foede est contaminata. De Hungarorum secundis
adversus communem illum potentissimum hostem, & horrendum Dei fla-
gellum, rebus gestis, Deo gratias egimus. Sed quam vereor ne ista beluam
illam potius irritaverint quam repulerint. Comitia vero ista longa
utinam Deus ille noster opt. max. suo spiritu ad nominis sui gloriam
& orbis totius orthodoxarum Ecclesiarum, ac praesertim Germanicarum pa-
cem & concordiam dirigat: adversariis procul dubio tantam sibi
oblatam nostri per nos ipsos opprimendi occasionem cupidissime arreptu-
ris. Ea me causa impulit superioribus nundinis ad brevem illam
de his controversiis Sengliniculam edendam, quam nunc multo auctio-
rem & accuratiore ordine servato recudendam curavi, cuius exem-
plaria duodecim una cum istis, ut spero, accipies: sex videlicet D.
Monamo nostro mittenda, reliquis tibi servatis, quae amicis istic, cum
primis DD Camerariis fratribus, itemque Magnificis Dominis, D Hieronimo
Paumgartnero, D Ioachimo Nenochio, D Antonio Gundero, una cum inscrip-
tione manus meae, meo nomine distribuas. Accipies quoque aliquot de sacri-

ficium

ficationi tabulæ Peucerianæ exemplaria, eidem D. Monamo nostro tum mittenda. Bene vale summe observande frater. Dominus Jesus te, vobisq. istic omnibus, magis ac magis benedicat. Genevæ. quinto Martij. nostri 1594.

Tuus Beza.

Carmen ἐπικήδειον Georgio Fabricio.

Capiat Avarus opes, petat Ambitiosus honores
Horum quos vitæ simulachrum ludit inane.
Rectius, ô, quanto fecit Fabricius ille
Quum pueros inter medium, teneramq. iuventam
Litterulas patriæ monstrantem pingere linguæ
Et numerorum artem mira simul arte docentem,
Coniuge post decadas septem, et tres insuper annos,
Elata, deciesq. novem, uno nix minus, annos
Expletum, vitæ placide sanctèq. peractæ
Vivum dilexit, deflet Herlinga sepultum.

Th. Beza.

Magnifico Domino, Domino Gregorio Tribelio,
domino mihi summe observando.

S. Magnifice mi Domine, rediens a vobis D Lisfertius, huius Reipublicae legatus, multa nobis de tua in nos singulari benevolentia & sibi benignissime exhibita hospitalitate praedicavit. Idem ex humanissimis literis tuis cognovi, quibus tuae quoque benignitatis περιφρο-σύνη inesse visum est, mihi longe pretiosissimum illud, quo me dignaris amicitiae pignus. His enim miserrimis temporibus nihil aeque me recreat atque vere bonorum ac piorum hominum de meis qualibuscunque studijs iudicium. Pro his autem omnibus beneficijs, quum me habere quidem gratiam potius quam referentur, hoc tibi vicissim offero, mi Domine, quod in me situm est, gratam videlicet et ad exitum usque vitae perpetuam tui recordationem, & quaecunque a meae sortis homine officia praestari possunt. Quod si quando filium illum tuum huc mittere Praestantia tua dignabitur, cuius rei spem aliquam mihi facis, pergratum nobis omnibus feceris, nec, ut spero, committemus ut ullum officij genus in nobis desideret. Sed expectandam quidem ego censuerim prius barum, in quibus nunc adhuc

versamur

versamur, difficultatum allevationem, si quam nobis Deus misericors tandem aliquando concesserit. Nam ut nunc quidem res, & Gallicæ & nostræ sunt, suspensis prorsus animis sumus, hoc inprimis metuentes ne qua subdolæ pacis species sit nobis quavis bello aperto damnosior. Vobis autem ut audimus, non sine maximo nostro dolore, turbulentior quoque tyrannus imminet, cui valde sane metuendum est, ne horrendæ illæ in filium Dei, nostrum illum unicum servatorem blasphemiæ, Arianis cum Mahumetismo communes, aditum patefecerint. Quid non enim meretur iste tam pertinax Evangelicæ lucis contemptus? Sed age tanto diligentius operam demus, ne nostros quoque hæc contagio invadat: imo potius, hunc nos adhortante Apostolo nostro, tanquam φωστῆρες in medijs huius mundi tenebris splendeamus. Vincet enim tandem veritas, sæpe quidem suis pessimis hominum peccatis mersa, sed in medijs etiam tenebris aquarum scintillans, nec unquam submersa. Sed & veniet tandem suorum liberator, neque tardabit. Vigilemus tantum, ut, accensis facibus advenienti sponso occurramus. Hæc nostra sunto in nostris communibus adversus communem hostem Satanam, & varios eius administros, periculis cogitationes & curæ; assiduis precibus adiunctæ: quas sicut,

sat

sicut, sat scio, pro nostris fratribus, Ita vicissim
Magnificiae tuae Domine, pro te, bonisq. & pijs istic omnibus semper
non desinemus, ut vos invicta illa sua manu tectos custodiat, &
domi ac foris quam potentissime & quam felicissime conservet. Genevae
30a Augusti 1593.

Amplitudini tuae addictissimus
Theodorus Beza, rogans ut vacil
lanti suae manui ignoscas.

Cl^mo & Doct^mo Viro, D. Ioanni Forshio
Doctori Medico & philosopho.

D. ortho: & per eum Mona
vie commendanda.

Vratislaviam.

Justus Lipsius Ioh. Forshio S. D.

Amicitiam meam expetis, mi Forshi, & adhibes ambitionis duos sive
proxenetas, quibus quid negem? hi sunt Amor & Musa, &
utrumq. non a te sed in te esse video, & sedem legisse in pectore tuo.
Amor dico non ille plebeius & vulgaris, sed quem Plato attollit,
qui virtuti & sapientiae propinquus, & de quo nescio quis poeta scite
— Amabit sapiens, cupient caeteri.
Tu vero me amas Forshi (epistola non dicit sed clamat, & canit
ipsa

ipsa in tua mente) amas inquam me, quem putas amabilem ob ea quae aestimas et amas. Utinam ita sit! Utinam non hic fucus qui absentes aut longinquos fallat? & sit quod in Iride, in qua color esse putatur, qui nullus est! Sed ut oculi vestri caussam opinionis sustinent, sic tuus animus in te Fischi, avidus virtutis & doctrinae et censes ea esse, ubi nux species est. Profecto, quod Plinius olim Scite, te puto abundare maxime virtutibus, qui sic alienas amas: & de doctrina, scio me non falli; vel unica indice epistola tua. Cui breviter sed fideliter respondeo, Videri in amore me reponere: et si caussa eius fallent, non ipse. Petis carmen in hortum Scholzij. placet argumentum, ita est me tuus, & ego sum ille hortorum cultor paene ab infante: sed quid subitum & fortasse insubitum adferam? Vestra video, detineor, & ad meditationem vocor. faciam, si Musa mihi faciet. Sed illa veneri ut rheto turbido hoc caelo sedem apud vos fixerit & in axe non olim illi noto, nunc familiari, dum pacem quaerit, plurimi terrarum exulantem. O beata Germania hoc nomine! Fruimini & exspatiamini ingenijs meditationibus vestris: dum solum istic est & tam lucidum. Placitamque nitet diffuso lumine caelum. Eu-

nos.

nos: fulsere nobis candidi quondam soles: Nunc tenebrae & nimbi, & squalor & barbaries, comites distractionis sortis. Testimonium hoc Silesiae, an Vratislaviae vestrae reddo; Non esse infeliciorem oram hodie in ambitu Europae. Inter politos illos salutem a me dicito Monavio veteri, Wakkero, Rediugero. Aitalis novis amicis: & tuo quoque Schelzio. A prioribus illis iamdiu Ego nihil: nec ambio. Satis si salutato aliquando ab illis salutis. Lovanii. III Non. Sextil. ∞ IↃ XCIII.

Genere, Virtute & auctoritate claro viro
D. Mart. Sch. V. S. amico incomparabili

Cupio te in Christo Iesu optime valere: & de eventu belli Turcici, quod nostris nunc infertur, bene sperare. Versamur sub omnipotentis umbra: paratum nobis est in caelo πολίτευμα. Ne igitur minus praesentibus animis simus, quam olim fuerunt Graeci, Xerxe adventante, de quibus in Polymnia scribit Herodotus: καὶ ὅτι εἶναι δεινὸν οὐδέν. οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἄνθρωπον. εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἀπ' ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη, τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων τὰ μέγιστα. ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα ὡς ἐόντα θνητόν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν. Etsi nos urgent ingentia

tia peccata, quia tamen nominis sui rationem habet Iehovah exerciti-
uum, & semen sanctum ut pupillam oculi custodiet: ubi nos flagella-
verit: Sinam istius navabit hamum injiciet: exercitum fame, morbis
& alijs modis conficiet, & in nostro exercitu judicia a domo dei exorsus
et paleas quasdam absumet. Ferula pestilentiae admodum
paterne nos dignandum castigavit Dominus, quem oro ut mihi & fratri-
bus det ut solatio simus aegrotantibus & lugentibus. Academia tamen
nihil hactenus sensit incommodi: neque enim solitudo secuta est. Rex
Galliae magno studio simulat papatum, & dissimulat religionem quam pie
inter mille pericula, ab ineunte aetate professus fuit. Non passus est se-
se adduci ut deliberationes de generali pace Regni Franciae instituerentur,
nisi his tribus legibus: Ne de pace cum Hispanis ineunda tractetur. Ne
Maineus Coronae legatus habeatur: Ne de religione agatur. Hoc postremum
contrarium fere dicitur, quia etiam urbes quae deditionem faciunt alia post
alias nostras infesta, Religioni puriori locum nullum dant. Circa Lug-
dunum, post fugam Nemorsij, crudelia latrocinia exercentur. Spes est Re-
gem, qui eo mense Septembri cogitat, adventu suo, remedium huic malo
allaturum. Induciae Genevenses in bimestre prorogatae sunt. Istis diebus
Helvetij pontificij circiter 4000 peditum collectitiorum, ad Lotharingum
miserunt: unde conjicio Ligarios de pace non ita serio cogitare.

Argentinenses dypmaxia suspensa haeret. Utrumque aliquod operaepretium speravi. Electori Pal. nata est filiola. Illius res bene, cui Deus habent. Utinam occurrat aliud aliquod, quo testari possim, quam mihi magno usui sit anniversarium tuum beneficium, quod tot iam annis sola virtute motus praestitisti. Centuplicem remunerationem tibi a Christo domino precor. Servet te vir amplissime, cum coniuge & amicis. 28 Aug. 1594

Vetus tuus J. Grynaeus.

Reverendo & clarissimo viro, pietate & eruditione insigni D. Christophoro Pezelio S. Theologiae Doctori & professori. Bremae.

Reverende & Clme Domine Doctor. Voluntas mihi scribendi ad te saepe fuit, nunc etiam occasio. quia venit ad vos Franco Duyckius legatus Curatorum & Consulum, ad te, bono Ecclesiae & scholae nostrae, vocandum: ac spero etiam adducendum. Certe, si praesentem Belgicae statum, & Academiae nostrae incrementa & indolem spectes, si etiam nos collegas: causam non habebis honestissimi muneris recusandi. nisi tamen prior obligatio tua ita arcte illic te ligat, ut distrahi non possis. Quod si ita est, publice hoc nobis triste, & mihi privatim, qui sane desiderem te his terris inferre novam lucem. Tamen utcunque haec res est, tui ea tota iudicij est: nec ego consilium sed

sed votum interpono. Caeterum in Lipsio si quid est quod uti aut frui, Vir Germaniae tuae maxime, possis: scito id animo jam nunc tuum esse, et n[ost]r[u]m futurum, cum facultas ita feret. Vale R[everen]de & Cl[arissi]me Doctor et salve à

Justo Lipsio, qui ex animo tuus est.

Lugd. Bat. III Non Ian.
CIↃ IↃ LXXXVII.

Eximio Christi servo D Iacobo Grynaeo, fido Basiliensis Ecclesiae pastori & doctori, fratri ac symystae summe observando.

Non dubito, mi suavissime frater, quin pro tuo in nos amore singulari dies & noctes de nobis cogites. Sed ex quo meas postremas accepisti, nihil hic accidit novi, quod scriptione dignum esset. Respiramus igitur adhuc nonnihil sub ista induciarum valde incertarum specie, & die mensis superioris vicesima secunda nundinas habuimus ex vicinia valde frequentes. Heri ex Gallia reversus huius Reip. legatus anno integro & amplius apud Regem consumpto, nobis renunciat Ambianos, Biturigas, Aureliam & alias Picardiae civitates, quibus Atrebates a Gallico regno dirimuntur, & per quas erit Hispanis si in Galliam irruperint transcendum, cum Rege transegisse. Lugdunenses etiam audivisse vos opinor uno tantum ex Hispanogallis in tumultu trucidato, & quatuor vulneratis, cum alioqui cives in quatuor factiones divisi essent, & undique essent districti gladij, repente summo

longe

longe maioris civium multitudinis consensu, sublatis manibus & apertis capitibus in Regis obedientiam consensisse, quinq. ex suis, quos vocant Scabinis (qui Magistratus illic summus urbanus est) quod coniuratis illis fauere viderentur, exauctorasse, & accensis compitalium, testandæ lætitiæ gratia ignibus, coniurationis illius insignia, quibus milites alij ab alijs discerni consueverant, iniecisse, totam quam vocant ligam & suam stultitiam execratos. Cuius exemplum magna est spes, reliquam Galliam brevi secuturam. Rex ipse etsi in illo minime sane recto consilio pergit, a nonnullis persuasus aliter Galliam salvam esse non posse, tamen ea prudentia & moderatione utitur, quæ ipsum valde omnibus commendat: & alteris rursus literis sua ipsius manu scriptis me compellare dignatus est, cum minime vulgari suæ in me privatæ benevolentiæ testificatione. Soror autem ipsius summa cum constantia pergit in integra veritatis professione, alteris etiam suis literis per hunc legatum nostrum mihi testata, nunquam sese ab ea, in qua educata fuit, vera religione, vel tantillum discessuram. Evocati Regis mandato ex omnium provinciarum Ecclesijs ministri & alij adfuerunt, numero multo plures & animo cordatiores, aliquantis etiam ex Nobilitate nonnulles, quam speraverant boni Catholici, & testati additis æquissimis postulatis, hoc unum a se expeti, ut sibi veris Francis liceat parata conscientia

sub Regis

sub Regis Imperio pace publica frui. Quomodo autem de Christi fraternitate, quod futurum sit respondetur, brevi, spiritus ad te Deo favente, perscribam. Interea scito inter omnes particulares totius Gallici regni Ecclesias fraternam & in doctrina & in disciplina, & in communi defensione coniunctionem & concordiam recenter instauratam & iureiurando sancitam fuisse, & generalem Synodum mense Iulio apud Montalbanum indictam, ad quam etiam exterae Ecclesiae nostrae confessionis sint invitandae. Et hic quidem Gallicarum Ecclesiarum status est. Ad nos quod attinet: audimus nostrum hostem pari studium suo more prolixiorem, copias in terim Mediolani cogere, quas dubium non est vel Lugdunum vel nos petituras. Quid sit secuturum novit ille a quo toti pendemus. Vos autem istic pergite nos amare, & quod vos facturos confidimus, assiduas pro nobis preces concipere. Bene vale vir eximie & mihi summe colendissime frater, una cum venerando toto vestro collegio, quem Dominus magis magisque benedicat. Genevae. 8 Martij. Ao 1594.

Tuus Beza.

Dem hochgebornen Graven unnd herrn, herrn Joachim d. Eltern Grafen, Graven zu Ortemburgk: meynem genedigen herrn

Gottes gnad und trost, sampt allem guoten segen an Sell und Leyb bevorn

...

wunsch Ew gnaden neben erbietung meyner dienst [illegible] an.
Hochgeborner Graf, und Genedigen Herr, Erst heut dato ist E G schrey-
ben mir zukommen: dessen ich mich underthenig bedanckhe. Was
Herr Theodorus Beza an mich diser tag von sachen belangend Frank-
reich geschriben, wird E G aus beyligender copia vernehmen. Wiewol
aber Gott etwa e tenebris lucem producirt: so sagt er doch quod
filij huius seculi sint prudentiores filijs lucis in suo genere: Darumb
der sachen, belangend den König, nicht zu trauen: Aber woll,
wie E G schreiben, zu wündschen, ne ex Apostata fiat persecutor
sui ordinis. Verfolget Er die unsern nicht: so trauen
Ihme die Papisten nicht. Verfolget Er den Papisten: so ist er von
den unsern verlassen. Er ist ein Orte verlassen, welchen Er
verlassen: wie das Epicurische leben zeuget. Dem Herrn
von Salis hab E G christlichen gruß ich vermeldet: Er bedanckt
sich mit dem Herren: doch wir es mit aller die gelegenheit dort
Ihr Gnaden haben mir vermeldet, daz so bald sie kommen, sie
E G schriftlich antworten willens. Der [illegible] König in
[illegible]land, wie ihnen Catharina de Medicis Henrici secundi Regis
[illegible] uxor, [illegible] genennet, [illegible] [illegible] zu
Lucern ist newlich [illegible] gestorben: und also der ge-
nanten

nanten Catholischen orten directorium abgangen. Ersthann und Creyss Crone [illegible], und hienaben insignis fron. Doch hat man Ihnen kommt, Creyss was fur ein anderer Ihme nochfolget. Nota res mala optima. Man tractirt abermalls in frieden zwischen Saöien und Genff. Die Stadt beweyset Ihre freyheyt auch ex Sigismundi Imperatoris diplomate, darinn Sie nobile membrum Imperij genennet wurd. Contra bringt Saphoy [illegible] [illegible] & sequentium Imperatorum Investitur, In welchen der Hertzogh Vicedominium bestettigt worden: sed iniria Genena, ac proinde negante se de jure suo cedere debere. Der Allmechtige sterke vs alle zum besten, und verleyhe E G. auch dero loblichen Gemachen trost, krafft, und [illegible] geduldt. Datum. Basel. 11 Maty. Ao 1594

Euwer genaden

Diener. J Grynaeus.

xLiiii

Fido Jesu Christi Servo D Constantino Fabricio: in Ecclesia Norimbergensi pastori: fratri & Symmystae summe observando.

Doleo mi frater, non fuisse tibi superioribus nundinis reddita exemplaria tabellae Domini Perceij nostri de Justificatione. quae nunc tandem, ut spero, una cum istis accipies duodena: & totidem alterius de praesentia Dei tabellae, nunc primum, quod tibi confirmo, summa

fide

fide ad illud exemplum excusae, quod mihi manuscriptum misisti, in
qua tamen nonnulla mihi videntur mendo non carere, descriptoris vitio,
quae tamen magni non sunt momenti, & quae propterea non sum ausus
mutare. Placent illa omnia mihi vehementer, utpote non tantum vere
& sancte, sed etiam summo judicio & perspicua brevitate perscripta, &
utinam ad has etiam accedat tertia de praedestinatione eiusdem Autoris
tabella, quam est ille Domino Monavio nostro pollicitus. De rebus Gal-
licis haec paucis accipe. Regi omnia quam felicissime adversus novum
in Picardia Hispanorum conatum & Coniuratorum reliquias successe-
runt, & quotidie magis ac magis in illo toto tractu succedunt. Interea
parum abfuit quin Lugdunum proditione quorundam sceleratissimo-
rum a Nemorsio proximo Sabaudi agnato, e carcere quo Lugduni
detinebatur elapso, interciperetur. In Narbonensi quoque provincia
magni sunt motus excitati, neque dubium est quin eo respiciat
ingens ille & velut ultimus Hispani & ipsius Generi per totam Ita-
liam, furente quoque magis ac magis Pontifice, apparatus: quorum
ut spero, partim istae detectae proditiones, partim Turcica classis
potentissima ex insperato apparens, vim jam infregerint, aut alio
avertent. Rex autem ipse brevi, sic ipsa efflagitante necessitate,

Lugduni

Lugduni est affuturus: & quidem cum iis copiis, quibus speramus
futurum, ut vicinus saltem noster, vel ultro vel invitus & sui &
vicinorum majorem habeat rationem, & Gallia tandem respiret. Nam
quod ad religionem attinet, aut prorsus me fallunt omnes conjecturae
aut ipsa quoque necessitas, asperrimos etiam quosvis veritatis hostes, tot
tantisque civilium bellorum calamitatibus, quorum longe maximam
partem senserunt, attritos ~~capitet~~ coget conterraneos & cives suos
ferre, aperte quoque Rege, quo nescio an humanior & clementior ullus
unquam Rex extiterit: non semel professo sese, sicut utrorumque Regem
utrosque servatos velle. Interea generalis synodus Gallica apud
Montalbanum in Occitania superiore, mandato ipsius Regis, coacta
& de Ecclesiarum statu in commune deliberatura, nondum est soluta.
Quid autem ibi sit actum, simul atque intellexero, faciam vos
rei totius certiores, obnixe te bonosque istic omnes precans, ut
preces vestras assiduas, tum pro Ecclesiis gallicis omnibus, tum pro
specialiter pro nobis intendatis, sicut vicissim Deum opt. max.
precor, ut & Germaniam universam, & vos istic specialiter, tum
domi adversus omnes illos turbulentos spiritus, tum foris contra Tur-
cicam illam rabiem, pro singulari misericordia sua tueatur. In
illo

illo Enthusiasta Brocardo nunc tandem quiescente, & aliis quies-
cere sinente, nullam certe jacturam fecit Ecclesia: Nostrum autem il-
lum communem fratrem & amicum spero pie in Domino huic vitae
mortuum, reuera nunc illa vita vivere, ad quam & nos anhelamus.
Bene vale mi obseruande frater. Dominus Jesus tibi, tuisq. sanctis
laboribus magis ac magis benedicat. Genevae vicesimo quinto
Augusti: antiquo Calendario 1594

Tuus Beza

Illorum duodecim exemplarium, quae vna cum istis literis accep-
turum te confido, vbi partem tibi quam voles selegeris, reliqua
velim ut statim ad Dnm. Monauium nrm cures perferenda.

Ad Jacobum Andreae Prae-
positum etc.

Gratiam & pacem a Domino. Qua spe ad nostram illam Mompelgar
gentem, non disputationem quae nulla fuit, sed collocutionem, ut tu ipse
vocabas, accesseris, Domine Doctor: nescio. Ego quidem certe non quod
peritus non sim pro meo modulo quibuslibet oneris pro Ecclesiarum pace
conciliandae subire, sed quod hac ratione non fieri posse sperarem, et de tua
sententia decederes, neq. sane metuerem, ne optima causa caderem: hac

vna spe

Vna spe obtemperaui Ill^mi principis desiderio, quod ita posset aditus aliquis patefieri, si non ad iustum & legitimum aliquem Conuentum (quales olim Ecclesia in huiusmodi controuersijs habere consueuit: & nos ipsi à pontificijs tam sollicite postulauerimus) at saltem ad moderatiorem & vero Christiano Zelo accomodatiorem disceptationem impetrandam. Hinc illa mea perpetua in nostris congressibus moderatio, cuius Tu ipse testis esse potes optimus. Illud igitur minime miror, me non esse consecutum, quod nunquam speraui: At illud, cuius spem non paruam ex illo vtrinque obsignato scripto conceperam, irritum fuisse, impatienter profecto tulerim, quae res mihi occasionem harum ad te scribendarum praebuit. Audio enim, quod idoneis etiam testimonijs mihi est confirmatum, vestros illic nonnullos plurimos tum verbis tum chartulis iactare, quae neque vera sunt, neque si vera essent, quicquam ad eam obtinendam moderationem faciunt, de qua inter nos conuenisse, mihi persuasi. Omitto superioribus nundinis & istinc & aliunde dixisse non pauca, quibus nescio an iniquius & virulentius quicquam cogitari possit: Omitto nunc illa quae nostrum congressum ante cesserint: Sed haec certe, de quibus nunc apud te conqueror, talia sunt, vt eorum scriptorem necesse sit vel pudorem omnem abiecisse, vel

temere

temere nimium credulum fuisse: Audita tamen ex aliquo fuisse necesse est, quae si ita voles curabo ut plenius intelligas. Interim, si (quod arbitror, & quod ipse meum optare & alijs suadere debes) reipsa praestare quod utrinque polliciti sumus, instituisti, rogo te vehementer, ut huic malo, qua ipse polles authoritate occurras, ne si latius serpat, haec quoque scintilla, cordi etiam nobis, veritatis & nostrae existimationis rationem habere, latius spargatur, quod oppressum & extinctum cupimus. Qua de re peto, ut quid opus esse facto existimes, certiorem me vicissim facere non graveris. Nos certe, Deo favente, operam dabimus magis ac magis, ne quid contra conventa scribere, vel in palam Ecclesiarum peccasse videamur. Bene vale. Dominus Iesus servator ille noster unicus, apud cuius tribunal breui aut certe non ita multo post sistemur, tribuat nobis suum illud pacis spiritum, & veram in ipsius veritate ὁμοφροσύνην. Geneuae 20 Iunij Anno 1586.

Theodorus Beza: Ecclesiae Genevensis minister

Ad Doctorem Joan. Matth. Wackerum.

Mag^ce & Nob. Domine

Si à frequentia scribendi animum meum aestimas & amorem, male audiam

audiam necesse est, & deseruisse videbor militiae huius signa. Quod non
ita est, spondeo: Sed laxat me, & vellet commeatum aliquem liberiorem
dat valetudo. Pares non sumus, quod apud te profiteor, reponere tot
epistolis quas vndiq. & avide missas lectitamus. Tamen vos mihi
pauci illic eximij: & ipsa assertio etiam habuit caussam, vt in occa
sione vos afferre. Ecce data est, scribo, & vnâ libellos de Cruce
mitto. Titulus magnum aliquid spondet: Tractatio aut stylus
noster fortasse non respondet. Sed vos legite, & quod amicorum
est indicate, atq. etiam iudicate. Amo admoneri. De filio
quod postremis literis consilium meum quaesieras, nunc dabo. etsi
& ipso silentio videre potuisti quid sentiam. Nam si mittendum
huc indicasses, certe respondissem, & id scripsissem. Non
placuit, ne nunc quidem. Quid ita? non quia iucundum mihi
esset tuum aliquem, imo teipsum quodammodo hic habere: Sed
quia omnia bello hic etiam iacent, nec est vetus illa schola quae
fuit. Exteri non conveniunt, ob viarum discrimina, & tum quia in
vicinia hostis. Cum Lovanij nunc agimus, nihil mentiemur si in libera
quadam custodia nos agere dicemus. pedem extra vrbem tuto non po-
simus: & illa prata, campi, syluula, tot locorum deliciae calcantur aut
adeuntur

adeuntur raro pede. Cur igitur nos ipsi hic agimus? quia alia
nostra ratio à juventute. Quiescere nobis propositum, illis discere;
tuto agere, illis jucunde: denique haec patria mea est, & incommoda
etiam eius merito fero. Ut parentis aspera aliqua verba filius
patienter audiat, extraneus aspernetur: simile hic esse dicam.
Mollit etiam quod Rex & Ordines honeste me & benigne habent.
Quod ad studia, de Militia Romana nunc scribimus: primam fa-
cis nostrae partem. Scis quam certa aut assidua potius bella in
omni historia: Ea igitur prius explicanda sunt: & eorum ratio atque
ritus. Haec agimus mi Wackere: ut apud te omnia bene
& recte, itque in longum, Deum eundem rogo. Lovanii No., I
nis febr. CIↃ IↃ XC IIII.

D. T.

addictus animo J. Lipsius.

Justus Lipsius Laurentio Rhodomano
Viro doctissimo S. D.

Ad me conscriptis tua venit epistola verbis
Rhodomane Musarum decus,
Qua testaris amorem & honestum in pectore flammam
Et diligentiam mei. Respondere

Respondere juuat versu, atq. affectibus ijsdem:
Alternat inter nos amor.
Tu mea miraris Musæ monumenta latinæ,
Atq. illa laudibus vehis;
SATURNALIA festa, & Romana AMPHITHEATRA
CONSTANTIAM & POLITICA:
Nos tua miramur Musæ monumenta Pelasgæ,
Atq. illa laudibus veho,
Quæ descripta tibi SACRÆ sub manibus URBIS
Sunt bella Homerico sono.
Et quæ præterea melior dictauit Apollo,
Et dictat etiamnum tibi.
Nec celo, quod sit caussa illex altera amoris,
Salana quia te Jena habet:
Jena ipsa olim incessa mihi, cum florida primis
Lanugo serperet genis.
Forsitan est aliquis nostri memor, & Doctorem
fuisse prædicat sibi.
Ille ipse antiquo de stemmate, qui sua iura
Dat fertili Thuringiæ,
Auditor mihi quondam, & gloria. Ista fuerunt
Rhodomane, & ætas sic abit.

Thuringiæ nunc diuidit

Sed maneat bona fama, & Amor bonus. Hunc tibi de me
promitte, de te ego mihi.

Ienensi. xvi Kal Ianuar
∞ 1ɔ XCIIII

Cl^mo & doct^mo viro
D Conrado Rhotomanno, in
Salana Academia
Doctori publico.

I

XLV.

Eximio Christi servo D Constantino Fabricio,
Norimbergensis Ecclesiae fido pastori, fratri
ac symmystae observando.

Ternas tuas hac ipsa septimana accepi, una cum varijs tabellae illius
exemplaribus, quam vehementer mihi dolet non fuisse emendatius &
descriptam priusque ad nos pervenisset, & hic postea rectius excusam,
nec aliud huic malo remedium hic apud nos invenio, quam ut quae hic
suspersunt exemplaria aboleantur, & istic excudantur & veneant
emendatiora. Cavebo & efficiam ut ne quid tale eveniat in ea
quae est ad nos missa τῶν ἀντιλογιῶν, quam non dubito bonis omnibus
fore gratissimam, & tum erudiendis, tum confirmandis in veritate non
parum profuturam. Quod ad Synopsin doctrinis illius attinet, de qua
sive Expetis & Dns Monachius noster quid mihi videantur, paucis habeto.

Probo

Probo ipsius animum conciliandae pacis studiosum, sed quonam hoc
praestare possit non video, qui nostra non modo non intelligat, sed etiam per-
vertat tam protervus imperite, tum sunt libri eius tecum loquar plane impu-
denter: qui denique tam procul ab ipsis et unionis hypostaticae et doctrinae de
Sacramentis principiis ac fundamentis aberret. Amici illius nostri
libellum de praedestinatione exspecto eo avidius, quod eo rem devenisse vi-
deam, ut nisi Dominus spiritum erroris mirabiliter compescat, altera illa con-
troversia fuerit quasi ludus et iocus, haud nimis serius, prae iis quae ex
ista exorientur, et cuius iacta sunt fundamenta ab iis etiam, qui nihil
tale sunt suspicati. Versor nunc in hoc ipso argumento, superiore
mense aggressus nonum Epistolae ad Romanos caput. Ex iis quae
hac de re tam saepe et tam multa scripsi, ac praesertim ex libello seorsum
ante aliquot annos excuso; cui titulum feci tractationem de praedestina-
tionis doctrina, et vero ipsius usu, et qui tertio tractationum mearum
tomo edito anno LXXXII subiectus est, quae mea sit de hac re senten-
tia opinor satis liquere: in qua scio me et cum verbo Dei et cum tota
orthodoxa antiquitate sentire. Si quid mihi dederit Dominus, quod ad
illam illustrandam faciat, curabo ut iudicii non possim veritati deesse,
et unam tamen ob causam, ut renascenti et magis ac magis se effe-

ferenti

farientj Pelagianismo occurratur. Nostri autem Oratoris illud quod
scribis minime miror tibi non satisfecisse. Sed de his brevi plura. Nunc
enim vix ita mihi licuit paucis ad te exarare, non tam ut tibi satisface-
rem, quam ut tuas illas omnes mihi bona fide redditas esse cognoscas. Ad
res nostras, quod attinet, pendent illa prorsus a Regis istius regionis, quem
adhuc expectamus, adventu. Interim adhuc fruimur nostris cum vicino
induciis, etsi nos non parvae ex Hispanis & Italis collecta copia circum
stant. Spero vos autem iampridem de Regis vulnere nuncium acce-
pisse, quem plane admirabiliter adversus Sicarium Jesuitam Deus est
tutatus. Hoc facinus ita nostros etiam adversarios commovit
ut Senatusconsultum ab iis extorserit, cuius exemplum ad te mitto, ut
mecum incomprehensibilem illam opt. maximi Dej nostri providentiam
in hoc etiam negotio agnoscas & adores. Quid secuturum sit ille idem
Servator noster patefaciet. Brevj autem aliud scriptum mittam, in
quo graphice prorsus boni isti Jesuitae sic describuntur, & quidem caussa
palam in Senatu Parisiensj ante hoc facinus acta, ut istos omnibus
non prorsus in reprobum sensum traditis fugiendos deinceps oporteat. Bene
Vale frater mihi observande. Dominus Jesus te familiamque tuam
Servet

servet, tuisq. sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 21 Iannar. vetere nostro calculo 1595.

Tuus Beza

XLVI

EIDEM

S. Nudius tertius mihi reddita sunt posterma tua istinc data decima quarta Februarij Iuliani, una cum illius nostri defuncti conciuncula quadam, quam quod ad doctrinae summam attinet, non possum non valde probare, quamuis hoc argumentum longiorem explicationem requirat, in illa praesertim recensione quaestionum quas in applicatione commemorat. Ad rem autem hanc totam quod attinet, sublimem quidem illam, sed in verbo Dei, ut mihi quidem videtur, tam clare, perspicue, dilucide explicatam, ut affirmare ausim, nullum esse nostrae Religionis caput, de quo potiimus certius ex sacris literis erudiri, si modo sine contrariarum sententiarum praeiudicijs simpliciter veritatem non scrutari, sed religiosa mente adorari & amplecti velimus: recte facis quod magis ac magis de illa certiorari cupis. Quid autem de hoc sententiam, tum in ipsa doctrina, tum de ipsius usu, tam saepe & tam multa scripsi, & praesertim in tractatu hac ipsa de re expresse & quam diligentissime a me fieri potuit, scripto, ut extremo operum nostrorum tertio tomo, anno 1582 adiuncto, ut nihil habeam, quod

quod illis adijciam: quia tamen operam hic meam requiris, absit ut merito possis amici & fratris officium in me requirere, sed ut tibi hoc commodius praestare possim, rogo, ut quum varias quaestiones hoc doctrinae caput comprehendat, eas in quibus haeres sensim & expresse mihi perscribere non graveris. Placuit autem mihi valde quod D. Pezelius hac de re scripsit ad D. Philippi sententiam: quod fortasse tibi quoque pertius satisfaciet. Imo magnum illum virum, cuius hac de re tabellam avidissime expecto, spero totum hoc mysterium (pro iudicio singulari suo,) sic esse explicaturum, ut nihil amplius sis a me desideraturus, imo etiam ego tecum ab illo erudiar. Caeterum proscriptos esse & quidem aedilitiis, quibus digni sunt elogijs Jesuitas ex tota Gallia, cognoscere potuisti ex eo ipso decreto, quo nefarius ille parricida fuit damnatus: & illos summo eorum etiam contemtu, quibus carissimi fuerunt, undique ex suis gurgustijs profligatos fuisse audimus. Additum est postea, & passim in tota Gallia vulgatum, quod hic ad te mitto. Addo etiam & illud, in eodem Parisiensi Parlamento promulgatum esse, & authoritate Regia (ut loquuntur) publicatum, vel potius renovatum edictum, iam olim, id est Anno 1577 sancitum, in quo nostris Ecclesijs cavetur, ne quis

adversus

adversus suam conscientiam quidque agere cogatur, & tum verbi divini praedicatio, tum Sacramentorum administratio cum matrimoniorum celebratione & reliqua Ecclesiastica nostra disciplina conceduntur, certis quidem locis & legibus, & conditionibus adstricta, sed quae si (quod futurum confidimus) sincere observentur, magnum, ac pene certum nobis aditum ad aequa omnia, absque tumultu obtinenda patefaciant, nisi peccata nostra, cursum divinae istius in Galliam clementiae inhibeant. Bellum autem Hispanis indictum feliciter admodum & in Burgundiae Comitatu & in Luxenburgica ditione geri coepit: nec dubitamus quin ubi Rex Lugdunum advenerit (quod circiter Pascha futurum omnino speramus) nobis & vicinis omnibus regionibus, Sabaudo vel pacem petituro, vel dubiam admodum aperti belli aleam subituro, caveatur. Nos autem interea toti ab una Dei providentia pendemus. Et haec nunc quidem habui, mi frater, quae tibi & quidem raptim scriberem, save velim tibi cum D. Monamo, & ceteris fratribus & amicis omnibus esse commendata. Literas nostro Tobiae Scultetto inscriptas tradidi, quum ad nos ante aliquot hebdomades, una cum nobilissimo discipulo suo advenisset. Concordantiae graecae nondum sunt ibi venales, ut publice veneant, & certum sit eis precium constitutum. Ut vix ego fuerim earum

exemplum nactus. Bene vale, mi ornatissime frater. D. Iesus tibi
Sanctisq. tuis laboribus magis ac magis benedicat. Geneuae
7 Martij nostri 1595.. tuus Beza.

Viro doctrina & virtute excellenti D.
Laurentio Cirolero, amico bonae fidei I. Grynaeus

S Vir optime, & frater in Christo plurimum honorande. Precor Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut tibi & nobis omnibus ita addat fidem, ut multiplicari in nobis ea quae ad vitam & pietatem faciunt sentiamus, & quae sua sunt sunt quaerere & curare studio habeamus, ad Domini nostri gloriam. Caeterum in hac tanta Reipub. Christianae tempestate, repetendum nobis censeo, non id tantum quod ex tonitrus ille historicus scripsit: παράδοξον ἐστιν οὐκ ὁ θέσονται παρεδίδον, ἀλλ᾽ ὁ μὴ πάρ ἐστι τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον: sed etiam in primis id quod is qui per fidem in cordibus nostris habitat, nobis suggerit dicens: Attollite capita vestra, quia instat redemptio vestra. Semper autem in promptu nobis sint firmae consolationis nostrae capita, quae Apostolus noster, hoc ordine recensuit, ad Romanos scribens, Capite octavo.
1 Nulla condemnatio est iis qui sunt in Christo Iesu.
11 Spiritus Dei habitat in vobis: Ipse testatur una cum spiritu nostro, nos esse filios Dei

III Non sunt paria quae praesenti tempore patimur, futurae gloriae in nobis retegendae.

IIII Etiam res creata, vanitati subiecta, expectant revelationem gloriae (filiorum dei)

V. Qui primitias Spiritus etiam ante haec tempora acceperant, una suspirarant, adoptionem expectantes.

VI. Spe non pudefaciente servati, patienter expectamus.

VII Spiritus sanctus una sublevat infirmitates nostras.

VIII Diligentibus Dominum omnia simul conferunt ad bonum

IX. Regeneratio nostra, cuius complementum nunc gloriosum expectamus, argumento nobis est, quod simus iustificati, vocati, electi: atq. adeo libro vitae inscripti.

X Nemo nos separabit a dilectione Christi. Discamus autem mi carissime frater, spem obtinentes velut tutam et firmam animae anchoram, et ingredientem usq. in ea quae sunt intra velum, sequi praecursorem Iesum, ea via quam dedicavit nobis recentem & vivam.

Mitto tibi quatuor exemplaria libelli, continentis ἀπομνημονεύματα in Evangelia, quae Dominicalia vocant. Typographus ut imperitis satisfaceret, picturas non necessarias aspersit. Ferulam pestis a nobis Domini misericordia sublevavit: & est mediocris tranquillitas in Ecclesia, Reipub. & Academia

D. Beza totidem verbis scribit. Ad res autem privatas nostras quod attinet certissimum est magnas illas copias, tam superbe & ferociter ab hoste jactatas post deprehensam & impeditam Lugduni proditionem, frigore & ἀχρηματίᾳ id est, Dei manu sic esse dissipatas, ut vix earum reliquiae supersint, plurisque quotidie dum hac transeunt prorsus nudi, miserabile nobis spectaculum praebentibus: quorum Christo utinam caeteri sapiant, & praesertim vicinus ille noster princeps, hoc unum per illas Solodori sui suppetias consequutus, ut barbare prorsus & immaniter sit illa regio devastata. Accessit tamen nunc ad illos, nunc tandem Connestabilis ille Castiliae, vocatus cum aliquot equitum centuriis & peditum turmis: sed paucioribus, &, ut audimus, infirmis, & quae, ut speramus, minime sint ullum terrorem regiis copiis usquam allaturae. Nos interea indutiis cum vicino ad extremum usque Maium continuatis, & bona fide, ut speramus, servandis, singulari dei beneficio fruentes, animos nostros in silentio & spe possidemus, meliora tandem aliquando, per Servatoris nostri gratiam & misericordiam impetraturi, quicquid denique oneris nobis imposuerit, ad ipsius nominis gloriam patienter subituri. Rex, nova praesertim victoria adversus

Suessonicatium

Suessionentium latronum, id est Coniuratorum in illa regione reliquijs pulsis, adhuc Lugdunum venturus speratur, ut simul Occitanos & Provinciales componat. Ad Religionem quod attinet, approbatum a Parlamento edictum anni 1577 aditum, ut speramus ad pleniorem aliquid obtinendum aperiet. Haec ille 16 Martij. Non ita pridem literas ad D. Carolum, adiunxi Epistolam ad te scriptam, in qua pro Xenijs missis, filiolarum mearum nomine gratiam me habere testatus sum. Dominus Jesus custodiat te ab omni malo, & pergat te instruere omni vero bono. Quoties dabitur, velim te D. Pancaro meis verbis pacis Christi incrementa precarj. Basileae 24 Martij 1595.

Vere tuus J. Grynaeus.

XLVII Eximio Christi Servo D. Constantino Fabricio
Norimbergensis Ecclesiae fido pastori, fratri
et Symmystae observando.

S. Heri, mi frater, literas tuas accepi ultima Februarij datas, & spero tibi interea redditas meas postremas, quibus tibi ad illa ipsa respondi, de quibus scire laborabas, quid mihi videretur. Marlorati commentarij quos postulas, nulli iampridem hic extant, & Graeca illa Concordantia nondum hic

huc prostat venalis, quod adhuc in ea non pauca desiderentur. Ste-
phanus ille noster nec ubi sit, nec quando tandem ad familiam &
artem suam sit rediturus scio, quas magno cum nostro offendiculo, a mul-
tis iam annis neglexit, suis pergendis nugis intentus. Ecce vero
nunc ad te mitto tabellam summi illius Theologi & amicissimi nostri
nuper huc excusam, idq. non sine difficultate, non consentientibus inter se
illius exemplaribus manuscriptis, & quae parum abfuit, quin istuc re-
mittenda curarim, ab ipso autore emendanda, veritus ne quid huc rur-
sus a nobis, ut in altera illa, peccaretur. Sed ne a nobis tam
egregium scriptum quisquam suspicaretur, non fuisse pro ut merebatur excep-
tum, malui fretus autoris humanitate & aequitate, unum aut alterum
locum, circa quaestione sexta, illustrare: in undecima vero nonnihil dis-
pungere, in decimatertia vocabulum verbo aliquoties repetitum, sed am-
biguum, & quod calumniandi occasionem praebere nonnullis poterit, expunge-
re: & in extrema denique, in qua Pontificia & Lutherana sententia cum
Verbo Dei comparantur, nonnihil articulo quarto adijcere, nulla, ut opinor,
vel ipsius scriptoris, cuius iudicio plus etiam quam ipse mihi tribuo, vel
boni cuiusque & eruditi offensione. Plura vero illius tabulae exem-
plaria

plaria, tum ipsi eius autori, tum D Monavio nostro, una cum literis Francofurto mittentur. Ad res denig. nostras quod attinet, fratri adhuc induciis cum Vitino ad Extremum Majum fiendis, & Regem omni intra paucos dies Lugdunum adventurum speramus, magna cum spe, fu turum ut ibi profligatis, vel ad fidem Regiae istius Majestati debitam quoquo modo reductis conjuratorum reliquiis, pacato denig. toto regno, omnes vires adversus Hispanum ipsum, à quo tot vulneribus afflicta miserrime fuit Gallia, convertat. Bene vale summe observande frater. D Iesus tibi, tuisq. sanctis laboribus magis ac magis benedicat, & vos à Turcica immanitate, una cum orbis totius Christiani reliquiis, pro misericor dia singulari sua conservet, sicut ab illo precibus assiduis postulare non desinimus. Genevae. 22 nostri Veteris Martij 1595

Tuus Beza.

XLVIII. EIDEM.

Nudius tertius, mi frater, plenissime tibi rescripsi, additis aliquot tabellae nuper huc excusae exemplaribus. Nunc autem accipies una cum istis meis alteras D Monavio nostro inscriptas, itidemq. quas D Peucero nostro mitto, quibus adiungentur Francofurti plura eiusdem tabellae exemplaria in unum fasciculum coniecta, quae ubi acceperis, velim ea statim ipsi D Monavio

Monanio nostro, quam optima fide transmittas. Bene vale, mi frater.

Genevæ. 25 Martij 1595. — Tuus Beza.

EIDEM

XLIX

S. Gaudeo, mi frater, tandem ad te peruenisse quæ amissa suspicabar. Reddita sunt mihi quoque bona fide quæ ad me misisti, ac præsertim amici illius nostri scriptum, in quo confertur diuersa illa ratio tractandi de prædestinatione argumenti. Quod ad doctrinam ipsam attinet, probo omnia, sed vereor ne non satis sententiam nostram perspexerint, qui nos existimant in tradenda huius doctrinæ methodo dissentire, a quibus contra videntur mihi confundi, quæ distincte potius sint explicanda. Sed breui hac de re plenius. Nunc enim pluribus non licuit. Interea velim ut quoties ad D Monanium nostrum, aut summum illum virum scribes, utrumque memineris meo nomine reuerenter salutare, ac etiam rogare meo nomine, ut mei magis ac magis in precatibus illis suis meminerint. Accidit enim mihi ipso die Pentecostes, veteris nostri Calendarij, suggestum mox conscensuro et Cœnam Domini celebraturo, repentina Vertigo, cum quodam totius corporis horrore, qui me domum reuerti et lectum petere coegit. Etsi vero

paulo

paulo post oborto sudore valde sum recreatus, nihilominus tamen sen-
persant adhuc illius affectus reliquiae, quibus ab omni intensiore studio
prohibeor. Heri nihilominus lectionem habui satis alacriter, & brevi,
sicuti spero, quod de praedestinatione dictare coeperam, absolutum acci-
pies. Quod si a summo illo viro & amicissimo nostro interea potueris
impetrare illam mihi eiusdem argumenti tabellam saepius promissam
pergratum mihi feceris. Bene vale mi suavissime frater. Genevae
18 Junij 1595. Epistolium his literis inclusum, sicut postulasti ad te remisi.

Tuus Beza.

Reverendo & doctissimo Viro D. Francisco
Virlingo docenti Evangelium Jesu Christi
in Ecclesia Vratislaviensi ad Mariae Magdal.
amico & fratri suo in Christo carissimo.

S. P. Reverende & doctissime Vir, amice in Christo colende. Cum vera
gloria sit testimonium bonae conscientiae, & approbatio bonorum, qui recte
de rebus iudicant: fateor mihi gratam fuisse in literis tuis non modo sig-
nificationem tuae erga me benevolentiae de qua me saepe antehac confirmavit
Vir opt. & integerrimus D. Jac. M. noster: sed etiam commemorationem illam
de tuo & aliorum honesto judicio, de editis a me nonnullis reliquiis Viteber-
gianarum & Philippicarum scholarum, quae etsi ad splendorem & ostentationem
comparatae

comparata non sunt: tamen propter doctrinae soliditatem & sermonis puritatem, adeoq. etiam simplicitatem inimitabilem, merito commendan- tur juventuti; hoc praesertim tempore, quo Sophista tanquam lolium infelix & steriles avenae in agro Ecclesiae dominantur: Quorum scripta quid aliud sunt, quam βροτολοιγοο ἔγιο χερεὸν λελαχυα, ut est in versu Empedoclis. Spero autem te vidisse & laborem illum quantumcunq. quem annis superioribus sumpsi in optimo flore & succo doctrinae Melanthonianae colligendo ex scriptis ab ipso editis, addendisq. varijs, declarationis causa scholijs, quibus & summam sententiae Domini Philippi inculcare juventuti, & totum opus studui illustrare & cum Philippi- cis conferre aliorum orthodoxorum sententias & de controversijs nonnul- lis viam aperire studiosis ad salutarem Ecclesiarum consensum atque con- cordiam constituendam. In eo labore cum & meam confessionem com- plexus sim de omnibus partibus doctrinae christianae: confido vos te & alios candide judicantes facile intelligere, quae mea fuerit προαιρε. oro perpetua in conservando & propagando praeclaro deposito doctrinae Melanthonicae, quam nunc Harmostae novi ijs ipsis in locis, ubi Beata illa anima tot annis fidelissime docuit, ne ferre quidem amplius possunt. O miseram nostro posteritatem, si So- phistae

phistæ illi qui nunc in Academijs regnant, excussis e discentium mani
bus salutarrimis doctrinæ philippicæ monumentis, tricis suis inuoluere
juuentutem pergant, puritas & doctrinæ sinceritatem corrumpunt &
nouum sermonis genus in Ecclesiam inuehunt, quod meræ tenebræ se-
quentur, mihi tamen suam, aliquibus in locis Deus ipse seruet, ut olim
Israelitæ luce fruebantur, oppressis mole tenebrarum Aegyptijs.
Gaudeo uero in Silesia vestra & te & plerosque forte alios amare &
magnifacere Melanthoniana, Et de statu Ecclesiarum vestrarum lu
bislauiensium & vicinarum cognoscere aliquando ex tuis literis cu-
pio, quæ spem mihi afferant de luce doctrinæ orthodoxæ apud vos
seruanda. Equidem in tantis furoribus hostium veritatis, cum
mea confessio nota sit, & aliquoties aduersarijs à me responsum fue-
rit, malo quod reliquum est ætatis tribuere reliquijs fragmento
rum Philippicorum colligendis quam perpetuo contendere aduersus canes
latrantes, quos tandem compescet Dominus, de cuius gloria & veritate
agitur. Itaq. & rursus Dialecticas scholas philippicas retexui & hor
tante atq. urgente optimo D Mori nostro, si Dominus uolet, in hyemem
futuram Chronicum opus adornabo, cuius editionem & Illustrissimus
princeps Ioach. frid. Dux Brigensis & lign. expetit, & tu ac Vir huma
nissimus

m[i]ssimus D Hermannus φιλολογικώτατος gratum fore ostendit. Uti-
nam vero ad exemplar illud, quod manu sua descripsit is, quem
in tuis literis nominas, hoc ipso de posteritate optime meritus, plura
alia ad manus mihi esse possint, quorum collatione innarer in ope-
ris illius recognitione, ut Cancellarij D Reimanni frater partem ali-
quam suarum Rhapsodiarum liberaliter nobiscum communicavit, cuius
& alteram partem desidero, & ex aliorum scrinijs, si quid in hoc genere
repertum fuerit, communicari mecum opto. In quo & tuam &
aliorum amicorum operam nobis non defuturam esse confido, & ut
eam non gravatim publicae utilitati praestetis, vos oro atque rogo. Bene
& feliciter vale, Vir doctissime, & a me omnia officia verae ami-
citiae expecta, tuamque mihi benevolentiam conserva. Bremae
XII Augusti Iulium 1595

Tui amantissimus
Christoph. Pezelius D.

Clarissimo Viro, doctrina, Virtute & longo rerum
usu, ac Medicae artis peritia praestanti
D Iohanni Hermanno, Philosophiae & Medicinae
Doctori eximio; domino & amico veteri & constanti
perpetua fide & pietate colendo.

Salutem

Salutem in Christo Immanuele & Servatore nostro unico. Clarissime & humanissime Vir, domine & amice perpetua fide & pietate mihi colende.

Qualis viatori, quem per loca devia fessum
Exercet sub sole labor, venientis ab Arcto,
Accidit aestivae jucundus sibilus aurae
Sub cane cum latis flavescit messibus annus:

Talis tua quaedam mihi venit epistola dextra
Constantis non falsa tuae in me mentis imago.

Te niveo doctae donarunt pectore Musae:
Et causas docuere, arcanaque semina rerum
Naturae parientis opes: tibi spiritus almus
Numinis aeterni bona vera indulsit, ut alte
Extollens mentem caelesti luce fruaris.

Vive Deo & Musis doctis Hermanne, mihique
Saepe tuae imperti cupido monumenta Camenae. Hae, cum literas tuas accepissem, hoc ipso anni tempore, quo sole Canis sydus peragrante, Etesiae spirant, in mentem venerunt, clarissime Doctor Hermanne, laetanti atque exultanti animo meo de constanti tua erga me benevolentia, & approbatione qualiumcunque meorum operum, quibus reliquias Melanthonianae doctrinae ad posteritatem conservare studeo.

Etsi enim, ut tu ipse sub finem epistolae tuae scribis, parum gratiae in
mundo experior, ac potius invidiam & odia inde reporto, quod me-
diocri hactenus studio conatus sum propagare & illustrare Melantho-
niana, ut testantur partes nonnullae a me editae argumentorum Theo-
logicorum & scholae meae in Examen Philippicum, & alia quaedam, inter
quae explicationes beatae illius animae in Evangelia dominicalia nu-
mero: tamen ingenue profiteor magnopere me recreari significatione
gravissimi iudicii tui, aliorumque bonorum quibus grata est memoria
nominis & meritorum Philippi Melanthonis, in tanta hostium ipsius
rabie & audacia, qui & scripta eius abolere prorsus tentant, &
genus doctrinae novum invehunt, plenum corruptelis & sophismatis,
& furoribus manifestis. Sed & calcar mihi addiderunt li-
terae tuae ad opus Chronicum D. Philippi adornandum, cuius re-
cognitionem a me flagitavit vir optimus & publicae utilitatis stu-
diosissimus D. Jac. Mon. noster, qui & adminicula mihi ad eam
rem suppeditavit, & patronum invenit, sub cuius nomine feli-
cibus auspiciis in publicum labor ille prodeat, quem φιλοκαλωτάτοις
gratum fore confido, inter quos tu vel praecipuum locum tenes.

Oro autem te

Oro autem te, ut quam hactenus erga me animo tuo fovisti benevolentiam
eam constanter ac perpetuo erga me retineas ac conserves, tui autem ex
eo tempore quo te Witebergae primum colere coepi propter pietatem, erudi-
tionem et artis Medicae praestantiam, et integrum animi tui candorem,
amantissimum, observantissimumque. Cupio etiam ex literis tuis
aliquando cognoscere de familia tua et liberis, quae occasionem mihi
praebeant celebrandae unà tecum bonitatis divinae, quae mihi quidem
exulanti, inter curas, labores, persecutiones multiplices, nunquam defuit:
quaeque me senescentem iam adhuc sustentat, et quaecunque foris eve-
niant (ut jactura peculij mei quod Norimbergae apud affinem deposue-
ram non leviter me excruciat literarum mearum causa) tamen
interiori consolatione me erigit, et fructum illius, quod ad Paulum filius
Dei respondet, sentire me sinit. Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus
mea in tua infirmitate est efficax. Huius protectioni et bene-
dictioni Te tuosque omnes, Vir clarissime, et mihi multis nominibus
dilectissime, intimis animi mei gemitibus commendo. Bene
vale. Bremae XII Aug. Julian. 1595

Qui praestantiam tuam colit et
amat

Christoph. Pezelius D.

Reverendo Theologo, D. Francisco Virlingo,
pastori Ecclesiae Vratislaviensis, bonae
fidei symmystae.

S. Vir clarissime, redit ad vos, suo merito publico testimonio ornatus D. Franciscus: cui ut Dominus Iesus det τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετεῖν τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ toto pectore precor. Quum autem tuae literae spirent Christianam καλοκαγαθίαν καὶ συνέχειαν, & Ecclesiae, cui praees, fidele tuum ministerium; & mihi tuam benevolentiam sincere gratulor. Ut autem sanctus ille Christi servus Melanthon, donec illi in terris militandum fuit, hoc unice a Domino precatus est, ut docentes unum in ipso essent, & συνάφειαν retinentes certarent mutuis ac religiosis officiis: ita nobis hoc tempore, omni collato studio agendum esse censeo. Oremus, & ut in eadem navi positi respiciamus in Navarchum Dominum nostrum Iesum Christum: nam ille nobis dabit per εὐθανασίαν εὐθυδρομεῖν ad optatam εὐθανασίαν. Ille etiam tempestates ita moderabitur, ut spe pertingente ad ea quae sunt intra velum eas possimus superare. Apud nos & in vicinis urbibus Evangelij nominis, mediocris est tranquillitas: quam Satan ideo

minus

nimis turbari potest, quia Dei beneficio tenemus consensum, & eorum
qui τὸ βέβηλον πανταχοῦ tuentur, delitias ipsis relinquimus, con
tenti simplicitate & veritate doctrinae. Theodorus recte se valere
istis diebus scripsit. Magno sane usui est afflictis Hipponensibus suis
quos perinde iuvat ut olim Isaias Hierosolymae cives. Mitto tibi
hospitis mei Conradi Vorstij σύνοψιν, quam me hortante instituit.
Video enim donum διακρίσεως πνευμάτων ipsi datum: & soleo
juniores in Christi schola producere ut possint publice τὸ τοῦ θεοῦ
χάρισμα ἀναζωπυρεῖν. Solatio autem mihi senescenti sunt juve-
nes, qui cum scientia rerum sacrarum animi summissionem coniungen-
tes omnia sua referunt ad gloriam Domini nostri Jesu Christi.
Propitiae Dei providentiae Ecclesiam vestram, te & bonos omnes, quotquot vo-
biscum sunt, toto corde commendo. Basileae. prid. Kal. Aug.

Tuus J. Grynaeus.

20

Eximio Christi servo D. Laurentio Durnhofero
Ecclesiae Christi apud Norimbergenses fido pastori
fratri ac symmystae plurimum observando.

Velim te, charissime frater, de Baltassare nostro securum esse. Defuit tracta
tioni aetatis nonnihil, quod mihi ab ipso annunciari oportuit. Alioqui
habuit hospitem virum pium & bonum, sed senem qui nunc animam
agit, amplius quam octogenarius. Interea certum est mentum idcirco si
non

non obvenisse, quo tertia minimum pars populorum a Pedemontanis usq.
imo ad intima Italiae eo ipso morbo, tertiana videlicet, hac aestate labora
uit, ut popularem fuisse omnino appareat. Sed Dei beneficio nemini apud
nos lethalis fuit. Recte autem fecerint parentes, si Balthasarem monue
rint ut monitoribus obsequatur. Certum enim est multum id ei no
cuisse quod neq. Medico neq. praeceptori paruit. Caeterum spero sic nunc
ei prospectum esse, ut quidem melius hic non possit. Quod si filium huc
miseris, curabo diligenter ne fratris & amici officio videar defuisse. Pensio
nes adhuc paulo sunt cariores propter annorum superiorum sterilitatem.
Sed hinc quoq. curabo ut quantum fieri poterit decidatur. De reb. nris
& Gallicis plurisime ex Threhio nostro cognosces, & spero me anteq. ad
Vos ipse pervenerit, per vestrum tabellarium, & tibi & D Monavio nostro copi
osius scripturum. Testis enim erit mihi Threhius ipse, vix mihi ad
haec exaranda satis temporis concessum fuisse. Cereas candelas quarum
meminit in suis ad me literis D Gabriel noster, nullas adhuc accepit
Pallensis. De D Mollerij commentarijs in psalmos ad me missis magnam
tibi gratiam habeo. liber ille longe suavissimus, meum summum est in omnibus
istis calamitosissimis temporibus consolatio, & incredibiliter me iuvant, quicunq.
in eum erudite scripserunt, etiamsi inter se non per omnia consentiant. usq.

adeo

Usq. adeo in illo praesertim opere mihi uidetur elucere πολυποίκιλος illa Dei nostri sapientia. Amisimus communem illum nostrum parentem D Bullingerum, mi frater. plura nunc quidem prae maerore non possum. Bene vale Vir eximie, & frater obseruande. D Iesus sanet istud in stabilim Ecclesiae suae grauissimum & plane interprofanum valnus, nisi aliter ei visum esset. frangat Satanae conatus & apertam improborum quae Deus exsecantur coniurationem tueatur suorum reliquias: nostri denique mi Creator. Genevae vii Octobris 1575

Tuus, cuius manum agnoscis & ipsum quoque, ut opinor, pectus.

26

EIDEM.

S Toties resipiscentiam professus & toties mentitus Balthasar, tandem plane se deploratum ostendit in tot periurijs, tot denique turpissimis furtis deprehensus ut hinc plane auocari ipsum oporteat, non modo ne alios inficiat, verum etiam ne Magistratui indicatus eas det poenas quas meretur. Fateris autem filius tuus se ab eo semel extra urbem abductum. Ciuibus enim & in urbe commorantibus nullae, absque graui mulcta, cauponae patent. Sed bene me de eo & ipsius studijs sperare iubet Beroaldus, philosophiae professor, apud quem habitat: Disciplinam habemus, Dei beneficio, qua facile possint boni contineri, & mali quoque coerceri, & inspectores non negligentes: sed mire est hodie callida & ad vitium ingeniosa iuuentus. Nos tamen spero, culpam saltem negligentiae

negligentia praestabimus. De rebus Gallicis, tandem multis mensibus
delusi nostri recta Lutetiam contendunt, quod si statim factum esset
praeterquam quod vitata fuisset horrenda regni vastatio, aut ego prorsus fal-
lor, aut pacem quibusuis conditionibus obtinuissemus: de qua nunc plane
despero. Imo etiam valde metuo ne parvo negocio nostrorum copiae dissi-
pentur, omnibus circum urbem oppidis & opere & valido praesidio communitis.
Neque per monitores stetit, quo minus alia consilia caperentur. Sed quid
facias? Fatalia prorsus haec sunt, quorum exitus est nobis in spe
& silentio expectandus. Vos istic quoque polonicis tragoedijs vicini nunc,
vereor ut onus quoque vestrum portetis. Illud me, quod ad gallicas res
attinet, solatur, quod receptis animis passim colliguntur fratrum reliquiae
& restituuntur coetus in medijs istorum leonum furoribus. [Ille] Rex agit
suo more. omnia luxu plena. Denique revixit Heliogabalus, & quidem non
unus. Et cessatura Domini iudicia arbitramur? Plurimi hoc satis
animadvertunt, sed nemo est qui fortiter loquatur, nedum ut quisquam
fortiter agat. parietes affixis libellis loquuntur, sed surdis. Septen-
trionales Africae tempestates fortassis istas polonicas Tragoedias nonnihil
retardabunt. Sin minus, at certe spero fore ut mala tandem consilia
consultoribus cadant pessima. Cupio intelligere an meas acceperitis

cum

cum Theodori Rhetensis libello. Amicos istic omnes velim e[x] me quam officiosissime salutes. Bene vale Vir eximie & observande frater. Geneuae 24 April. 1576.

Tuus Beza.

EIDEM.

29 Mi frater, mitto ad te quibus nuper volui Censorem illum vestrum onerare. & haec munuscula cupio tibi & clarissimis viris ac Dominis mihi plurimum observandis D Herdesiano, & D Camerario non esse ingrata, hominis videlicet vobis amicissimi μνημόσυνα. De tuo filio, mihi ad te scriptum mihi ab eo nuper exhibitum, non tam malum quam quod est postea sequutum. Perdifficile est aedificium instaurare, cuius mala sunt iacta fundamenta. Urgebo quantum potero istud opus, & quid mihi sperandum esse videatur, plene & integre tibi statim exponam. Interea quieto, nihil esse nimium anxius. Nec enim despero, & ut aliquando non succedant quod instituimus, sunt tamen etiam in terris in domo Domini mansiones multae. Quod ad illos novos Papas attinet, sanabunt mirum si poterunt Bestiae vulnus. Ego pridem cum bestia. At mihi non quidem est ista non tantum aspicere, sed etiam perspicere. Verum quid facias? perstemus culpam. Nos autem qui sumus ut tam iusta Domini iudicia impediamus? Quod si nos non ferat mundus, age, pereat ipse, Nos autem ad eum properemus qui saluator est & iam est mundi iudex & suorum vindex. Bene vale Geneuae XX Sept. 1576

Tuus Beza

EIDEM.

S Undiq. tristia cogor nunciare, mi frater. Sed bene est quod eos q[uos]
qui lugent Dominus beatos pronunciat. Quod Heidelbergae sit conte-
ctum tanti principis obitum, nondum audimus: Sed nihil nisi gra-
uissimum possumus ominarj, quamuis prudentissimum principem non du-
bito quantum potuit, malis quae facile prospicere potuit, occurrisse. Quod
uero judicium Germaniae impendeat, isto principe sublato, tempus patefa-
ciet. In Gallia reconciliatj sunt fratres, proditorum opera. neq. id
ego aegre tulerim, imo potius Gallis gratulatus fuerim, nisi metuerem
aduersus Christum initam concordiam. Comitia Statuum aduersum
nos manifestissime comparata urgent Aduersarij quantum possunt:
nostri prout possunt intercedunt. Inde quid aliud q[ua]m renouatio calami-
tatum secuturum sit non uideo. Et ita semper futurum praedixi, in-
specto edicto. Sed frustra ijs dixi, quibus fatale esse uides seipsos perdere.
In Belgico magis ac magis se prodit incredibilis illius gentis lenitas, &
ad res magnas constituendas ineptum prorsus ingenium. Pauci Hispani
superioribus diebus impetu ex Castello Antwerpiensi facto, nullo pene re-
gnio urbem populosissimam & opulentissimam occuparunt, expilarunt,
incenderunt. Octoginta illorum, totos iam tres menses aduersus Gandauen-
ses pene innumerabiles sese in alio Castro tutantur. Joannes Austriacus

quatuor

gratior tantum comitibus clam per mediam, quod aiunt, Galliam, ipsamq.
Lutetiam dispositis Equis Luxemburgum venit. quem probabile est suj
nominis vel solo terrore quidvis confecturum. Aurantiam ajunt sua
pergere tutarj, istis minime confisum, quod si verum est sapienter fecit.
Nostros Gallos iam de illo suscipiendo bello cogitantes, quum aegre sua
ipsorum teneant, consilium mutaturos non dubito. Venio ad filium
tuum. Eum ego millies admonitum, obiurgatum, increpatum video
in sua contumacia prorsus pergere. Totum mensem consumpsit in
discursationibus, & sphaeristerio, ubi duos mutuo acceptos Coronatos
impendit, & alterum pene oculum amisit, nullam admonitionibus
curisq[ue] locum relinquens, & aperte dicens se studijs valedixisse, quod
etiam tibi scripsisset. Tandem cum de ipsius magistratus ope implo-
randa cogitarem, mira promisit. praescripsi illi studiorum rationem.
obtulit se praeceptor ad privatam etiam lectionem ei impertiendam in
Grammatices rudimentis. Sexto post die ad ingenium redijt. Repre-
hensus a praeceptore simul & hospite dixit se non tuis sumptibus sed ex
maternis bonis vivere, quae vellet pro suo arbitrio administrare, nec posse am-
plius apud illum habitare. Causam cur id vellet roganti mihi, & o[mn]ia
quae ad illam ipsius insaniam retundendam pertinent demonstranti, Ego
inquit, mei iuris esse nolo, nec volo domi continerj, & isti disciplinae subijci

Atq. de sinceritate nostra queri nullo modo potest, quae intra sola verba
adhuc constitit. Vocatus à rectore scholae hodie ad nostrum Collegium,
& rogatus quid tandem statuisset, Ego inquit scripsi ad patrem velle
me quidem literis operam dare, sed ita ut extra Collegium, & istam arcta[m]
disciplinam vivam. nec amplius ab eo quicquam impetrare potuimus. Vsi
hic essemus fortasse castigatione scholastica, qualem ista indomita con-
tumacia requirit, sed veriti ne ex stulto sic euaderet insanus, potius
tibi scribendum putauimus ut illum ad te reuocatum sic habeas, ut
decere & expedire iudicaueris. Cum haec tibi acerba futura sint
satis prospicio: & me quoq. male habet quod tibi in hac re praestare
quod volui & studui non potui. Sed sapientis est vnam, ut ait ille,
Culpam praestare: neq. ignoras praestantissimis viris, ipsisq. adeo hero-
ibus idem nimirum saepe accidisse. Fieri etiam potest, ut qui ad
literas minus aptus est, ad alia non sit ineptus futurus: & dissolutam
iuuentutem alia interdum aetas melior excipit. Sifridus prorsus alius
est, quod cupio D Hardesiano significari, quem etiam cupio ex me, ut
& D Camerarium officiosissime salutari. Eram & ornatissimo Viro
D Cratoni, & D Monawio nostro scripturus si ullo modo licuisset. Quod
nunc non possum, prima quaq. occasione faciam. Bene vale vir eximie
& plurimum obseruande pater. D Iesus filius Dei aeternus suam

exerat

exerat potentiam in tantis calamitatibus: & ex tenebris lucem eruat.
Genevae. 4 Decemb. 1576 — Tuus Beza.

EIDEM.

31. S. Heri postremas tuas accepi. Spero meas quoq. nunc tibi redditas, quibus & de filij indomita contumacia & de rebus gallicis copiose ad te scripsi. Cura porro nunc confecta esse ijs de filio, diligenter a nobis curabuntur. & ut valde doleo in te quoq. comprobari, Heronum filij noxer: ita gaudeo quod tute tibi veram consolationem suggeras. In Gallia procedere incipiunt, non totius Galliae, sed Carolyarum status, qui tamen adhuc bona dant verba, sed res ipsa paulatim gliscunt in peius. Sed bene est, quod sub cruce demum reddimur nove capiti nostro σύμμορφοι, ut sic quoq. in ipsius gloriam introëamus. Heri demum sub vesperam accepi D Monanij nostri literas, quibus respondere hoc momento non licet, vestro tabellario iam iam equum conscensuro. Velim tamen hoc illi nos te significari. Nostrum illum gaudeo faucibus Leonum ereptum. Tuum illorum quos exhibe multiplos sui his, nullam nisi edidisses, ac praesertim de P. significes, an sit in illorum numero. Utinam thesauros, quibus isti plane indigni fuerunt, aut nos aut Gallia nostra frui possit: quod ab ipsis cuperem intelligi. Amicos omnes rogo ut ex me officiosissime salvere iubeas. G. bene mane. 19 Decemb. 1576: q die apud Drusiluy ante annos quatuordecim praeliatum fuit.

Tuus is, cuius manum agnoscis

EIDEM.

S Redit ad te filius, cui velim tibi persuadeas nihil hic praeter me-
liorem mentem defuisse. Eam uero etsi sola Dei benignitas largitur: tamen
excusandi non sunt, qui ea carent, praesertim si oblatam neglexerunt. Sed
tamen quod ultro facturum te pro tua prudentia scio, id ipsum suadeo, nem-
pe ut modum hic quoque teneas, ne inclinatus paries prorsus ruat. Sed
quorsum haec ego apud te tam sapientem virum, & quidem patrem? Uti-
nam uero saltem sit Epimetheus, & quod se facturum discedens promisit,
suis saltem damnis sapiat. Is quem audio nunc primum cum eo dis-
cedere, multo etiam magis fuit refractarius, nec parum filio tuo nocuit
malo exemplo, a cuius consuetudine nullis monitis revocari potuit.
Cum istos iuventutis mores, ac praesertim hanc indomitam contumaciam
considero, quo morbo nos hic quoque valde laboramus, quamuis neque dis-
ciplina neque magistratus ipsius studium, neque plurima divinorum iudicio-
rum exempla nobis desint, quae sedulo inculcamus: videor mihi fu-
tatem mundi ruentis destructionem pene inevitabilem ipsis oculis iam spec-
tare. Faxit autem Dominus, ut culpam saltem negligentiae & malae
conscientiae, ipsius bonitate freti, effugiamus: & eum precemur ut prius
nos ex hoc seculo malo eripiat: vel si haec quoque nobis tam horrenda
iudicia, sicut olim divinissimis illis viris, Danieli, Ieremiae, Ezechieli,
spectanda sunt.

spectanda sunt: nos tamen cum malis non consumamur. D. Mollerum gaudeo istis carnificibus, a quibus principes inflammantur, & ad res plane iniquissimas vel patrandas vel permittendas accenduntur, exemptum. de cuius subductione qui tam subtiliter disputant, rectius certe fecerint, si illorum saevitiem cum tanta impudentia coniunctam accusent, quos nihil pudet innocentissimorum etiam hominum fide per vim extorta ad exercendam & saginandam suam barbariem abuti. Tres reliquos postea quoque liberatos gaudeo, inter quos utinam sit etiam optimus noster Peucerus. Quod ad Gallicas res attinet, omnia video magis ac magis in deterius ruere, ut pene iam desperare incipiam. Tres amplissimas Europae civitates hoc anno terribile Dei iudicium sunt expertae: Venetijs peste pene funditus exhaustis, Mediolano eadem contagione maxima iam ex parte vastato, Antverpia denique horribilem cladem experta. Mirum mi Lutetia cruentissima illa Babylon huius quoque terribilis sit irae divinae spectaculo. Affirmatur pro certo X huius mensis status belgicos cum Austrio aequis conditionibus, utinam satis firmis transegisse. De ea re si quid plenius accepero, statim ad te scribam. Bene vale mi carissime frater, una cum ornatissimo viro D. Hardesiano, itemque D. Camerario utroque & D. Gabriele nostro, quos ex me officiosissime salutes velim. Genevae. XXVII Decemb. 1576

De Palatinatus ecclesijs non desinimus Deus vnolles precari. Tuus, cuius manum agnoscis.

EIDEM

S. Spero iampridem ad te rediisse filium, & meas tibi redditas lras. Ab eo tempore multa tristia in Gallia evenerunt, quae tam fuerint duntaxat praefationes inauditarum calamitatum, nisi Dominus ipse extra ordinem remedium his malis afferat, quale plerumque rebus desperatis solet. Res autem ipsas malo abs te a D Wenceslao nostro, Viro optimo, certaeque fidei cui ex meis lris cognoscere. Idem dictum & scriptum ornatissimo Viro D Hardesiano velim, cuius affinis ita se gerit Dei beneficio, ut singulare sit modestiae & probitatis exemplum. Rogo etiam clarissimos Viros D Camerarium utrumque, quorum istic esse audio, & D Gabrielem nrum, ut quod ex ipso Wenceslao audient, tanquam a me scriptum accipiant, neque meam in ipsos observantiam ex literarum numero metiantur. Sunt dies mali: & meum nomen sic video multis esse invisum, ut eo nonnulli ad invadendos bonos facile abutantur. Deus ad quem provoco iudex designando inter illos maledicos & me sedebit: quem tamen precor ex animo ut illis, caecisque eorum oculos mentis aperiat. Audio valde incerta de praestantissimis illis Viris tandem liberatis, quod utinam verum sit, & assiduas meas preces à Domino exauditas esse comperiam. Sed de D Peucero inprimis laboro. Tu me si potes, ista cura liberato. Bene Vale mi cariss. frater. Agedum speremus in eo qui iterum nos liberabit, cum nos prorsus perditos perditus hic mundus somniabit. Genevae XX Ian. anno ultimi temporis 1577

Tuus Beza

EIDEM.

263
34

Mi frater, Versor in magna molestia, in quâ operam tuam requiro. Quidam vestrae gentis princeps non infimus, eius videlicet filius, quem consueverat Philippus vocare Macedonem, non ita pridem locutus est cum Londonensi legato quaedam prorsus ἀνάξια, quo rum etiam me testem & delatorem, ut audio, nominavit. Quid hoc rei sit miranti & cogitanti mihi tandem in mentem venit, quasdam ad te fuisse à me scriptas literas, quae postea fortassis emanarint, & ut ista augeri referendo solent, occasionem istorum sermonum illi praebuerint. Non ignoras autem quae mea & multorum aliorum intersit ut hac suspicione caream. Nec enim dubito quin ad ipsum Londonensem haec statim deferantur, unde multa mala oriri possunt. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, & per mutuam nostram coniunctionem obtestor, primum ut vel ipsas literas meas si forte asservasti; vel quicquid iis de rebus scripsi si forte meministi, ad me quamprimum istorum aliquem nuntium nactus, mittas. Deinde, ut si forte quidpiam eius modi ad amicos per te vel per alium emanarit, des operam ne hoc malum latius serpat, & ad me quicquid istud est perscribas: quâ re nihil nunc quidem mihi facere gratius potes. De Gallia gliscunt omnia in peius: nec vereor desperationi fore omnium hostium conspiratio, aut maior rabies adversus Dominum. Nunciatur in Belgio pacem abruptam Statuum cum Austriaco. Fremit Satan: sed vincet Dominus Deus noster, qui suos novit. Bene vale. Eleutheropoli. 29 Ianuar. 157[?]

EIDEM

Tuus Nezekius

S Miror me nihil prorsus abs te literarum accepisse, ex quo filius a nobis tuus discessit. Res gallicae in peius glisc[u]nt quotidie, obstinatis in nostrum exitium hostium animis, & tamen adhuc suspensis propter inopiam pecuniae, aeris alieni summam pene incredibilem quae a creditoribus flagitatur, & plurimas peropportune trans ligerim & urbes & arces, itaque sine caede, nostris paratibus ad jnnitas. Nunc igitur toti in eo sunt, ut vel suis artibus Danuillanum precipue a nobis abducant, vel minis perterrefaciant, vel quocunque modo è medio tollant. Idem in Navarreno & Condensi tentaturos non dubium jmo iam tentare, missis redemptorum illorum comitiorum nomine legatis. Cis ligerim omnes Ecclesiae sunt dissipatae, pastoribus tamen plerisque salvis. Rogandus, si unquam alias, Dominus, ut nunc exurgat, & dissipentur ipsius inimici. Scelerum certe & flagitiorum horrendorum nullus est in illo nunc regno modus. Caeterum, mi frater, quod jam ante tibi (literis tamen sero fortasse ad te pervenientibus) significavi, rursus significo, quendam vestrae gentis non infimum principi porro roganti quaedam per legatos Condensi inter caetera respondisse quaedam atrocissima, quorum auctorem regibus meum nomen edidit. Ego de huiusmodi rebus nihil ad quemquam scripsisse me recordor, nisi forte liberius ad te nonnulla. Quantopere autem mea & multorum aliorum istud intersit

satis ipse

satis ipse per te conjicere potes. Itaq. vehementer abs te etiam atq. etiam peto, ut primo quoq. tempore, quid ad te scripserim, quid inde ad quem emanare potuerit mihi plane & aperte significes, & si quid potes huic malo medearis: quia ve mihi nihil gratias hoc quidem tempore feceris. D Herdesianum, D Camerarium, D Gabrielem, rogo etiam atq. etiam ut ex me quam officiosissime salutes. Rogo te rursum, mi frater, ut, si potes, hac me solicitudine liberes, measq. illas literas, si forte asservasti, aut ipse igni tradas, aut ad me tuto remittas. Genevae. 6 februarij 1577.

Tuus ille, cuius manum & pectus nosse te opinor.

36

EIDEM.

Spero tibi binas meas literas, redditas, aut etiam ternas, ex quo Wenceslaus noster cum suo Barone istuc pervenit. Heri multa nocte tuas accepi, pridie huius mensis datas, una cum D Cratonis ad me & alios inclusis eodem fasciculo literis. Hac autem ad te prima luce scribo, admonitus tabellarium jam esse in procinctu, quae res prohibet me D Cratoni nunc quidem respondere, quod primo quoq. tempore faciam: et eadem etiam opera plenius de misera Galliae rebus ad te scribam. Caeterum quid a te binis literis petij, rursum a te peto, teq. vehementer rogo ut importunitati meae condones, si quid a me peccatum. Magnopere enim mea interest ut quid hoc rei sit intelligam, quod aiunt a me in Curtonsem & Navarrenum

rerum in Germaniam scriptum. Rogo te igitur si potes (te enim
unum esse puto, ad quem liberius, neque tamen ista quae feruntur,
scribere me de his rebus memini) ut hac me sollicitudine liberes. Bene
vale mi observande frater. Gratulor D Widebramo liberationem, eique
ut & D Herdessiano & DD Camerarijs fratribus & D Mauritio, itemque
D Gabrieli, faustu, prosperaque omnia ex animo precor. Geneuae 12 feb 1577

EIDEM — Trans, cinque mannum agnoscas.

37.

S. Literae tuae datae pridie Cal. Martij heri mihi sunt redditae, de quibus
magnam tibi gratiam habeo. De fide & prudentia tua nunquam dubitavi. Sed ve-
rebar ne quis fortasse male intellecta male retulisset. Expecto Macedonis ipsiusque
literas, ex quibus quid hoc tandem rei sit intellecturum me spero. De rebus
Gallicis nunquam tanta efferbuit rabies. Cis ligerim clausa nostrorum templa
omnia, & severe omni vero dei cultu interdictum, iussis interea omnibus domi
quieti extra omne periculum capitis & bonorum manere. Sed quis istis merito
fidat? & quorsum nobis vitam, si Deum colere non licet? Interea certum
est pharaonem ipsam pene animam debere, centum videlicet & aliquot praeterea
milliones, fractam laboribus magnam Catholicae Romanae ~~Eccle~~ Gallicae nobili-
tatis partem, omnes populi ordines, exceptis aliquot praecipuis urbibus quae ex
aliarum ruinis crescunt, pene ad egestatem redactos, magnam regni partem

à nostris

a nostris trans Ligerim teneri, & tamen isti nihil praeter arma crepant, para-
tiores potius quam non dico in regnum Coelorum ingredi, sed pati ut alij ingre-
diantur. Itaque parant iam sese ad Charitatis oppidi obsidionem, cui affi-
nis quidam meus praefectus est, fortium multorum nobilium non contemnendo
numero stipatus, ut non facile expugnatum iri censeam. Regem ipsum
aiunt Pictauis copias suas adversus Navarrenum & Condensem coacturum.
Alenconium autem, a quo tam turpiter decepti sumus, ad Occitanos oppug-
nandos venturum. Sed qui statum Galliae & rei nummariae nullam pror-
sus facultatem Regijs esse norunt, existimant abitura haec omnia in
fumum, quamuis Confoederatio, quam Sanctam vocant, diris plane votis con-
cepta, ab ipso Rege, non modo apud Nobiles, sed etiam apud urbium cives,
summa contentione urgeatur. Nostris interea minime labascit animus,
& tum a Navarreno tum Condensi, tum a Danvillano prudentissime
simul & fortissime responsum est legatis Statuum nomine missis, quos ille
ne audire quidem quasi a Statibus missos voluerunt. Sed audi fa-
cinus pene incredibile. XIX superioris mensis quum nostri detexissent
Danvillani defectionem, pleraque Occitaniae urbes praesidio a se imposito
exarmatis Catholicis omnibus, communierunt, ipsamque Danvillani uxorem
manere apud se iusserunt. Quod si non vanus fuit ille metus, accidit
certe, quod nunquam veritus essem, ne surdum parietem clare cecinisset ille

plane

plane nunc mihi eripi potuit. Nunciatur quoque nobis pro certo eodem die Con-
densem in Venatione a quodam sicario ictu sclopeti petitum mirabiliter
euasisse, equo duntaxat ex itinere interfecto. Sicarium tamen illum
ceteris equi beneficio euasisse. Vides qua ratione Satan nos debellari
posse confidat, et quam strenuos seruos in mundo inueniat. Sed viuit Dominus
Deus noster, qui suorum neminem perire patietur. Ista nunc habui
de quibus ad te scriberem, amicis quibus videbitur communicanda,
ut suas cum nostris preces coniungant. Edidi nonnulla quae ex
nundinis francofurto accipies. Scripsi ad te de cereis candelis illis
insolitis ad me mittendis, sed ea conditione ut precium hic persoluam.
Bene vale mi Domine et charissime frater. Saluta quaeso meo
nomine reuerendum virum collegam tuum, itemque lectissimum illud par
Camerariorum fratrum et D. Gabrielem, quorum precibus ministerium
meum commendo. Geneuae 12 Martij 1577 Tuus Beza

Quod ad D. Wildebrannum fratrem mihi obseruandum, et Valerios fratres
attinet, indignissime habitos, et eam mercedem referentes quam solet
ingratus et perditus mundus pietati caeterisque virtutibus persoluere:
Utinam ego tam illos possem consilio aut quouis alio modo in hac cala
mitate sublevare, quam id libenter fecerim. Sed quis sit Galliarum status
vides.

Bucerum olim & alios maximos viros Angliæ in calamitate & causa non dissimili excepit, & nunc quoque plurimi nostræ gentis hocce humanissimam illam gentem experiuntur. Aiunt quoque inter Belgicas pacis conditiones cautum esse ut pijs suos cœtus habere in Holandia & Selandiæ insulis liceat: & Aurij jam antea de erigendis scholis in medio bello cogitavit. Quid si igitur tentaretur illius principis animus? Monebo igitur Marnixium & Taffinum, quos audio non parum, ac merito quidem, apud illum principem valere, & qui mihi jampridem sunt amicissimi, ut tam præclaram ornandæ suæ patriæ occasionem non prætermittant. Anspellanorum quoque animos tentabo, qui anno superiore de docto viro et altero inveniendo laborabant. Interea cupio viros optimos meo nomine reverenter salutari, & a me excusare quemquam possunt effici ab hac tenuitate mea profisci. Iterum vale.

EIDEM

38

Mi Dornhoffere: Cum his literis accipies aliquot exemplaria utriusque valkeij nostri scriptiuncula, quæ sic velim per te amicis & Dominis meis plurimum observandis distribui. Tibi utriusque unum exemplar. Item D. Herdesiano. Item, utriusque dno Camerario. Reliqua bina velim cum literis Vratislaviam abs te mitti. Condona hoc amicitiæ meæ. De Coloniæ nuncijs tertius ad te scripsi, per vestrum tabellarium. Bene vale. Genevæ 13 Martij 1577

Tuus Beza

Editus hic quoque est tractatus de Ecclesia accurate scriptus meo iudicio, ab

ab optimo & mihi amicissimo homine, cuius tolitam exploria simul accipes

EIDEM.

Sit igitur nunc quoque haec hora potestatis tenebrarum, sed Domini Dei nostri imperio ac voluntate definita. Est autem & erit mihi, sicuti spero est, innocentia tua sit apud Dominum commendata, ut dies & noctes non sim destiturus eum interpellare, donec quem exitum ista non tam tibi quam ipsi Christo mota controversia habuerit intelligam. Sive autem nunc obtinuerint spiritus erroris, quod absit, sive potius illum, quod spero & opto, compescuerit Dominus, erit nobis de quo gaudeamus, quandoquidem maximum etiam Dei donum est, quum nobis datum, ut non modo credamus, sed ut etiam pro ipsius nomine patiamur. Nos quidem hic habemus ad huc pacem, & cumulatissime profecto nobis Dominus intus benedicit, sed foris video in nos comparari, quae si forte velit Dominus adversarijs & veritatis & huius civitatis ex animi sententia succedere, ultima quoque nobis sint experienda, adeo quidem ut ne de martyrij quidem palma desperem, ipsius bonitate ac benignitate fretus. De me autem & ijs omnibus qui in me sita esse Dominus voluit, si sabire te quoque exilij miseriam, perinde ut de tuis ipsius statuas velim. Optimum virum de quo scribis tam duriter tractari summopere doleo, quem utinam sublevare aliquo saltem modo. περὶ ἐξορκισμῶν scribam ad te plenius

Nam hac ipsa hora literas tuas accepi, datas ad diem superioris mensis 27. Prioribus autem tuis antea respondi, & tibi gratias egi quod magna me cura liberaris. Bene vale mi observande frater, & forti animo esto. D. Herdesianum & beatum illud per fratrum regis et ex me Confessio sitibus salutis. De Gallia, incredibilis ubiq. perfidia. Nostros tamen video fortiter à Deo pendere, & hostes magis ac magis vertiginis spiritu inebriari. Eleutheropoli. 9 April. 1577.

Tuus is quem nosti

40

EIDEM.

S. De causa, non tam tua quam ipsius Christi apud vos exitu, valde sum, mi frater, solicitus, & tui privatim causa, & quod magni apud vos momenti futurum hoc iudicium arbitror. Illud me tamen recreat quod ab eo tempore quo te scribebas de defensione cogitare, nihil scripseris. Utcunq. sit, causa est Domini. Ergo excidere illa non potes apud eius tribunal, à quo nulla est provocatio. De Exorcismo, gaudeo tibi in mentem venisse cogitationem de foeda ista corruptela detegenda simul & detergenda, quod tamen difficiliter obtinebis apud eos qui minime omnium doceri se patiuntur. Quid mihi porrò ea de re videatur, paucis in chartula annotavi. De Gallicis [illegible] nunquam, crede mihi, magis laborarunt. Alenzonius usque adeo à nobis alienatus, ut etiam sit fratris adversum nos legatus, & Caritatis oppido, quod unum ad Ligerim obtinebamus, deditione recepto, nunc

in

Alvernia bellum gerat. Danvillanus incredibili perfidia Occitanas Ecclesias quibus potest viribus oppugnat, nec solus est illius proditionis & defectionis reus. De Navarreo & Condeo nihil jam pridem audio. Quid sit tandem secuturum, novit Dominus Deus noster, cui vivimus & morimur. Quod ad nos privatim attinet, multos audimus rumores de praedonibus illis Hispanis advententibus, quasi mox simus ab ipsis funditus evertendi. Pergimus tamen interea, Dei beneficio, & ad omnia perferenda quotidie nos comparamus. Quae de Cadmeis fratribus illis D Herdesianus nuper Tigurum ad D Gualtherum nostrum scripsit, magnam mihi spem faciunt futurum ut malum consilium malis consultoribus pessimum fuisse tandem aliquando audiamus. Velim autem illum, itemque D Camerarios fratres, & D Gabrielem nostrum ac inprimis collegam illum tuum & me diligentem abs te salutari. Cereas candelas rogo ut istic mihi emas, sed addito earum precio, & iunctis litteris. Bene vale vir eximie & charissime frater. Genevae. 21 May 1577. Tuus Beza

EIDEM

41

S. Misit ad me nuper D Gualtherus noster, quas tu ad illum scripsisti, quae quidem tantum abest, ut meam de te anxiam sollicitudinem levarint, ut etiam non parum auxerint. Itaque rogo ut quoties licebit facias nos earum rerum certiores, de quibus nos plurimum laborare non ignoras. In Gallijs

pergit

pergit magis ac magis Satanae rabies, cum tamen non omnia succedunt ex
animi sententia. Nam & in Occitania fortiter hostibus resistitur, & Rupellae
regia classis est profligata, & Dux Alenconii Guisij frater, magnam exercitus
partem, quem terra ducebat, amisisse fertur. Condensem quoq. in Angliam
traiecisse affirmant, quod si verum est, arbitror brevi futurum ut isti regsa
experiantur mala consilia malis percipue consultoribus esse pessima. Ecclesiae
cis Ligerim omnes disiectae quidem sunt ista tempestate, oppressae non
nequaquam, sed potius, ut spero, sub cruce triumphatura. Issoriam nobile
Arvernicae oppidum, post aliquot dierum expugnationem, Alenconius, quamvis
cives sese illius clementiae dedidissent, tanta crudelitate diripuit, incendit,
solo aequavit, ut eius vestigia vix supersint. Sic nimirum decet ut isti
suam & patrum suorum mensuram impleant. Quod utinam haec tem-
pestas intra patriae meae fines consistat, neq. vicinas quoq. regiones in-
vadat. Haec demum nunc habui de quibus ad te scriberem, Deum pre-
cans, ut suorum misertus, spiritum illorum arrois compescat, & bonorum
saltem reliquias conservet. Bene vale. Christopoli. 22 Jul. 1577

Tuus ille, cuius manum
agnoscas

Amicos omnes tuos ex me salutari, & D. Gabrielem rogo, ut ad me aliquot me
dierum Cenarum insultationum libros ad me quamprimum ante hyemem mittat

EIDEM.

Deus bone, eo usq. amentiae & stuporis devenire posse quemquam. Nam
quod ad improbitatem attinet, tam sceleratos esse posse homines non miror.
Haec est certe iustissima contempti Evangelij merces, quo crimine nulli ma-
gis tenentur quam nostri huius miserrimi seculi pharisei & Scribae, quibus
nimirum deerat iste Caiphas, qui congregatis illis Christum iterum Pi-
lato cruci figendum traderet. Quid nos vero? nempe flendum nobis
& lugendum est, ut beati simus, & consolationem promissam recipiamus.
Ad miseram quidem Galliam quod attinet, significo tibi res eo esse re-
dactas ut Ecclesiarum reliquiae unico tamen Dei nostri brachio nitantur.
Quod si etiam intelligeres quibus artibus & per quos ista sint procurata,
& a quibus scelus istud omne administretur, tum vero fatereris nihil
unquam simile auditum. Vos igitur viritim pro nobis precamini. Quin enim
ad nos usq. perventurum sit hoc malum, ambigi non potest, & jam
pridem ipse me quoq. ad quidvis perferendum, Dei mei beneficio fretus,
comparavi. Attollamus ergo capita nostra ad illum nostrum ago-
nothetam, eos demum praenunciantem victores, quos insanus hic mun-
dus pro victis habet. Bene vale vir eximie, & plurimum observande
frater, cum bonis omnibus. Genevae, 10 Septem. 1577.

Tuus Beza

EIDEM.

275 43.

Quod tu sapienter et opportune faciendum censes, mi frater, "in" id utinam toti ardentibus animis incumbamus. Etenim cum irritae esse non possint credentium & rite invocantium preces, aut hac demum ratione Spiritus hic regnum abigetur, aut saltem obtinebimus, ne in hoc horribili Dei iudicio comprehendamur. Mompelgardenses (quod de ipsis non expectabam) nullo negocio subscripserunt libello, cuius ne apicem quidem viderunt. Tres tantum inventi qui intercederent, sed frustra, quamvis inter principis officiarios quos vocant praecipui. Ex viginti septem illius comitatus ministris, quinque duntaxat libri legendi & expendendi copiam sibi fieri postularunt, quibus fortasse exhibebitur ad Calendas graecas. Caeteri obiter ipsis recitato libello, etiam cum applausu subscripserunt, nullius pretii homines, & vere Iasepeo digni. Idem audio aperte moliri apud vicinos Basilienses Sulcerum & Cocium, & fortassis aliquid apud eos obtinebunt, quos iampridem fascinarunt. Vix quoque operam luserit apud Argentinenses Osiander, patre dignus filius, adiutorem praesertim nactus Marbachium. Erit igitur tempore horribilis est haec tyrannis, & quae Papisticam ipsam iustificet. Sumus enim, etiam si inauditi, ac certe non invocati a Tubingensi Conciliabulo damnati: & istos miraretur non agitare saltem quod ipsi toties a Carolo Caesare postularint, & Romanus

Romanis pontificibus obiecerint, nisi eos constaret omnem iam pudorem deposuisse, & εἰς νοῦν ἀδόκιμον manifeste traditos: quo est ipsa eorum mores, qui veritatem Dei, etiam in Evangelio patefactam tot iam annis in iniustitia detinuerunt. At nos istis saltem exemplis instructi fortiter pergamus, donec has etiam nubilas dies Domini discutiat. Cogitanti certe mihi quanto mundi totius beneficio prima illa Hierosolymitana dissipatio cesserit nescio qua spes affulget tale fortasse quidpiam Germaniae eventurum ex ista Palatinatus Ecclesiarum disiectione, & possem non prorsus dissimile exemplum recens commemorare. Utcunque sit, illud saltem bonum ex tantis malis sumus consecuturi, ut οἱ δόκιμοι manifesti fiant, & patiendo vincamus. Quod ad Galliam attinet, pacem factam esse certum est: eamque non prorsus iniquam, si modo firma fuerit. Conditiones ubi certas accepero, id est ipsius pacis edictum, faciam ut ad te perveniat. Legis copiae Ducis Guisio coguntur in Lotharingiae finibus, fortasse ut subsidio sint Austrio. Sic enim nonnulli arbitrantur. Mihi quidem istud valde suspectum est, & Austriaco metuo ne idem quod nobis usu veniat, si Catholicorum fidem exemplo nostro sequatur. Sic filiis lucis fatale est a filiis seculi decipi. Bene vale vir clarissime cum universis bonis, quos velim officiose salutari. Dominus compescat ventos & procellas, Ecclesiarum fidos gubernatores ea qua opus est

opus est perseverantia & animi fortitudine muniat, nos denique aspirante
Veritatis suae vento in portum usque feliciter provehat. Iterum vale. Caete-
rum pretium rogo te etiam atque etiam ut ad scribas. Genevae. 8 Octob. 1577

Tuus Beza

Pestis saevissime grassatur Bernae, & optimos nobis multos iam eripuit. Fertur
idem malum iam quoque nonnullis Sabaudiae locis serpere. Nos adhuc ab eo,
quod nos antea totos annos octo exercuit, immunes sumus, Dei gratia, qui nos
etiam a multorum insidiis aliquoties hoc anno mirabiliter liberavit: cui sit
laus & gloria in aeternum.

EIDEM.

44 Sic ego semper futurum speravi & adhuc spero, non eo usque exarsuram
iram Dei nostri, ut Spiritus iste erroris in Germania Veritatem opprimat. Sed
fieri sic oportuisse, ut qui probi sunt manifesti fiant, & hac occasione tan-
dem aliquando ex his tenebris Veritas emergat. Certe ut de dogmatibus
ipsis nihil dicam, tantae impudentiae & arrogantiae exemplum haud scio an
ullo unquam seculo in Ecclesia exstiterit, & tantos principes miror id saltem
non agitare, quod ipsi Tridentino Conciliabulo obiecerint, in quo tamen ex-
terna illa conventuum Ecclesiasticorum species non est prorsus, ut ab istis
factum est, neglecta. Faxit igitur Dominus Deus noster ut hos tam ma-
nifeste scelerata consilia, istas inquam tam horrendarum tragoediarum παρα-
σκευὰς omnes animadvertant, & prudenter simul ac cordate inhibeant. Scripsi
tibi

tibi iam antea, ni fallor, hunc etiam librum à Luca Osiandro, in ipsius principis adventu, fuisse Mompelgardensibus obtrusum, cui mox ex viginti septem illius Comitatus pastoribus viginti duo, per imprudentiam plerique, subscripserint. Ceteri qui reliqui constanter recusarunt, nec tamen adhuc est quicquam durius in illos constitutum. Oppidanorum postea magistratus quamuis à subscriptione non abhorreret, re tamen diligentius perspecta, & Osiandri mendacio animaduerso, qui nihil nouum aut in ijs Ecclesijs receptae doctrinae repugnans & nullam cuiusque condemnationem eo libro contineri affirmarat, exemplum ipsius libri, sibi gallico idiomate, quo illi (quia non satis pure utuntur) scriptum tradi postularunt, de quo vicinorum, id est Helueticarum & Sabaudicarum Ecclesiarum sententiam percontarentur. Sic itaque ad Senatum etiam nostrum peruenit non quidem liber ipse (hunc enim Mompelgardenses non viderunt) sed eius duntaxat Epitome gallice conuersa, valde tamen verbosa & ineptae sane garrulitatis plena, de qua rogatum nostrum Collegium quid sentiret, perscripsit paucis quid in ea contineatur Helueticae, cui & nos subscripsimus confessioni, vel potius verbo dei repugnans, tum etiam condemnationes nostrarum Ecclesiarum eo libro expressas, & vanissimas in nos contortas calumnias, ac denique ea omnia quae Augustanae Confessionis & Apologiae falsae interpretationis nomine

occultata

occultata adjecerint. Idem facturas reliquas Ecclesias arbitramur, ad quas itidem est liber missus, ut adeundo habeant Mompelgardenses cives quod recusationi suae apud suum principem obtendant. Sed cum ipsius urbis pastores (Utinam tantum imprudenter) libro subscripserint, mirum ni magnae illinc turbae oriantur. Valde vero expediret collegium nostrum vel librum ipsum, vel hanc ipsam Epitomen, non ut est gallice versa, sed ut ab ipsis autoribus seu germanice seu latine haec scripta sunt, tempestive nanciscj, ut una cum scelerato illorum de istis subscriptionibus emendicandis consilio, quod germanice scriptum habemus, ante nundinas, adiecta brevj sed solida & nervosa responsione, ederentur, nisi fortasse prorsus nobis silendum putas. Utcunq. sit, spero non defuturam nobis rationem qua istorum conatus intolerabiles omnibus patefiant. Scriptum autem nostrum si voles latine vertendam, & ad te mittendam mox curabo. Quod ad gallicam pacem attinet, nihil adhuc praeter inanissima verba animadvertere potui. Utinam potius eveniat, quod plurimi metuunt, quam quod paucissimi sperant. Rumor hic sparsus est hesterno die de Aurantio vel caeso, vel intercepto, quod utinam sit falsum. Mihi quidem semper suspectus fuit ipsius in Continentem traiectio, cogitanti quod Amiralio nostro contigerit. Cometen nos hic quoq. illum ipsum vidimus, quem

quem narras: quae signa quamquam suas naturales causas habeant, nunquam tamen temere apparuerunt. Quid enim prohibet quo minus naturalibus etiam signis ad alia magis arcana nobis significanda Dominus ipse naturae utatur. Et certe is est omnium mundi regnorum status, qui ruinam aut insignem ac fatalem conversionem, meo iudicio palam minetur, etiamsi humanis tantum crucibus utamur. Tantum hoc nobis tribuat Dominus ne dormientes deprehendamur. De cereis magnam tibi gratiam habeo: quamquam gratius mihi feristes, si pretium adscripsistes. Caeterum aliquid etiam aliud est, in quo maxime velim te mihi gratificari. Cogito hominum pietate & doctrina illustrium, ac quorundam etiam excellentium principum, qui veram religionem serio, nostris temporibus adiuverunt icones, adiectis brevibus elogiis edere. In iis cum non sit postremo loco recensendus D Ioachimus Camerarius, beatae memoriae, cuius veram ipsius imaginem, eamque pictam potius quam sculptam mihi ab humanissimis ipsius filiis abs te, una cum brevi aliquo natalium, & praecipuarum ipsius vitae actuum descriptione impetrari, & ad me ubi vacabis facies transmitti: quos etiam una cum ornatissimo Viro D Hardesiano & D Gabriele nostro ex me quam officiosissime cupio salutari. Bene vale mi observande frater. D Iesus nostri propter sanctum nomen suum misereatur

miseratur, & hoc nobis tribuat, ut per medias tempestates in illum æternæ tranquillitatis portum provehamur. Genevæ. 3 Decemb. 1577

Tuus is, cuius manum agnoscis & animum tenes

EIDEM.

45.

Mi frater, velim te cognoscere ex meis ad D. Herdesianum literis quiddam in quo nobis opera, consilioq. tuo opus est, quod quidem negotium pluribus hic repetere nolui, ne duplicem tibi molestiam præbeam. De rebus nostris nihil hic novi, præter adventantis, ut aiunt, Hispani famam, & quidem numerosissimo & instructissimo cum exercitu, quod si instet, satis intelligis quantopere vestris precibus nos quoq. egeamus. De rebus Gallicis quotidie magis ac magis apparet non esse pacem factam, sed datas tantum ab hoste inducias, quibus ad instaurandas vires, & nos incautos opprimendos abutatur. Itaq. nihil mali non expectandum. Sed non est cur animum propterea despondeamus, quum in Dño mori certa sit ad veram felicitatem via. Ego tamen sic ista conco-quere non possum, quin incredibiliter excrucier, ut sane nunc quem-admodum neq. mihi neq. amicis vivam. prohibent infinitæ occupationes, quoni-am his nundinis tertiam quæstionum nostrarum partem, & institutam adversus Spitnum illud Satanæ volumen defensionem absolvam. Psalmos quos iampridem absolutos quotidie adhuc recudo, Flacci consilium secu-tus

tris. Urgent Gallicæ Ecclesiæ, ut gallicam Bibliorum interpretationem ac celerem, cuius adhuc triens mihi superest. Opto mihi tantum dari, ut vita à deo opt. max. tribuj, ut hæc inchoata possim absoluere, & aliud quiddam operosius scriptum historicum, de quo nunc non est scribendi locus. Gallicæ omnes Ecclesiæ, seu potius Gallicarum Ecclesiarum reliquiæ proximis februarij Calendis, deo fauente, conuenient in Aquitaniæ oppido, quod Sanctam fidem appellant, tum alijs de rebus, tum de Smidlini impedienda coniuratione dispecturæ, quibus utinam spiritus ille sanctus sancta & salutaria consilia suggerat. Mompelgardenses ciues omnes, intellecta de illius libro sententia Vicinarum Ecclesiarum, summo consensu, sublatis manibus sese in recepta doctrina persistituros iurarunt, neque ex eorum pastorum manibus Cœnam Domini deinceps accepturos, qui illi libro subscripserunt, nisi ab ea subscriptione discedant. Hortatus sum per literas ut constanter quidem, sed prudenter, moderate, Christiane denique se gerant, ne quid ipsorum culpa tumultus accidat, & ut sese potius ad ferendam crucem quam ad alia consilia comparent. Quid sit secuturum, nouit ille, aduersus quem nihil poterit Satanæ rabies. Cereas illas tuas candelas, neque itidem illas de quibus ad me D. Schyrus Selburgius noster scripsit, adhuc accepi: de quibus tamen magnum & illi

& tibi

et tibi gratiam habeo. Scripsi ad te antea de D. Ioachimi Camerarij beatae memoriae icone, quam nancisci cupio ut alijs adiungam. Clariss. Viros ipsius liberos, caeterosq. itidem mihi plurimum observandos amicos velim ut ex me quam officiosissime salutes. Bene vale cum universa familia. Genevae. 13 Januar. 1578: quem annum tibi faustum precor

Tuus Beza

EIDEM

46

Si ego quoq. ex pituita laboro haec ad te scribens, & aetas ipsa me commonefacit serio cogitandum esse de meta brevis & calamitosae huius vitae, brevioris etiam futurae quam ipse naturae cadurae cursus ferat, si consilia ad nos hic opprimendos comparata succedant hostibus ex animi sententia. Nunciatur enim nobis multis ex locis iuratam esse Genevae pernitiem, & quidem intra proximum paschae diem. Sed aderit certo nobis Dominus, quicquid sit nobis eventurum. Tu vero, mi frater, memineris pro nobis precari, ut vel salvi adhuc perstemus, vel fiamus gratum ipsi sacrificium. Audio nostris illis domesticis hostibus non satis succedere consilium de clandestina subscriptione. Vix tamen puto Satanam tam facile abiecturum hoc consilium: & hoc genus daemoniorum ieiunio & precibus oppugnandum puto. Scripseramus aliquid, sed postulatu cuiusdam effectum est, ut supprimi editionem consultius videatur. Respondi tamen Selneccerj libello germanico, & Iacobi Andreae

orationi

orationi, quam tuam opellam ad te mitto, quamquam in ea nihil comperies quod mil-
lies non sit dictum. Magnam tibi gratiam habeo, & quidem inprimis
DD Camerarijs dignis tanto parente filijs pro D Joachimi, piae & sanctae me-
moriae imagine ad me transmissa, quam spero me, si vixero, una cum alijs
editurum. In Gallia aliquot iam locis redintegratum est bellum, qua
de re ubi plura cognovero, certiorem te de omnibus faciam. Bene vale,
vir clarissime, & observande frater, cum D Herdesiano & D Schlusselbergero, ca-
terisque bonis. Dominus vos custodiat ab omni malo. Geneuae. 21 Martij
1578

EIDEM — Theodorus Beza

47.

S Enim non dubito, mi frater, quin aliquis de rebus nostris rumor istuc
quoque fuerit perlatus, unde molestia tibi & amicis oriri potuit, paucis tibi
significare volui, quum iam undique validissimis desperatissimorum hostium
cohortibus essemus circumvallati, & hoc unum superesset ut impetum in
nos intempesta nocte facerent decima huius mensis: ita nobis opportune
patefacta sunt eorum consilia, ut quum universam civitatem in armis esse
intellexissent, & diligenter occlusos omnes aditus, quibus intercipi nos facile
posse sibi persuaserant, pedem referre sint coacti. Longum esset narrare
qua ratione ex intima usque Gallia ad viciniam nostram nocturnis itineribus
pervenerint, & ubi delituerint, quod tamen magna iam ex parte cognovi-
mus: proditorem adhuc nullum in urbe detegere potuimus. Socij Bernen-
ses

ses steterunt etiam in armis, & cum Nemorsio Sabaudi patruele qui totius
coniurationis suasor & instructor habetur, adeoque cum Sabaudo ipso expostu-
lare per literas ceperunt, qui sese fortiter excusant. Et tamen sunt qui
nobis nuncient, quamvis plerique ex militibus sint delapsi: tamen nondum
abiecta de nobis intercipiendis consilia. Itaque adhuc pergimus agere ex-
cubias, nec dum extra periculum sumus. Precamini pro nobis Dominum
ut constantem animum pergat nobis donare, perferendis ijs omnibus quae
de nobis decrevit. Bene Vale, mi frater, cum Domino & amicis summe ob-
servandis, quibus ut tum ut nos quoque commendes. Genevae. 22 April 1578

Tuus Beza

Sigifredum spero me intra unam & alteram hebdomadem missurum ad
eum, de quo antea ad D Herdessianum scripsi

EIDEM.

48
#

S. Hoc ipso momento redditae sunt mihi postremae tuae, vel eo nomine gra-
tissimae, quod me de valetudine tua meliore fecerunt certiorem. Nobis quid
superiori mense acciderit, procul dubio istic quoque cognovistis. Dominus
certe nobis mirabiliter adfuit, praesertim nocte quae inter 9 & 10 mensis
illius intercessit, quae nostrae internecioni fuerat destinata, usque adeo
certis consilijs ut hostes non dubitarent fieri non posse ut elaberemur. Et
tamen effecit Dominus, ut ne tentata quidem irruptione, hostis, qui nos
undique circumcluserat, qua via venerat sit reversus, quod de Senacharibo
Esaias

Esaias Ezechiæ significavit. Aiunt tamen nondum ita fractos esse illorum malorum conatus, quin aperta vi potius nos adoriri constituerint quam rem susceptam omittere. Sed vivit, & vivet Dominus Deus noster. De alijs quod scribis ego quoque sic iudico, tentare illos paulatim & clanculum efficere quod tanto impetu & palam non potuerunt. Adsit nobis dominus. & certe aderit. Causa enim ipsius est, & stat illud inconcussum, Novit Dominus qui sint sui. In Gallia non est credibile quæ sit omnis iuris divini & humani perturbatio, & quanta interim omnium ordinum stoliditas. Nostri inter pacem & bellum hærent. Est tamen habita generalis synodus, quæ rebus omnibus pro circumstantia temporum satis (meo iudicio) prudenter & fortiter prospexit. Et spero Deum servaturum reliquias suas. Cereos tuos accepi, de quibus tibi ingentes gratias ago. Addidit alios Thrilius noster, ut non putem futurum ut in venturum annum alijs egeam, si nos superesse Dominus voluerit. Cætera brevi, ut spero, plenius. Video enim vestrum tabellarium more suo properare. Rogo te ut D. Hardesianum, D. Camerarium & cæteros amicos & fratres ex me quam officiosissime salutes. Benedicat tibi Dominus, & bonis istic omnibus ex alto, & vos custodiat ab omni malo. Estote vicissim nostri memores. Nam nunc quidem scopus sumus in quem hostes plurimique tela dirigunt, quorum tamen arcus, ut spero, confringetur.

getur, & retro dissiliet. Vale. Geneuae. 6 Martij 1578
Tuus Beza.

EIDEM

49. S. Fateor me non in homine quidem, sed de homine aliquid sperasse, neq. id temere, quum maxima & optima quaeq. ipsemet mihi sua sit manu paulo ante conuentum istum pollicitus. Haec vero exspectatio, quum nos fefellerit, video certe maximam & periculosissimam tempestatem nobis imminere. Sed excitandus est nobis precibus & seria resipiscentia fluctibus qui fluctibus & ventis imperat. Hoc etiam si pauci cogitant, paucos tamen illos Dominus non aspernabitur. Non destiti hortarj quos oportuit, ut confessio communis scriberetur, & ne dies communi collocutioni destinatus prorogaretur. neutrum adhuc obtinuj. Sed omnes, ut spero, haec saltem necessitas expurgefaciet. Sola Angliae Regina, si legationem mittent, videtur illos saltem conatus remoratura. Sed breuissimum temporis interuallum id non patitur, quum Smalcaldensis ille conuentus ad septimum proximi mensis diem indictus asseratur. libelli nostri fere omnes sunt Francofurti conclusi, quorum venditionem ille idem, facta nobis spe optima, retardauit. Deinde in illo scripto visum est mollissime agere, & crassiores errores duntaxat notare, ut omnino non sit satisfactum vnius hominum opinioni. Capiendum igr aliud consilium, ut Epimethei saltem simus: & res tota illi committenda qui opprimi veritatem suam nunquam patitur. De reb. nostris sic habe

sic habe. Duos habemus potentes vicinos, adeoque in ipsius civitatis conspectu, Sabaudicae domus utrumque, & unum alterius consobrinum. Iurat unus se ne passurum quidem, ut vel minima iniuria afficiamur, & hoc praetextu multis undique collocatis praesidiis, paulatim nos circumcludit. Alter iurat & quid hoc ubi sit nescire, is videlicet qui Guisii illius viduam duxit mulierem nobis inimicissimam. Sed illud constat maximas & delectas peditum & equitum copias non modo in Sabaudicam ditionem ingressos, verum etiam proxime hanc urbem, certa spe illius intercipiendae, accessisse: & eorum conatus, divinitus potius quam humanitus fractos, quod ii ipsi tam Duces tum milites in Galliam regressi aperte fatentur. Sunt igitur illi in Galliam regressi, at non tam procul, nec tam multi, quin eadem consilia resumpserint, & nunc rursus nobis insidientur: Quin etiam aperte minentur & nobis & sociis Bernensibus, fore ut si fraude res non procedat, aperta vi nos adoriantur, tanquam scilicet omnium malorum, quibus hodie mundus agitatur auctores praecipuos. Itaque externum etiam militem Senatus ex fidis vicinis conscripsit, & in perpetuis excubiis sumus expectantes quod volet Dominus, cui hac ipsa hebdomade, solenni indicto ieiunio supplicavimus. In Gallia alicubi nihil in ore praeter pacem. alibi vero, ubi quarta huius mensis Genabi ad Ligerim (quod oppidum unius diei itinere Aurelia distat) horrendam carnificinam, nulla prorsus occasione, in nostros Catholici exercuerunt, quatuor insignibus

civibus

civibus, inermibus & innocentissimis domi crudelissime mactatis, in quorum etiam cadavera horribiliter saevierunt, & multis praeterea domibus direptis, Magistratu non modo conniuente, sed etiam applaudente. Qui praeterea in urbe erant, mirabiliter servati sunt in latebris. Sed ita tulit Dei providentia, ut fratrum coetus tunc in concione abesset, quae tertio ab urbe milliari habebatur, & eius reditum in urbem auctores istius sceleris antevorterent. Sic erepta est multitudo non parva istis carnificum gladijs. En quid sit nobis de pace cum Impijs sperandum, donec veniat expectatus ille Domini dies. In Occitania quoq. tumultuatum est, sed res male cessit hostibus, ideoq. mox est composita, sic tamen ut mutuo sese utraq. pars respiciat. Vides, mi frater, quam misera sint tempora, in quae incidimus. Sed pergendum tamen fortiter, eo futura gloriosior victoria, quae nos certo manet in illo omnipotente Deo decertantes. Bene Vale, mi carissime frater, cum omnibus bonis, quorum precibus nos nostraq. omnia commendamus. D Hodelsianum autem clarissimum virum tibi ex me salutaris, rogo ut adijcias me sperare ut Sigibertus noster hac ipsa hebdomade vel proxime ineunte ad eum nobilem Dominum proficiscatur apud quem optima illum conditione futurum confido. Aeternum Vale. Genevae XX Maij 1578.

Tuus ex animo, cuiq. manum agnoscis

50

EIDEM

Mi carissime frater, aut ego vehementer fallor, aut silentium meum

non satis

non satis recte metiris, aut intercidisse aliquas literas meas oportet, quod ta-
men ne eveniret sedulo cavi, nulli nisi publico tabellario, quod meminisse
possim, literis meis commissis. Utcunque sit, negligentiae culpam deprecari quam
excusare malo. Quod ad rerum nostrarum statum attinet, adhuc nos
cogunt, qui nos immerito oderunt, perpetuas excubias agere. Accessit &
aliud malum, si quid mali accidere iis potest, qui in Christi regno censen-
tur: pestis videlicet flagellum, quae diu per Helvetiam vagata, unde ne
nunc quidem excessit, ac etiam tentata Sabaudia, tandem nos quoque in-
vasit. Sed utrinque paternam certe iusti iudicis indulgentiam experimur,
siquidem & hostium conatus adhuc irriti prorsus fuerunt, & pestis paucas
adhuc domos, quamvis in summo aestu, attigit, & plerisque etiam laesis pe-
percit. Schola tamen aliquatenus iam dissipata est. tantus est mor-
tis in omnibus metus. Nos tamen interea, Dei beneficio pergimus, &
ut spero, perseverabimus. Ego privatim per Dei gratiam satis valeo
& sensim ad metam properans consenesco. Totum me nunc, & iam ab
anno uno & altero occupat Gallicae Bibliorum interpretationis emendatio,
& Gallicarum Ecclesiarum historia a prima illarum instauratione usque
ad primi belli civilis exitum, opus ingens, varium & plurima vere admi-
randa complectens, quod confido me ante hyemem absoluturum. gallice
quidem scriptum, quod postea latinum fortassis aliquis faciet, plus otii &

facultatis

facultatis ad eam rem nactus quam ego. Sed multis de causis id celari expedit, partim ne operis editio impediatur, partim ut scriptori consulatur. Psalmorum meorum editionem adhuc distuli, quia ne nunc quidem ista scripta mihi satisfaciat. Tertiam quaestionum mearum partem, nescio quam nunc sit opus, edito amici nostri volumine tam diligenter & erudite scripto, ut mihi plane complexus videatur quae quid in hoc argumento dici vel scribi potest. Vidisti etiam sat scio D. Talmanni librum adversus Ubiquitatis dogma, de quo scripto idem quoque sentio. Et iam eiusdem auctoris alius liber Tiguri editus adversus μετουσίας και συνουσίας, qui si pari iudicio ac perspicuitate scriptus est, non est opinor cur alium praeterea desideremus. De rebus gallicis pax est in ore, bellum in pectore & vox quidem vox Jacob, manus autem manus Esau. Itaque nullus est totius regni angulus qui militum turmis non ferveat, immaniter omnia depopulantium, idque partim fraternarum (scilicet) discordiarum & Belgicae expeditionis praetextu, partim quod Regem dicant velle Burgundos castigare, qui de novis sibi inde impositis tributis paulo liberius sunt conquesti. Sed omnia haec ex composito inter duos illos Reges geri, & ad concilij Tridentini executionem comparari, multis probabilius videtur. Ecclesiarum interea reliquiae, in ijs etiam provincijs ubi omnia sunt in hostium potestate sensim colliguntur. alibi vero maior est belli quam pacis species

Itaque

Itaq. nihil adhuc est illo regno miserabilius, adversarijs usq. adeo inso-
lescentibus, ut omnis luxus incredibiliter creverit, tantum abest ut ma-
num Domini sentiant. Heri nescio quid ad nos perlatum est de Ca-
simirij adversus Austriacum insigni victoria, cuj tamen nuncio fidem
nondum habemus. Illud quidem constat Alenzonium ab Arthesijs
& Hannonibus quae provinciae sunt Gallico regno proxima, pro patriae
& fidei Catholicae defensorem receptum. Quid secuturum sit, ostendet
ille Rex Regum, qui neq. astu circumveniri, neq. vi opprimi potest. Be-
ne vale Vir eximie, una cum clarissimis Viris D. Hardesiano, D.
Camerarijs, & D. Gabriele nostro, quos velim ex me quam officiosissime salu-
tarj. Dominus te bonosq. omnes in opere suo potentissime confirmet, piumq
& sanctum Senatum omni divina sapientia & prudentia magis ac magis
instruat, vestris denique laboribus cumulatissime benedicat. Genevae 27 Aug.
1578

Theodorus Beza

Sigisfridum nostrum scio ab eo nobili praepotente, & ut audiveram, omnium illius
ordinis religiosissimo, humaniter fuisse exceptum, cui illum commendaram.
Sed illius in scribendo tarditatem aegre fero

EIDEM

51.

Scripsi ad te, mi frater, per alterum vestrae urbis nuncium. Ab eo tem-
pore pedis aegrotantium omnia est, & adhuc sum incertus an alteram

quoque

quoq. ancillarum mearum corripuerit. Itaq. & hanc totam Ecclesiam, & me
specialim, familiamq. meam vestris precibus commendo. Andegavus est certis
conditionibus à Belgis pro summo belli istius duce receptus, cuius consilij utinam
tam sit laetus exitus quam sperant nonnulli. Gallia nihilomagis sapit quam antea.
Accepi gallicas literas à Sigifrido nostro, quas ad te mitto clarissimo viro D.
Hardesiano tradendas, apud quem etiam velim excuses quod peculiariter
nunc quidem ad eum non scribam, familia mea sic conturbata, ut vix
etiam ista potuerim exarare. Bene vale, mi observande frater cum amicis
omnibus. Literas D. Monavio nostro inscriptas rogo te, mi frater, ut dili-
genter cures. Genevae xi Sept. 1578

Tuus Beza.

52

EIDEM

Rogo te etiam atq. etiam, mi frater, ut brevi & negligenti scriptioni ignos-
cas. Gaudeo te salvum rediisse domum, & salva omnia comperisse. Ego
quoq. Dei beneficio, aedes meas rursus sum ingressus, salva & incolumi fa-
milia, & nulla nunc quidem in urbe contagio superest. Heri schola utraq.
instaurari coepit. Vulcanum vix crediderim cum mala hospitis sui
gratia, in suam veterem officinam reversum. Sed habet qui aliud in caput
ipsius cudat, neq. inultas ipsius blasphemias abire patietur. Interea for-
titer expectemus diem Domini, has quoq. paleas absumpturum. D. Har-
destiani nostri tristissimo dolore non minus certe afficior quam si ipso loco essem.

Sed

Sed tamen omnino confido sapientissimum & optimum virum, ut est bis ludatus, sic etiam bis victorem factum. Mitto ad illum Sigifridi nostri, item ad matrem ipsius literas, quem spero optime fuisse a me collocatum. Libellum Elogiorum cogor ad tempus retinere domi, dum iconas ex variis locis emendico. Requiro inter caeteras veras Joannis Federici Saxonis Electoris & Philippi Landgravii, Itemque Buceri, Capitonis & Fagii imagines, quas nancisci nulla dum ratione potui. Quaestionum Theologicarum tertiam partem, quandoquidem utilem fore putas, ecce tibi, mi frater, polliceor, & nisi prohibuerit Dominus, intra proximas nundinas promissum praestabo. Spero meos graecos psalmos tandem edendos, quamquam mihi certe minime satisfaciant. Gallicus status magis ac magis desperatus evadit, nec tamen, ut spero, semen illud aeternum in illo agro tot martyrum feraci penitus evanescet. Nos perpetuas agimus excubias, in eum tamen unum respicientes, qui pro suorum salute nunquam dormitat. Bene Vale Vir eximie & plurimum observande frater. Rogo ut amicos omnes & me salvere iubeas quam officiosissime. 21 Octob. 1578

Tuus Beza.

EIDEM.

53

Mi carissime frater, heri tuae mihi redditae sunt una cum imagine duplici: in gravum una optimi illius ac fortissimi principis vultu probitatem ipsam videor mihi oculis ipsis contemplari, in altera eandem tuum intueor. Itaque magnam tibi gratiam de hoc munere habeo & habebo. De rebus nostris

Satis

satis nunc pacata oia, Dei beneficio, quamvis non desinant nobis insidiari, qui alienorum commodis inhiantur. Gaudeo Illustrissimo Landgravio tantum animi fuisse: & adhuc spero mala consilia fore sceleratis istis pessima. Gallicae Ecclesiae adhuc inter bellum & pacem fluctuant, nec fore quicquam illis nisi verbo pacatum. Sed aut prorsus fallor, aut longe aliud Dei iudicium hostibus imminet, nempe ut seipsos mutuo conficiant. plura nequeo, festinante more suo, vestrorum mercatorum tabellario. Eras ad te mitto, quaeso te, mi frater, ut qua pote- ris occasione perferendas cures. D Herdesianum, DD Camerarios D Gabrielem nostrum Crispi Ex me quam officiosissime salutari. D Iesus tibi, tuisq. magis ac magis benedicat. Genevae. 16 Decemb. 1578. Tuus Beza

EIDEM

54 Spero redditas postremas meas D Herdessiano nostro, quibus illi sig- nificavi, utramq. partem illius scripti, cuius mihi mentionem fecit, hic edi- tam fuisse, & francofurti venalem prostitisse, quam Ex re magnum fructum confido pijs omnibus eventurum. Tibi vero, mi carissime frater, felicem istam Expeditionem gratulor, cuius summa ad me nuper scripta beavit me idem noster Herdessianus. quod si tibi domicepss tantum otij detur ut ple- nius ad me de re tota scribas, multum tibi eo quoq. nomine debebo. Sumus hic omnes profecto valde solliciti de illius conventus Exitu, neq. destitimus assidue precari, ut Spiritu suo Dominus totum hoc negocium regeret, quod factum esse incredibiliter laetamur, eundem vicinus perpetuus precibus inter-

pella

pellatur, ut quod tam sancte inchoatum est, cohibito spiritu erroris & illius
tristissimorum principum animis ad recta & moderata consilia inflexis, felicissime
perficiatur. Synodum certe liberam non uideo qua ratione quisquam possit re-
cusare, quam si obtinueritis, rogo te etiam atque etiam ut cum bonis & pru-
dentibus uiris dispicias, num sit consultum & ad communem tandem aliquando
constituendum consensum utile futurum, si ex illis quoque Ecclesijs, quas
isti tam superstitiose damnant, aliqui eo, etiam publico nomine, quamuis
ἄκλητοι, cum aequa & moderata quapiam formula confessionis de Coena
Domini accedant, non ut Synodo ipsi intersint, sed ut (quod aliquando ab
Heluetijs Ecclesijs factum est) audiantur tamen, & de istis tribunitijs decla-
mationibus abolendis aliquid, si fieri potest, decernatur. Velim igitur à
uobis ea de re deliberari, de qua etiam ad ipsum Illustrissimum Landgra-
uium aliquid scribere constitui, ut omnia ex ipsius consilio & uoluntate aga-
mus. Ego his nundinis nihil praeter scriptiunculam latinam edidi de
uisibilibus Ecclesiae notis. Psalterium meum adhuc est sub prelo. Editio-
ne illius absoluta decreui ad intermissam tertiam mearum quaestionum par-
tem redire, quandoquidem id futurum utile iudicas. Caeterum est de quo
te commonefaciam. Vixit aliquandiu, non ita pridem, Basileae Faustus
Socinus quidam Senensis, qui se Felicem Turpionem Urbevetanum anno
superiore nominauit in impiorum Castellionis dialogorum editione, falso
etiam

etiam urbis & Typographi adiecto nomine. Sunt enim Basileae à Petro Perna excusi, & ab eius urbis Senatu, merito postea damnati. Is homo deterrimus inter caeteras horribiles blasphemias, etiam edito crasso scripto, non tamen typis excuso, quod penes me habeo, ita ut illud nisi velit quidem, infitiari possit, aperte tuetur Iesum Christum pro redemptione peccatorum nostrorum neque passum esse neque pati oportuisse, quam impijssimam impietatem ex sacris etiam literis probare se posse incredibilibus strophis contendit. Arbitror autem illum vel ad vos vel in Moraviam, aut certe in Poloniam, omnium haeresewn sentinam confugisse, de quo te commonefactum volui, ut si opus erit, fratres vicissim tempestive admoneas, ne hac quoque contagione inficiantur. De rebus Gallias, reconciliati sunt fratres, quos multi arbitrantur nunquam nisi per simulationem dissensisse. Imo non pauci scribunt hunc quoque patruum destinatum esse nostri suam Hispani filiam (bone Deus in quae tempora incidimus!) & pro dote Flandriam & Artesiam accepturum. Provinciae nonnullae gallici regni tumultuatae sunt propter immensitatem tributorum. Sed audio res esse, oblatis quibusdam pollicitationibus, compositas, & sunt qui suspicentur novum in Ecclesias bellum, septimum videlicet, comparari, cuius in Aquitania superiori mense de observandi pacis edicti conditionibus rursus convenerunt. & Navarrenus adeo sit reconciliatus. Utcunque vero se res istae sint habiturae, semen singulari Dei beneficio non est suffocatum, & paulatim rursus germinare ac etiam

nonnullis locis florere incipit. Occitanos pestis & annonae summa caritas vexat, quorum velim in precibus tuis memineris. Lutetiae octavo die huius mensis magna fuit inundatio, quae magnam partem suburbij a S^to Marcello cognominati subruit. aliquot etiam aedes in celeberrima urbis parte, nulla praecunte causa quae animadverti potuerit, repente conciderunt. Audisse vero vos arbitror de generali terrae motu, quo omnes ad Ligerim sitae urbes Andegavos usque, itemque Bituriges & Pictaviensis, eodem prope momento sunt repentino terrae motu 26 Ianuarij concussae. Boreas frigidissimus & rapidissimus superiore hebdomade & nos & viciniam totam gravissime afflixit. Utinam sub istis ferulis tam proficiant pij, quam stupidis animis plerique ista omnia, sicut in diebus Noachi, derident. Bene vale vir reverende & carissime mi frater, cum amicis omnibus, quos velim ex me quam officiosissime salutari. Ex musaeo nostro. 21 April. 1579.

Tuus: cuius manum agnoscis

Nannus iste qui te quoque aggressus est, procul dubio praemium suae impudentiae tandem feret. Rogo autem dominum, ut te & veritatem suam tueatur

EIDEM.

55

Mi observande frater, etsi maxima ex parte tristissima sunt quae mihi copiose postremis literis tuis significasti, est tamen de quo gratias maximas Deo agamus quod Ecclesiam suam neque sanis & sanctis consilijs, neque fortissimorum virorum

praesidio

praesidio destituat, quorum virtutem & constantiam procul dubio acuet illorum pervicacia, qui neq. ipsi per se quid rectum & utile sit animadvertunt, neq. induci possunt in animum, ut recta suadentibus assentiantur. Certum est tamen evenire ista non posse, quin horribilia effecta consequantur. Sed praeterquam quod omnem horum malorum culpam sustineant & coram Deo & coram hominibus oportet ista Satanae flabella, sperandum est Dominum nunc quoq. acturum suo more id est ex tenebris lucem, & ex tempestate serenitatem educturum. Interea nobis tantum fidei & constantiae petendum est à Deo nostro, quanto ad omnes impetus malorum sustinendos atq. adeo repellendos opus est. De rebus nostris & gallicis nuper ad te pluribus scripsi. In summa; quod ad nos attinet, Dei beneficio ac praesidio freti pergimus. In Gallia nihil praeter pacem audias, nihil praeter belli apparatum fraudulentum & diffidentiae argumenta videas. Omnia sunt in Domini manu, quem toto pectore precor, ut te, Vir eximie, conservet Ecclesiae suae: tuoq. ministerio magis ac magis benedicat. Amicos omnes rogo ut ex me quam officiosissime salutes. Genevae. 6 May 1579

Tuus B.

EIDEM.

56.

Nolui hunc tam fidum hominem absq. meis ad te literis dimittere, mi charissime frater, quibus te oratum volo ut hanc Ecclesiam & scholam Deo commendare pergas, à vicino regulo, non vi quidem, sed iuris complexu oppugnatas.

Nostri

Nosti vero quanti sit momenti in optima etiam causa, humanis iudicijs subijci. Sentimus quoque nonnihil contagionis, quae ex vicinia irrepsit, & tanti calores peius aliquid nobis minantur. In inferiori Occitania & Delphinatu praesertim idem malum usque adeo grassatur ut multae frequentissimae urbes pene iam sint desertae. Illarum igitur quoque meminisse vos in precibus vestris velim. Regina mater Lugduni expectatur, utinam feliciori exitu quam multi ominantur. Sigifridi matrem rogo ut horteris ut curet hic numerandos pauperi familiae triginta Coronatos, quos ille apud dominum suum mutuo accepit a quodam qui uxorem & liberos hic habet esurientes, qua de re ipse Sigifridus istuc scripsit, cuius etiam literas ante aliquot hebdomadas ad vos misi. Bene vale. raptim. ipso die Pentecostes, cum mihi habenda esset concio & celebranda synaxis. Ignosce festinationi & manui vacillanti. Saluta omnes amicos. 1579

Tuus Beza

57.

EIDEM

S. Mi frater, brevissimas istas scripsi, quod occupatissimis evenire solet. Spero tibi postremas meas esse redditas, una cum ijs quas Sigifridus matri rescripsit. Expedit illum moneri ne inutiles sumptus faciat. Nec enim ubi est desunt qui sunt, qui, si liberalis esse nolit, prodigum etiam faciant: & curandum erit ut hinc solvatur quod a bono viro mutuo sumpsit, ut illum ad matrem scripsisse non dubito. Dominus

nos

nos exercet multis modis. Vicinus iuris nullius respublicis obtentu cogit hanc rempubl. arbitrium delectorum ex Helveticis ciuitatibus subire. Jus nostrum liquet, Dei beneficio. Sed quod periculosum est, hominum, ut nunc praesertim res sunt, iudicio stare. Non desunt alij, qui nos ad dextram adoriantur, quos etiam magis metuo. pestis denique nescio quid mali nobis ab hinc mensem minari cepit, quae a paruis initijs in maxima interdum desinit. Intus satis recte omnia et ego omnino bene ominor, non augurijs sed certissimis illius promissis fretus, cuius extraordinariam quoque benignitatem indies experimur, usque adeo ut ipsius beneficiorum magnitudine et multitudine prorsus obruar, quoties de illis attentius cogito. Precare Deum nobiscum, mi carissime frater, ut opus suum perficiat, pessimis omnibus destructis destructoribus qui architectorum et quidem praecipuorum nomen ementiuntur. De Gallicis rebus, uno uerbo. Tendunt omnia, ipsis etiam caelis hoc cernentibus, ad fatalem aliquam conuersionem admirabilem. Spero piorum corda in ista fornace potius excoquendos magis ac magis quam consumendos, quod ex multis etiam argumentis coniicio, quae in sensus ipsos incurrunt. Adueniet tamen procul dubio et dies et ignis ille Domini, quem ego tecum pectore precor, mi carissime frater, ut te et caeteros in opere Domini fideliter laborantes tueatur, faxitque ut neque nos soli diuini aestus progredi prohibeant, neque frigiduli Lunae uapores torpidos faciant. Et certe ita futurum confido, Deo opt. max. fretus, cuius gratiae Te bonosque istic omnes

commendo

commendo. DD Camerarios, D Herdesianum & D Gabrielem nostrum rogo nominatim ut ex me salutare iubeas. Geneuae. 11 Iun. 1579.

Tuus Beza.

Fasciculum cum his inclusum rogo te etiam atque etiam, ut D Monaluio bona fide reddendum cures, quum primum commodam eius occasionem nactus

58

EIDEM

Heri literas tuas accepi, mi carissime frater, quae me grauiter commouerunt, tum de priuatis vestris periculis, tum de sequuturae Eccl[esia]e vastatione cogitantem, nisi Dominus malos istos conatus infregerit. Sed ubi contra in mentem venerunt quae passim Dominus ille potentissimus, idemque clementissimus & veracissimus, & Ecclesiae vniuersae, & singulis eius membris, etiam in firmissimis & abiectissimis promisit, ac praesertim illa psalmi, Per malitiam eorum perdet eos, perdet eos Iehoua Deus noster: & illud Apostoli, Oportet haereses esse, & illud ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι etc. ita sum recreatus, ut quae de istorum ferocia scribis, statuam esse certissimum propinqui eorum exitij testimonium. Quod si interea dabitur pro Christo pati, quidni vel de hoc ipso gloriemur? Absit ergo ut piorum constantiam euertat malorum pertinacia. Neque vero haec ad te scribo, mi frater, quasi vel de animi vestri fortitudine inuicta (Deus enim is est qui & in nobis & pro nobis pugnat) quicquam dubitem, vel egere te ulla cohortatione mea existimem, sed ut nos intelligas vobis

bis συναγωνίσασθαι, & preces ac voluntates nobiscum habere communes
velisti non tantum ὁμοψήφους, sed etiam ὁμοψύχους, quod nostrum studium
Dominus profecto non aspernabitur. Caeterum de rebus nostris superiori heb-
domade plenissime tibi per affinem etiam tuum quendam scripsi. Nunc
illud adde, contagionem quae nobis minabatur, nunc quidem desijsse. Editio-
nem libelli Elegiorum illud unum remoratur, quod ex Anglia quasdam
εἰκόνας iampridem mihi promissas adhuc expecto. Psalterium meum
excusum est, sed ne unicum quidem exemplar a Typographo extor-
quere potui, quod veneatur, ne si in cuiusque manus pervenerit, quispiam alius
intra proximas nundinas illud maximo ipsius damno recudat. Sic isti
sibi mutuo insidiantur. Extorquebo tamen si potero, vel ipsius Magis-
tratus ope, ut amicorum desiderio satisfaciam. Saluta quaeso meo nomine amicos
omnes, & D. Herdesianum iube bono animo esse. Miror nihil ad nos esse
rescriptum de pecunia hic restituenda, quam tibi fidus, cuius literas iampri-
dem istuc misi, a quodam alio Vicecomitis apud quem nunc est, domestico
mutuam accepit, cuius interim familia apud nos esurit, illius pecuniae
restitutionem expectans, qua de re velim ipsius tibi fidi matrem a D.
Herdesiano commonefieri. Bene Vale, vir eximie & longe carissime
frater, in eo, qui suorum contra omnia vult simul & potest. 16 Jun. 1579

Tuus: Cuius & magnum agnoscis
& pectus tenes.

EIDEM

Scito, mi frater, me plurimum esse "dele" sollicitum q. nullas a te lras acceperim ex quo mihi significasti, quantopere te isthic exerceant, quos decretum esse video Germaniam (quorum alterum deus avertat) sua ipsorum ruina obruere. Itaq. rogo te ut ista me cura liberes. Res nrae sunt valde in ancipiti. Sabaudo nihil non moliente, & consilia inter se in vicinia conferentibus qui nobis sunt inimicissimi. Pontifex quidem & Sabaudus & Hispanus aperte minati sunt Gallo, se non passuros ut haec civitas (quod tamen Gallus fide aut ben[?] lito scripto data promiserat) in foedere Helvetico comprehendatur, & jactat Sabaudus se a Caesare obtinuisse Episcopi nostri iura. Itaq. nisi Deus istos conatus infregerit, bellum nobis & tibi isti regioni imminet. Tu vide ut mutuo nostri meminerimus apud Dominum. Lutetia ad me scribitur Regis fratrem tertio iam ex aula clam sese cum duobus equis excessisse. Reginam Angliae quum in navi sederet, adijsse certissimum periculum, disploso in eam sclopeto, quo tamen ictu non sit vulnerata, sed interfectus nobilis quidam ipsi proximus, Sicarium autem qui Anglus sit mox fuisse comprehensum. Vides mi frater, in quae tempora inciderimus. Mitto ad te exemplum psalterij mei, eo certe ut nullo tempore editi, quo magnus erit illius libri usus. Ego quod potui praestiti, teq. vehementer rogo ut tuum de hac mea opera iudicium qualecunq. ingenue perscribas. Etiam aliud exemplum mittimus D. Hardesiano[?], sed morositas tabel-

larij

larij hoc ferre non potuit. Differam igr in alterum tabellarij adventum. Ro-
te interea ut illum D. ex me salutare jubeas, itemq. DD Camerarios, D Gabrielem
& amicos caeteros. Bene vale vir eximie & cariss. frater. D Jesus tibi tuisq
laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 11 Augusti 1579.

60

EIDEM

Eram valde de tuo statu sollicitus, mi charissime frater, quum tuae mihi
redditae sunt, in quibus illud saltem pergratum fuit, quod aliquas indi-
cias opportuni homines isti tibi concedant. Utinam Dominus abunde quoque
te sublevet, quo meliore valetudine frui & Ecclesiae ipsius magis prodesse
possis. Tragica autem illa quae mihi tam copiose scripsisti, etsi tristis-
sima sunt: tamen spem mihi faciunt fore ut brevi astatura istorum
improbitas, cum vix longius progredi posse videatur. Quod si etiam secus
acciderit: attamen certi fore ut vincat veritas, acquiescamus in bona si-
mul & justa voluntate, sic sui contemptum ulciscentis, clamemq ad
ipsum fortiter, poeniteamus denique culpam & expectando expectemus
donec veniat. Misi ad te superioribus diebus psalterij mei mi-
dosissime excusi exemplar, quod tibi redditum non dubito. prodibit
altera mox, ut spero, secutura, altera editione emendatior, proinde si
tuum de hac opella mea judicium ad me perscribere non graveris, quod
quidem a te majorem in modum peto. Versiculi quidem mihi
valde displicent. Caetera spero nec ingrata, nec prorsus inutilia futura.

Habeo scriptum paratum in quo respondeo Pappo illi Argentinensi, qui Hezekij argumenta calumniosissime & infantissime refutauit. Sed quamuis paruum sit opusculum, edi tamen satis tempestiue non potuit. Scripsi iuculam de peste amici quidam a me exstorserunt. Tertiam quaestionum partem uix credas quam inuitus ac plane nauseabundus paulatim absoluam, interpellatus etiam saepe ab Apostatis quibusdam & Atheistis gallis, quibus ut respondeam Ecclesiae gallicae flagitarunt, quarum desiderio utinam possim satisfacere. Bene Vale mi carissime frater cum amicis omnibus quos ex me salutes velim. Geneuae 25 Augusti 1579

Tuus Beza

EIDEM.

61

S. Mi frater, sicuti me copiosioribus illis literis tuis recrearas, quantumuis tristia nimium multa complexis: ita magnopere me commouerunt posteriores tres: ac inprimis eorum imprudentiam satis demirari non possum, qui eo nomine te accusarint quod preces pro te nominatim hic fundaueras. Nostri enim moris non esse norunt omnes omnium ordinum & ciues & exteri qui nos audiunt, ut cuiusquam nomen in publicis precibus edamus, usque adeo ut ne Caluinum quidem, unquam pro suggestu nominauerimus, cuius tamen salutem satis intelligis nobis sicut oportuit quam commendatissimam fuisse. Docuit enim ipsa experientia saepe hac in re preces ambitione corrumpi, dum quidam exposcunt

cum

expetunt enim dignitatum suarum praefatione nominari. Itaque satis nobis semper fuit, aut in genere, sicut quotidianae preces nostrae scriptae sunt, precari, aut ita personas si opus esset designare, ut etiam non editis nominibus neque titulis intelligantur. In istis autem turbis & publicis Galliarum calamitatibus numquam nisi in genere preces publicas concepimus, ut satis mirari non possim unde tandem hanc tibi accusandi occasionem isti arripuerint. Literas enim nemini nisi illi quem significas commisi, & si quas illi essent nacti, istud minime permisissent. Sed interea, mi frater, numquam istorum improbitas impediet, quo minus pro te ac ministerio tuo sicuti decet quam ardentissime precemur. Tu vero bono & forti animo esto, & in eum recumbito qui dixit, Qui vos tangit, pupillam tangit oculi mei. Nos hic quoque velut in ipsius Leonis faucibus versamur, sed fortior est Leo ille de tribu Juda. Imo etiam spero futurum, ut aliquem Gamalielem excitet Dominus, qui aliorum, si qui forte sint officii in te sui immemores, intemperiem moderetur. Utcunque sit, valeat illud Abrahami patris nostri symbolum, Dominus providebit. Quod tenuitas nostra potest, hoc ipsum si res ita tulerit, & verbis & reipsa tibi tuisque offero, ut una exulemus, tu quidem ab Oriente, ego ab occidente, tantisper dum in veram patriam recipiamur. O si Galliae pax obtingeret, quale & quantum piis hospitium pateret! Sed hoc quidem sperare nondum possum. Nec tamen despero, quod admirabili Dei iudicio sic videam sic divisas impiorum & blasphemorum linguas, ut novum nescio quod & prorsus admirandum opus

molitur

molitj, Deus aliter videatur. Spero tibi psalterium meum redditum, sic pro-
fecto negligenter excusum, ut me vehementer illius pudeat. Nunc absolvitur
mea adversus Pappi refutationes apologia, in qua nihil aliud quam centies re-
petita rursum inculco, si quid forte proficj possit apud non prorsus addictos
principum autoritatj, nihil alioqui de Deo, neq. de Veritate cogitantes, quorum
hominum maximus est undiq. numerus, ut saepe mihi in mentem veniat il-
lud Pauli de plenitudine gentium suo tempore implenda. In summa, mi frater,
benedictus Dominus qui nos non est passus cum tam multis a recta via aber-
rare, qui novit qui sint sui, qui deniq. suos nunquam est deserturus, quem
etiam precor, mi carissime frater, ut gemitus nostros exaudiat, Satanam &
eius emissarios compescat, te deniq. familiamq. tuam sub alarum suarum
umbram recipiat. Genevae. IX Sept. 1579 Tuus Beza

EIDEM.

62

Beasti me postremis tuis literis, mi frater. Itaq. Deo gratias ago, innocentiae asser-
torj, & eum precor ut cohibito spiritu blasphemiae & erroris, civitati vestrae
recta sanctaq. consilia semper suggerat, & fides istic servos suos potenter
tueatur & conservet. De rebus nostris, quum superiori mense militares co-
piae non parvae in vicinia oberrarent, valde solliciti (quamvis per Dei gratiam
praesenti animo fuimus), & ipsos quoq. Argentinenses hanc curam graviter, ut
audimus, exercuit. Sed iam dissolutas illas copias arbitramur, irrito

adversus

adversus Bisontines, ut fama est, conati, unde conjiciunt multi nonnulli diutius firmam fore inter Hispanum & Gallum concordiam, quam Henricus existimetur vitam producturus. In Anglia quoque utinam Regina sibi totique regno fatalem ingentem calamitatem ultro non accersat. Interim emergunt paulatim Ecclesiae, quamvis variis modis exerceantur. Sed age, forti animo simus & Ecclesiam meminerimus Regni caelestis nomine ab ipsius Rege sempiterno exornatam. Bene Vale Vir eximie & observande frater, una cum amicis omnibus, quos velim etiam atque etiam ex me salutari. Genevae. 3 Novemb. 1579

Tuus Beza

EIDEM.

63. S Prohibet me perpetua in pulmones destillatio, legere, scribere, dictare totas jam septem hebdomadas, minime quidem lethalis, ut affirmant Medici, sed tamen permolesta. Hinc illud silentium meum, quod te rogo ne moleste feras. Excusabis igitur harum brevitatem; quibus te & amicos istic omnes saluto, ac meipsum commendo, rogans etiam ut adjunctas, nisi molestum erit, amicis reddendas cures. In Gallia gliscunt omnia in peius. Pergunt tamen Ecclesiae, quantum licet. Bene Vale, mi carissime frater. Genevae. 26 Januar. 1580

Tuus Beza

EIDEM.

64. S Ego quidem, mi frater, utcunque convalescere incipio & aliquas mei muneris partes obire, sed pristinae valetudinis integram restitutionem ne sperare quidem ausim. Utinam de te & pluribus & gravioribus morbis vexato meliora

ra breui audiamus. Vtcunq. sit, futurum confido, ut qui nos in tantis tempes-
tatibus aduersus naufragium tutatus est, minime nos in ipso portu impingere patiatur.
Fabellus tandem sese, ut spero, sibi ipsi tandem malum cudisse sentiet. Interea vi-
demus verissimum esse Apostolicum illud dictum, Oportere et haereses existere,
ut qui probi sunt manifesti fiant, & quamuis haec tristissima sint, quae cernere & audire
cogimur, tandem tamen piorum bono & Ecclesiae commodo cessura certissimum est.
Apud nos adhuc halcyonia sunt, singulari certe Dei beneficio, quod ipsos etiam hostes
ad stuporem adigit. In Delphinatu proxima nobis secundum Sabaudiam provin-
cia, horribilis tumultus inter rusticos & nobilitatem ortus est, cuius utinam
nostri sint duntaxat spectatores. In Occitania perinde ut in aperto bello
multis iam locis crudelissime certatur. Rex utinam sibi & suis tempestiue
caueat, ne regnum illud iampridem extraordinario plane miraculo perstans
ruina sua reliquum orbem terrarum concutiat. In his horribilibus plane
conversionibus bene est quod mons Sion non tamen exsilietur. Det igitur nobis
Dominus ut in eo consistamus. Omnes inchoatas meas scriptiones morbus meus
abrupit, donec ad eas reuertar, si Dominus dederit: & certe putarem me
quantum in Deo grauiter peccaturum, nisi tertiam mearum quaestionum
partem absoluerem aliquoties iam & intermissam & inchoatam, quamvis se non sine magno taedio
toties recocta reponam. Aegrotante me sunt Icones editae, id est prior illarum
pars, quas velim sic a vobis accipi ut aliquod a magis seriis & necessariis

Scriptionibus

scriptionibus diverticulum. Iuvit me tamen & iuvat incredibiliter magnorum illorum Virorum memoriam animo repetere, quos cum aureo seculo comparare consuevi, eheu quam cito non in argenteum & aereum, sed plane ferreum seculum commutato. Eius opellae meae tria exemplaria istuc mitto, vasi polonorum quorundam nobilium in patriam revertentium, & istuc transiturorum inclusa, quod commodiorem occasionem nancisci non potuerim, & Xpofrus videlicet sagax nostrorum in curandis istis fidem, quod in nundinis sua potius negocia gerant. Meum nomen libello non adscripsi, ne dum amicis gratificari studeo, ipsis potius noceam, quae est nostrorum temporum iniquitas. Bene Vale. Genevae 8 Martij 1580.

Tuus Beza

EIDEM

65

S. Cum tibi per nobiles adolescentes Polonos nuper plenissime scripserim, has idcirco tantum ad te mitto mi frater, ut intelligas me paulatim convalescere, quod velim amicis communibus abs te significari. Utinam eadem de te brevi intelligam. Literas autem hoc fasciculo inclusas rogo ut tuto reddendas cures. Bene vale, mi carissime frater. Deus te incolumem servet. Genevae 22 Martij 1580

Cameracenses pro certo sese Andegavensi Regis Gall. fratri ultro dediderunt: quod nisi proditione fiat, procul dubio inter Hispanum & Gallum bella sunt aperta. quis Regem Gallum arbitror dissimulatione usurum, aut fratri etiam suo amicitiam renunciaturum.

Tuus Beza

EIDEM

66.

S. Cogit me tabellarij celeritas vix respondere, cum non vixque literas acceperim &

et quidem paucis. Augent vestrae literae nostram sollicitudinem, quum res eo processerint, ut in nervum erupturae videatur. Sed ut non semel Dominus in quod tempus auxilium suum distulit, quo res omnes plane videbantur deploratae: ita fiduciam illum speramus, non vanis etiam coniecturis adducti, quum non absque manifesto Dei iudicio negotium istud ad Dominum vires sit reductum, quorum unus erit certe, aut iam est, alterius impatiens. Deinde non erunt irritae profecto illorum preces, quibus aperuit oculos Dominus, qui caeteros excaecavit, ad tempus, ut spero. Quod si etiam istud remorentur peccata nostra, et quod iudicem etiam esse Deum nostrum oporteat eorum quibus spiritum erroris immisit, manet tamen et manebit aeternum illud fundamentum, Novit qui sint sui Dominus: et discedat ab iniquitate quisquis nominat Domini nomen. Quid quod nostra etiam imbecillitudo, nobis quasi non ita diu cum isto monstro genere certaturis, stimulos addat oportet, ut eo fortius in ipso curriculo extremo pergamus? De rebus gallicis idem prorsus est rerum status, ut brevi omnino vel futurum sit apertum bellum, ~~dein~~ edicto palam rescisso vel aliqua certioris "pacis" spes apparitura. De libris quos istuc ad te et Vratislaviam mittebam vide quid acciderit. Quum sperarem certius et celerius ad vos perventuros, si in vas culis includerentur, quibus illi Poloni res suas statim, ut aiebant istuc ~~ad~~ ac deinceps Cracoviam asportandas insererant: accidit contra, ut nunc etiam illorum dolia hic manserint, credi-

toribus

toribus oppignerata, ut fortassis auctio earum illarum sit secutura. Non est ergo quod libros illos arbitreris ab ipso esse ad suos translatos. Dabo autem operam, ut quam celerrime fieri poterit ad vos alia ratione perveniant. Nam isti Heanparato Popos non patiuntur sese ullo graviore fasciculo onerari, quantumque illis offeratur merces. D. Herdesianum rogo ut hoc ipsum significes, & hoc etiam adjicias gaudere me vehementer quod tam cito & tam feliciter acceperit illam disputationem quam mihi scripsit. D. Jesus, Vir doctissime te vna cum conjuge & plurimum observandos amicos feliciter & cum dignitate conservet. Geneuae. 19 April. 1580

67.

EIDEM.

Tuis longe maximi nostri

S. Valetudinem tibi aliquatenus saltem restitutam, mi frater, toti Ecclesiae gratulor. Ego quoque mediocriter valeo. Pestis in vicinis ad lacum oppidis grassatur a qua tamen adhuc sumus, Dei beneficio immunes. Dolores illos nobiles non est quod accuses, quasi libellos meos ad te missos in patriam asportarint. Incluserant enim eos vasi cum sarcinis suis istuc deferendo, quod tamen hic adhuc haerere nunc primum intellexi. Itaque extrahendos curabo & curabo per aurigas Lugdunum redeuntes aut alia quavis ratione istuc deportandos. De rebus gallicis, aperte iam in Delphinatu, Occitania & Aquitania armis oppugnantur nostri, quaesito belli praetextu quod restituere aliquot urbes pro sui securitate ipsis ad tempus commissas recusent, id est, quod praebere cervices sicariis iugulandas nolint. quum nuspiam edictum pacis observatum. In alijs regni provincijs non aliter polluunt nostri quam

edicis

quidnis patiendo vincere: & ubi vis iis opponitur longe miseriorem fore Ecclesiarum conditionem prospicio, nostris militibus nihilominus impiis similius quam iis sunt quibus sese opponunt. Rex interim securus suis moribus obsequitur. Regis frater desperato prorsus Anglicano coniugio, ad ducendam vel Lotharingam vel Hispanam (utraque enim est ipsi ex sorore neptis) a matre sollicitatur, cuius consilium an secuturus sit nescio. Vocatur a Belgis, sed iis conditionibus, quas vel non probaturum, vel si forte verbo probaverit, reipsa non servaturum arbitror. Hispanus in instauranda ac etiam augenda ingente illa classe, invitis ventis ac peste quantumvis reluctante, totus est, & tandem citra sanguinem Lusitaniam politurus a multis existimatur. Regibus nobis vicinis omnes excitandi belli occasiones sedulo quaerit: & videntur inter Helvetios nostrae confessionis & Catholicos simultates glisere, flabello tandem Antichristi, nisi Deus avertat in apertas inimicitias erupturae. Ad haec mala si accesserit quod in Germania ἀδελφοὶ illi moliuntur, quis tandem erit angulus in orbe terrarum a caedibus immunis? Sed bene est quod hic nobis Deus commorandi diversorium non habitandi dedit. Petamus igitur ab eo vel tempestivam in caelum demigrationem, vel eam quae nobis opus est constantiam, ut feliciter quod nobis superest curriculi spatium conficiamus. Bene vale vir eximie & charissime frater. D. lectus te ceterosque amicos saluat. Genevae. 3 Maij 1580

EIDEM — Tuus Beza

68 Meos diutius praeter meam voluntatem hic retentos libellos istuc mitto tandem, mi carissime frater, quos tibi & amicis gratos esse cupio, simulque rogo ut Crauwiam & Vratislauiam perferendos duos fasciculos cures, ubi fidum commodum tabellarium nactus. De rebus gallicis. Superiore mense Nauarraeus infimis quibusdam in nostros iniurijs coactus arma ceperat, & hostes vicissim ad bellum gerendum esse magno studio comparant, cum Rex utrique alios sibi pacis cupidum esse ostendit, ut missis ultro citroque legationibus, impetus ille jam deferbuerint, & optima quaeque sperentes. Ego Danaos & dona ferentes metuere non desino: nec tamen video quid possit nobis bello deterius accidere. Utinam vero Gallorum exemplo sapiant Germani: quod tamen vix ausim sperare, si pergant nonnulli furijs illis amentia pastore. Sed utinam Deus meliora. Bene vale cum tuis omnibus. Dominus tandem compescat Satanae rabiem, & venis servos suos benedicat. Genevae. ultima Aug. 1580

Librorum fasciculus ornatque modo istuc tabellario commissus est.

Tuus Beza

EIDEM

69. S. Accepi tuas, mi carissime frater, una cum plurimis, quas desiderabam imaginibus, suo loco, si Dominus dederit, inserendis. De regni nostri statu, adhuc quod ad nos quidem attinet omnia pacata, & satis recte. Sed in Delphinatu nobis, interiecta Sabaudia, proxima regione, maximi sunt ad nostros opprimendos adversariorum apparatus, & in Occitania & Aquitania fervit belli rabies: nec desunt tamen, qui nihil praeter pacem in ore

ore habeant: quia videlicet in alijs provincijs nemo ex nostris laeditur, qui
tamen non frustra verentur, ne superatis ijs qui vim vi repellunt, erum-
pat etiam in ipsos, quod hostes adhuc intus celant. Quid autem futurum
sit novit Dominus. Ego (quod Deus avertat) male ominor, quoniam
et juvenum consilijs reguntur nostri, et ijs permixti sunt nimium multi,
nihilo minus impij ac scelerati, quam sint adversariorum pessimi. Comi-
tia apud vos futura nos non immerito terrent anxii sollicitos non defu-
turis illic Cyclopibus qui fulmina cudant, et follibus qui principum animos
magis ac magis inflamment. Itaque Deum noctes ac dies, tum pro universa
Ecclesia, tum etiam pro vobis nominatim, qui in ipsa flamma versabimini,
precari instituimus, quibus armis nihil esse validius perpetua omnium
seculorum experientia demonstravit, et nunc quoque ut spero patefaciet:
etiamsi patiendo quaerenda sit nobis victoria. Bene vale Vir eximie et
charissime frater. D. Jesus invicta sua virtute bonos istic omnes custodi-
at et vestros labores magis ac magis benedicat. Genevae. 8º Augusti 1580

Tuus: cuius manum agnoscas
et animum nosti

Scripsi quam diligentissime in eorum mercatorum gratiam quos mihi D. Her-
destianus commendavit. Literas istis adiunctas, et Anglo cuidam nobilissimo istic
nunc versanti inscriptas, rogo te ut ipsi reddendas cures.

73

EIDEM

S. Literas tuas octava superioris mensis datas ab affine illo tuo Lug-
dunum.

duarum properante, quo longiores, eo gratiores accepi. Quod de D. Cruciger
scribis pergratum mihi fuit intelligere, tum communis omnium Ecclesiarum v-
tilitatis causa, tum quod optimo & doctissimo viro consultum esse gaudeam. Quid
si vero vt olim Hierosolymitanae Ecclesiae dispersio gentibus ostium fidei ape-
ruit: ita nunc Witebergensis scholae dissipatio Germanis adhuc magna ex parte
sicuti vides caecutientibus oculos aperiat? Et certe sic eveniet, si non de-
sint qui eiectos excipiant, & nisi praeveniant istorum furiosorum hoc omnino
spectantes conatus, vt a verbis & scriptis ad vim apertam, hoc eos pro-
trahente eodem homicidij qui & erroris spiritu, primo quoque tempore conuer-
tantur. Seruet autem inprimis Dominus pro immensa bonitate sua D.
Antiquum, piosq. & constantes reliquos fratres, adhuc in sua statione conti-
nuatos, faxitq. vt Christianorum principum alij quidem oculos aperiant, & eos
ex fructibus saltem agnoscant, qui tam diu abutuntur istorum credulitate,
alij vero magis ac magis sibi ab istis Satanae emissarijs caueant. Quae
Fabillus egit Witebergae in illa praeclara sua disputatione, vtinam illius
Tragoediae vltimus sit actus. Mirum vero ni tandem vt Romanus Epis-
copus Petri, sic iste fratris Petri Andreae, imo etiam Iacobi Apostoli nomine fretus
primatum sibi in Ecclesias omnes vindicet. Vincet tamen certe veritas, & tandem
ipse si foueam fodisse comperietur. Thesibus autem illis dabitur a nobis opera
vt quam solidissime fieri poterit respondeatur. Librum Bergensem seu refutaturos

fratres

fratres Henstadienses: & tamen illam quoque de qua scribis appendicem in responso ad Striccardensem illum, minime tum neglecturos. Anhal-tinorum fratrum & D. Pauli ab Eitzen responsa, etiam si germanice tantum scripta sint, si ad me miseris, mihi gratissimum feceris. Caeterum quod ad illud attinet, de quo istic inter Belgas fratres quaeritur, iampridem re ipsa tum expertus, verum id esse quod ex D. Philippi ore audiuisti: Nos ab eis rogati respondimus, prout nobis dedit Dominus. Si rectius aliquid aliunde cognouerint, gaudebimus melius ipsis esse consultum. Nec enim nobis animus fuit quicquam illis praescribere, neque nos eos esse arbitramur, qui quod factu opus est, vbique satis perspiciant. Sed hoc mihi a nostro Collegio mandatum est, quod ab illis per te petorem, nempe ut nisi consilio nostro gradiamque acquiescant, molesti porro nobis esse non pergant, neque nos cum aliis fratribus committant, quibuscum neque de hac neque aliis de re, hoc controuersiam illam nobis esse velimus. De rebus gallicis adhuc incerta omnia. Si quid certius cognouero, per illum affinem tuum rescribam. Quod de D. Hardesthiano nostro scribis, magnopere me torquebit, donec illum convaluisse cognouero. Bene vale mi carissime frater. D. Iesus tuis laboribus Coetuique isti amplius magis ac magis benedicat. Geneuae III Non. Ianuar. anno nouo ineunte 1581 quem tibi & reliquis bonis felicissimum precor. Danaeus noster officiosissime te salutat.

Tuus Beza.

EJDEM

tibi uero

Tibi vero carissime frater, nulla fuerat excusatione apud nos opus, sicut tibi
ante duas hebdomadas ex collegij nostri sententia & voluntate scripsi. Tantum igitur
perge fortiter in eo quod bene cepisti. Quod si tibi & bonis molesti esse malint
illi ij vel melius ipsi sapere, vel aliorum consilijs acquiescere, quid agas?
Si quid ipsis euenerit deterius (quod absit) hoc ipsi sibi imputent oporte-
bit. De rebus Gallicis adhuc nequeo meliora scribere quam convenerim:
cum potius omnia in deterius vergant. In Anglia procul dubio nostris quod
sit actum. Conveniunt, ut affirmant, de matrimonio & foedere. Sed adiecta
est conditio de tradendis Caletibus & agro Boloniensi in Anglorum manus
quod nunquam concedendum arbitror. Deus in Scotia fregit aut saltem inter-
pellavit malorum quorundam conatus. Et de his quidem hactenus. Hodie
vero quum mihi significarit uxor, vix mihi superesse in unum & alte-
rum mensem cereas candelas, quibus mihi ad lucubrandum est opus, rogo
te, mi frater, ut libras minimum decem nostrates mihi confingendas cu-
res, quadrata mediocri forma, ut istic soletis conuolutas, & cum cuiuspiam
vestratis mercatoris mercibus coniungendas ut ad me tuto perferantur. Sed
addatur quaeso emptionis pretium, quod una cum vectura, bona fide per-
solvam. Vides, mi frater, quam familiariter tecum agam. Tibi vicissim
quum voles, Beza tuo uti frui ius & fas esto. Bene vale vir eximie
& observande frater. Dominus Iesus tibi bonisque istic omnibus cumulatissime benedicat

EIDEM — Tuus Beza

Illi carissime frater, etsi spero futurum, ut veritatis oppugnatores tum
demum senserint in primis illum iudicem expertum, quem tibi omnia
videbuntur oblivisci, tamen non possum non esse magis quam antea de fra-
tribus optimis sollicitus, quum et quae sit hostium audacia simul et impru-
dentia considero, et quid mereatur Germania prospicio. Nos hic quoque
inter sacrum et saxum, quod ad homines attinet, pendemus, repente sub-
lato Sabaudo, nostro quidem hoste perpetuo, sed prudente tamen ac mode-
rato principe: cui nunc iuvenis vicesimum nonum annum agens prin-
ceps, imbecillo prorsus corpore, et multorum potentiorum iniuriis obnoxius
successit. Est praeterea in vicinia validus adversus Delphinatum
Ecclesias exercitus, ductore Guisianorum fratrum altero, exilium nos-
tram vel sua vitae iactura redimere parato. Quid igitur? nempe
contexit nobis Dominus insignis alicuius victoriae coronam: siquidem
etiam patiendo vincunt Christiani. Pestis Bernensem ditionem quar-
to a nobis miliario horribiliter vastat, a qua tamen adhuc, exceptis in
extrema urbe duabus familiis, prorsus immunes sumus, nec unquam frequen-
tiores conciones et lectiones habuimus. In Gallia pestis quoque plurimis
locis, ac Lutetiae praesertim grassatur. Ecclesiae cis Ligerim adhuc non
attinguntur. Tres civitates in Picardia sitae et fortissime a nostris de-
fensae obsidionem solvisse affirmant. In Aquitania paribus viribus

adhuc

adhuc certatur. In Delphinatu, quae regio nobis, interiecta Sabaudia, proxima est, nihil dum insigne gestum. Spem omnem pacis adimit Hispani adventus Lusitanos successus, ut nunc quidem Galliae regnum administratur. Ah, mi frater, quando tandem ex hoc infelicissimo seculo ad aeternam illam quietem demigrabimus? Tum nimirum, quum illi videbitur, a quo sumus in hac statione collocati. Is est quem ego, mi frater, dies & noctes precari non desino ut gemitus suorum exaudiens furentem spiritum erroris coerceat, & quidem nominatim ut te, bonosque & pios istic omnes quam potentissime custodiat. Bene Vale. Eleutheropoli. 21 Sept. 1580

Tuus, quem optime te totum nosse non dubito

EIDEM

71. S. Mi carissime frater, quum istic in medijs tempestatibus Utopicis versemini, assidue de te, caeterisque bonis cogito: deque te vehementer rogo, quantum quidem res ferunt ut saepiuscule ad nos scribas. "En τεῳ" pacta harum nundinarum ut spero, vinacia non erunt. Nos quidem, Deo favente dabimus operam sedulo, ne quem sua specie decipiant etiamsi novas acquirere vires potuerit Spiritus erroris. Opto mirum in modum videre Anhaltinorum fratrum scriptum quod a bonis & eruditis tantopere commendari optimo iure non dubito: nancisci vero non dum potui. Danaeus noster Chemnicio respondet, cuius Kemnitij malam conscientiam ultrisc[?] certe suo tempore dominus. De Gallicis

rebus

rebus uno verbo. καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν gravati sumus,
ὥστε καὶ διαπορηθῆναι ἡμᾶς. Sed bene est quod idem addit alicubi
Apostolus, non ut pereamus, sed ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς,
ἀλλ' ἐπὶ τῷ θεῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. Precibus igitur opus
est, si unquam alias. Nos quoque mortuo vicino regulo, qui heredem
adolescentem reliquit, plurimis de causis suspenso animo sumus, quum
praesertim bellum adversus fratres, in provincia Delphinatus nobis pro-
xima, acerrimum geratur. Pestis Lutetiam magis ac magis ex-
hausit, nihilominus tamen impiam et sceleratam quam antea. Eadem
lues proxime quidem ad nos accessit, imo semel etiam atque iterum
nos tentavit, sed a Domino cohibita, statim desiit. Bene vale cum
omnibus bonis. O Iesus nostros gemitus exaudiat et faxit ut inof-
fenso per tot tempestates cursu in portum perveniamus. Eleuthero-
poli. 18 Octob. 1580.

Tuus, cuius et animum habes
perspectum, et manum agnoscis.

EIDEM

S.

Rogo te vehementer, mi frater, ut istis tuis adiunctas literas
Monavio nostro inscriptas, ubi commodam occasionem nactus eris, ad
illum cures perferendas. De rebus nostris et Gallicis plenius ad te
nuper scripsi. Pergit rumor de pace in Gallijs facta, atque ut aiunt, ut
belli moles omnis ad nostros Hispanum transferatur. Utinam ne potius
adversus

adversus Christum ab omnibus illis sit conspiratum: quod etiam si eve-
nerit, patiendo tamen vincemus. Bene vale Vir eximie, & observande
frater, cum amicis omnibus, quos ex me officiosissime salutes velim. D.
Jesus gemitus nostros exaudiat, & cohibito mendacij spiritu det nobis
sacram ipsius veritatem ad extremum usque halitum profiteri. Genevae
20 decembr. 1580.

Tuus Beza

EIDEM.

75

Heri literas tuas accepi, Calendis huius mensis datas, publicis ita nego-
cijs occupatus, ut simul pene venienti & discedenti vestro tabellario non
nisi brevissimas committere potuerim. Adieci tamen literis breve scrip-
tum, sed pessima charta, & satis negligenter exaratum, quod illi Iacoban-
dreanae calumniae impudentissimae opponatur. Hoc autem vespari plus
cutum otij, & tam idoneum hominem, tabellarij vice, nactus, nolui
vacuum illum dimittere. Ago Deo opt. max. gratias ingentes
quod istic omnes tot eximijs donis instructos istis gigantibus
opposuerit, & illum assiduis gemitibus precor, ut opus illud sanum in
vobis perficiat, quod sane faciet, nisi publica peccata totius orbis ter-
rarum impedierint. Sed ne sic quidem operam Deo praeclaram navare
(?) sat scio, desinetis, cui satis est superque, si nos pro ipsius misericordia
& bonitate approbemus. De rebus gallicis uno verbo omnia fermentum
chaos

Vide 7 no 127.
hinc ni sint
collocandae.

chaos illic est, in quo & qui fallunt falluntur, & qui falluntur fallunt, utriq. inexplicabili labyrintho sese magis ac magis involuentes. Denique haud satis scio an tale unquam extiterit horrenda tum caritatis tum improbitatis exemplum, cuius non potest non esse talis exitus, qui totum Occidentem concutiet. Infinitum esset, singula certissima τεκμήρια perscribere. Ecclesiae nunquam in maiore uel certiore discrimine positae fuerunt, si humanis consiliis Christi regnum regeretur. Sed vivit Deus is cuius virtus in suorum imbecillitate potissimum elucet. Apud vos autem utinam Castellarum arcis incendium securitatis, nisi Deus avertat, longe aliis flammis non praeluxerit. Resipiscentia & precibus solis hic Daemon extrudi potest, in ista desperata obduratione. Sed quotusquisque de istis cogitat? At nos saltem, mi frater, culpam negligentiae praestemus, & vigilantes deprehendamur. Bene vale, mi charissime frater. Dominus Iesus te magis ac magis confirmet, tuisq. laboribus semper benedicat. Geneuae. 15 febr. 1581.

Tuus Beza.

EIDEM.

#76

S. Misi ad te, mi frater, responsum ad illas fabelli calumnias de nobis impudentissime confictas: nec ab eo tempore quicquam istinc literarum accepi. Utinam vero, (quod a Deo quotidianis precibus peto) in istis nunc malis diebus Dominus ille Deus noster & vos & caeteros veritatis propugnatores adversus istorum rabiem tueatur, qui cum summa improbitate, parem

audaciam

audaciam & imprudentiam coniunxerunt: neq. diutius illos principum
& magnatum credulitate abuti patiatur. De rebus nostris, recte adhuc
omnia. Accepimus his diebus fratrum aliquot nobis vicinorum literas, cum
eorum responso, qui & eo quod de exorcismo tolerando, petentibus ipsis
scripseramus non arguerunt. Dolet mihi vehementer haec αὐθάδεια
qua gens illa praesertim & sibi & alijs plurimum nocuit, & hoc saltem
illos consilium non capere demiror, mutandarum potius sedium, quam
Ecclesiae quae ipsos in sinum recepit, perturbandae, si quod illis consilium
petentibus damus approbare non sustineat. Interim vero vicem tuam &
aliorum bonorum deploro, qui tam multa, quae iam pridem abolita esse
oportuit, & instaurando, nisi sedulo caueritis, papismo fermenta prae-
bent, tam diu tolerare cogamini. Nec enim dubitare possum, quin
haec tibi multisq. alijs displiceant. Sed nosti quoq. quid nostri sit
muneris, & quid Israelitis non excisis idolorum altaribus & lucis
acciderit. Cum te quoq. difficultates ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν hic
circumstent facile conijcio. Sed te nihilominus commonefacere & hor-
tari quamuis sponte currentem non desinam ut opportune & importune
tam necessarium opus promoueas, & hoc saltem nitaris efficere, ut
qui tibi in hoc studio succedent, exemplo certe tuo, quasi tu istaec ap-
probaris, uti non possint: quod in re quantopere sit ab alijs qui

nos

nos antecesserint peccatum, experientia demonstrat. Alterum autem collegii nostri responsum, quod nunc ad illos mittitur, priori prorsus simile, si non approbarint, hoc nobis saltem ab ipsis concedi postulamus, ut suo sensu fruentes, nos deinceps his de rebus non interpellent. Bene Vale vir eximie et plurimum observande frater, una cum amicis omnibus, quos ex me velim abs te officiosissime salutari. D. Jesus gemitus nostros adversus exaudiat, tuisque sanctis laboribus magis ac magis benedicat. 28 Martij 1581

Tuus quem scis satis nostri.

EIDEM

#77

S. Heri tuas accepi, ex quibus colligo negocium adhuc tibi a fratribus Belgis exhiberi, quam tamen totam controversiam plane sopitam esse ex Tussani nostri literis credideram. Eramus enim aliquot plenius ad illorum obiecta, post Danaei nostri discessum ad nos una cum fratrum quorundam superioris Palatinatus literis allata, plene responsuri. Nunc igitur, cum ne nunc quidem illos quiescere videam, et rem totam ipsi ad nos detulerint, de re tota rursus ad collegas referam, ut et tibi et nobis deinceps, si fieri potest, molesti esse desinant. Interea causam non video cur vel minimum commoveare, vel consueta prudentia uti pergas in omnes occasiones rerum in melius promovendarum intentus. Sic solent homines imperiti sive de rebus sacris, sive de civili

admi

administrationem, aliena carpere, & sibi facile persuadere, se longe sapientius ecclesiam gubernaturos si clavum tenerent: quod si forte illis obtingeret, Deus bone, quam cito vel segni naufragium, vel illos cum pudore imperitiam fateri suam oporteret? Illud quidem certe miror, si haec ista non habent pro tolerabilibus naevis, cur non suae conscientiae consulentes alias sedes quaerant, potius quam nos interturbent, & Ecclesiam in qua sunt excepti, in discrimen adducant. Sed de his plura postquam cum fratribus contulero, nisi tibi fortasse aliud videbitur. De rebus gallicis tam incerta haec pax est quam unquam fuit, dum nisi me omnes coniecturae fallunt, & utinam fallant, horrendum aliquid isti cogitant, sed quo superiorem quoque omnia postponit iocis & ludis videri, ultro sese ruentis praecipitantibus quos minime oportuit, quantumvis serio quid illis impendeat admoneantur. Angli et Scoti eodem sunt loco, & iisdem artibus irretiti, imo iam pene irretitos teneri non magis sentiunt. Mira sit etiam eorum ἀναισθησία, quorum credulitate ἀλάστορες illi tam diu & tam impudenter abutuntur, quis non animadvertit? Benedictus est Dominus Deus noster, qui mitius nobiscum egit: faxitque ut saltem quod nostrarum est partium pro viribus agendo, animas nostras liberemus, ipsius misericordia freti. Annotationes meae maiores in quibus emendandis multo libentius quam in scribendis apologiis & crambe recoquenda

recognoscenda operam pono, duobus prelis recudantur. Mea ad Holderum
responsio quantumvis brevis, excudi ante nundinas non potuit. Alte-
ram secundum partem hoc unum remoratur, quod plerorumque nostro-
rum procerum imagines nancisci nondum potui. Tertiam quaestionum
partem quoties in manus resumpsi, refugit animus: Curabo tamen
quando ita necesse est, ne promissi videar oblitus. Bene vale vir exi-
mie & summe observande. D. Iesus Satanae rabiem cohibeat, & utri-
usque sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Amicos omnes velim
ex me quam officiosissime salutes. Genevae. 25 April. 1581

Tuus Beza.

EIDEM

78.

Si controversia illa de Exorcismo istic a fratribus Belgis excitata, iam
sedata est, ut est nobis Neustadio significatum, gaudemus ita factum,
& Deum precamur ut nunquam repullulet. Sin minus, & si quid illi
adhuc tribuendum putabunt nostri Collegij sententiae, quam tantopere ex-
petierunt, uteris hoc scripto pro tua prudentia quod ad te mittitur, ita
ut est ex communi nostrorum omnium consensu, a quodam ex nostris
Collegis conceptum. De rebus nostris, undique nobis scribitur in nostram
perniciem esse a Catholicis principibus variis coniuratum. Precare Deum
opt. max. ut hunc nostrum hirundinum nidulum servet, in quem tot avicu-
lae undique exagitatae convolant, ut locus vix iam illarum turbae sufficiat.

In Gallia pendent adhuc o͠ia, sed ita ut ita ut metus longe lateq. spem prudentium hominum superet. Mirum, mi Belgas quoq. serò suorum consiliorum peniteat. Bene vale vir ex͠ime, & plurimum observande fr. D[eu]s letus mitiget poenas peccatis n͠ris debitas, tuisq. & bonorum omnium laboribus benedicat. Amicos n͠ros. in d͠no & me officiosiss. salutari. 23 May 1581

Tuus B.

D. Meliti literis quas heri accepi nullo modo nunc vacat respondere. Parodiam certe quam ad me misit, nolim emanare, quâ nihil obscaenius dici potuisse credo. Nobis enim profecto non tam quid isti mereantur, q̃ quid nos & optimam causam deceat, spectandum videtur. & absit ut pro huiusmodi huiusmodi reponamus.

EIDEM

79 S. Literas tuas heri mihi redditas hodie collegis meis exhibui, qui o͠es tibi plurimam salutem dicunt, teq. vehementer rogant, ut tibi persuadeas neq. istis quorum in literis tuis meministi, neq. alterius cuiusq. calumniis, si quae obortae fuerint, fieri posse, ut ullam de te suspitionem malam concipiant, cuius & doctrinam & pietatem perspectam habent. Est autem, omnino, fateor, genus istud hominum importunum, & durum est illatas ab ijs iniurias perferre, quos tot tantisq. beneficijs affeceris. Sed ut tu sapienter & Christiane scribis, vincere potius & tenere istos amicorum meus[?] Ch͠ri oblisse decet. Itaq., mi frater, etiam male sibi consulentibus, quantum fieri potuit, bene consulamq

lamus, ut si quid ipsis sinistri evenerit, soli esse in culpa inveniantur: & in-
terea mutuam inter nos concordiam tueamur. De rebus nostris. habemus in
vicinia bellum adversus Delphinatum Ecclesias, testantibus interim adversarijs
se velle sanctissime pacem ultimo edicto sancitam servare, & nescio quae simi-
lia cum impudentia praetexentibus. Itaq. in eo tantum mutatam video nos-
trorum conditionem, quod hostes habebunt maxima ex parte tectos, & tanto
nocentiores quanto tectiores. Affirmo tamen tibi ne sic quidem aboleri
Christi regnum, utpote quod sub cruce florere consuevit. Fratrum nos-
trum animi magis ac magis abalienantur, nisi haec quoque sunt amantium
irae, vel certissimae quod multi opinantur dissimulationes. Lusitani
eodem tempore spe mittendi auxilij insistuntur, & in Hispani gratiam prati
[illegible] maximis poenis, ne quis in Delphinum bellum proficiscatur. In Anglia
sunt adhuc incertissima omnia de coniugio. In Scotia Dominus spem
magnam facit fore ut malorum conatus in contrarium vertat. Vide,
mi frater, quam misera sit filiorum huius seculi conditio, quam nos quoque
ut in eodem mari iactatos vexat. Sed sedente nostro illo mare tem-
pestatum omnium potente Rege & Domino, quos procellae perditos omnes in Cha-
rybdin aeternam Dei iudiciorum praecipites dabunt, nos, ut spero, ipsi tum fi-
dentes in portum appellet. Bene vale, mi carissime frater, cum amicis omnibus
quos velim ut ex me officiose salutes. Dominus Iesus tibi tuisq. laboribus magis
ac magis

ac magis benedicat. Genevae. 20 Jun. 1581. Ignosce quaeso tum occu-
pationibus meis, tum tabellarij festinationi.

Tuus Beza, quatriduo post, sic Deus sic vo-
let, annum climactericum ingressurus: qui
si mihi scala fuerit in caelum: fuerit
mihi felicissimus.

EIDEM

80.

Laboro de tua valetudine, & uxoris & tua causa, mi cariss. frater: nec
eam desino patri misericordiarum commendare. Ego satis belle valeo, Dei
gratia. Harmonia prodibit his nundinis, unde procul dubio ad vos perfe-
retur, alioqui exemplar hinc ad te misissem, nisi tabellarij aestuales hoc onus
recusarent. Est enim nonnihil spissus liber. Mitto autem ad te nostram
ad Holderi convicia responsionem, quam spero in hoc argumento, quod
ad me quidem attinet, postremam fore, ne si quidem centum conviciorum
myriadibus me prosciderint à quibus mihi satis est ad Dei tribunal &
diem provocare, ut me nuper quidam Laevinus Danaeo respondens immeren-
tem dehonestare studuit, vetera quaedam epigrammata mea mihi respo-
nens, quum tamen neque Danaeo fuerim autor ut eiusmodi nugatoribus re-
sponderet, neque Danaei spongiam legerim. Sed age non impedient isti
quominus ad metam usque pergam, illo favente, qui mihi auctor istius
felicis incaendi cursus fuit. De rebus nostris, instructissimum exerci-
tum Gallicum habet Dux Meninus, Guisij frater in vicina Delphinatus pro-
vincia

Vincia, & nullum tamen hostem, siquidem sese nostri ultro ipsius fidem se-
quuti dediderunt. nec aliter fecisse uel facturos Occitanos arbitror. Hic
est status in quem Gallicas Ecclesias illi infelices praecipitarunt, praeser-
tim si uerum est, quod est huc heri allatum, nempe fusos Alenco-
nium apud Cameracum, & nobiles illos qui nimium multi ex nostris
illum sequuti sunt, partim caesos, partim captos. Sic enim ipsi maluerunt
recta monentes & quod iam accidit multis argumentis futurum prae-
monentes audire. Adventat etiam ad nos vicinus regulus, & multi
ex amicis existimant in nos ista omnia comparata. Inter miserijs
hoc unum me solatur quod dicebat Abraham ille credentium pater: Do-
minus providebit: & quod crux nunquam Ecclesiam perdidit. Fiat igitur
Domini Dei nostri voluntas. Bene vale, mi carissime frater. D.
Jesus suarum promissionum memor, nostrarum autem iniquitatum obli-
tus nostri misereatur & tibi utrique benedicat. Ex duobus exemplaribus
quae ad te mitto, velim alterum D. Herdessiano nostro tradi, quem etiam
ut & D. Camerarium velim ex me officiosissime salutari. Genevae. 29 Aug.
1581

EIDEM — Tuus Beza.

S. Heri, mi cariss. fr., suavissimas literas tuas accepi, quum hebdomade
superiore, cereas illas candelas acceperim. Ita sum abs te duplici beneficio
simul affectus: pro quo nunc quidem tibi nihil aliud praeter hanc chartam repono
in qua

81

in qua te velim animadvertissimi tibi fratris animum intueri. De nobis ad
nescio quem conventum evocandis, creditum est hic etiam aliquid, imo & ad
me a nonnullis fratribus perscriptum. Sed vanum hoc esse semper credidi: neq.
si evocaremur, helvetica ecclesia nisi prudente praeeunte deliberatione, fa-
cile consenserint. Ego quidem certe nolim committere ut collationem
defugisse videamur, sed non video quid inde boni sperandum sit, si cum
istis nullius prorsus conscientiae, & iusto Dei iudicio excaecatis hominibus
collatio constituatur. Itaq. quid ita insanientibus iis, a quibus illorum
intemperies pene solis compesci potest, sit nobis sperandum, non video.
Omnia igitur Deo committo, & officio nos defunctos existimabo, si culpam
praestiterimus. In Gallia quoq. si humana praesidia spectes, video quo-
rundam socordia res eo redactas, ut in unum coelum respicere cunctas
ecclesias oporteat. quod si omnes fratres constanter sustinerent, melius cum
illis quam furentibus bellis actum iri non dubitarem. Sed aut ego fallor
aut civilem potius quam Deum pleriq. metiuntur. Sed age novit Dominus
qui sint sui. publicus autem totius illius regni status prorsus iam habe-
tur pro deplorato. et non procul abesse potest horribilis aliqua mutatio.
In Scotia idem malum est prae foribus. Alençonius statim sese Came-
raco recepit, nescio quas causatus. Quid igitur Belgis sit futurum novit Deus.
Nos vero quid interea? Pergemus nimirum, Deo favente, ad metam usq.

Hec

Hoc enim illum nobis pro immensa sua misericordia saluum spero, quem etiam atque etiam precor, Vir eximie & plurimum obseruande frater, vt te nobis saluum & incolumem quam diutissime praestet, tuosque sanctos labores magis ac magis benedicat. Geneuae. 24 Octob. 1581

Tuus B.

EIDEM

82

X

Quum de valetudine tua nihil iampridem audiuerim, Reuerende vir & obseruande frater, dabis veniam amico de te sollicito, & veniam de hac importunitate sua petenti. Nos valemus adhuc, Dei gratia. Ecclesiae gallicae nunc ab ipsorum hostium fide pendent, κάλα σαθρά. Sed Deus est in caelis qui suos supra vires tentari non patietur. Caeterum superest rogo te vehementer ut literas istis adiunctas cures, & amicos omnes officiose ex me salutes. Ex Musaeo nostro. 12 Januar. anno 1582, qui Utinam tibi bonisque omnibus feliciter boni cedat.

Tuus amicus [illegible].

EIDEM

86

Accipe mi obseruande frater, quis sit rerum nostrarum status. Postquam totos quinque menses sola patientia restitimus, quibus non deessent nec domi nec foris qui hostem trans Alpes usque, nisi prorsus fallor, repelleremus: tandem Regis Galli comminatione, Heluetiorum foedus tunc procurantis cui bellum istud maxime obstabat (vide hic iterum quam admiranda

admiranda sit Domini, Deique nostri prouidentia) & Helueticorum Cantonum as-
pera satis interpellatione factum est, vt ille tum arma se positurum, tum
Heluetiorum arbitrij de controuersijs omnibus iudicio sine exceptione staturum
spoponderit, quam conditionem Bernenses quoque tulij & nos accepimus.
Itaque iam libera est ab istis non tam militibus quam latronibus vicinia, & ad
Cal. Octobris Heluetiorum conuentus cogetur, in quo de iudicij & discep-
tationis sequendae forma statuetur, Sabaudo quidem in duodecim ipsos
Cantones consentiente, nobis autem & socijs Bernensibus serio postulanti-
bus, ut quinque illi excipiantur a quibus in hoc ipso bello sex aduersum
nos vexilla obtinuit, ut plane verear ne iactum sit alterius belli multo
etiam damnosioris semen. Sed his quoque, ut spero, Dominus prouidebit,
cuius singularis in nos misericordiae, tum in detegendis & frangendis hos-
tium insidijs tum in excitandis ad nos iuuandos fratrum etiam remo-
tissimorum animis, tum in conseruanda denique ciuium concordia summus
experti: vt vix id credituros plerosque arbitror, si rerum istarum historia
in lucem proferatur. In Belgico detecta est horrenda, ut aiunt, Lotharin-
gorum non tantum aduersus Alenconium & Auriacum, sed etiam adver-
sus ipsum Galliae Regem coniuratio, expresso duorum captiuorum testimonio
confirmata, quorum alter sibi necem in carcere consciuit. Rex nuper ex-
peditis equis Parisiis Lugdunum inuisit, ijs ipsis stipatus qui esse feruntur

ex

ex huius coniurationis principibus, tantum abest ut illis indicijs fidem habeat. Inde ad uxorem in thermis non ita procul Lugduno remotas abijt, peregrinatione quoque ad divam Mariam Puteanam, Cis ... apud Arvernos vetustissima idolomania celeberrimus, instituta, ut prolem scilicet Virginis intercessione impetret. Ecclesiae gallicae adhuc inter spem et metum haerent, pergentes tamen, atque non sine incremento. Nos in scholae instaurationem toti nunc sumus intenti. Tu vero cum amicis omnibus perge nos assiduis precibus Deo commendare, ut et ego illum precari non desino, ut infirmorum et vere ubicumque contribulium in finibus, et te, mi carissime frater, et bonos istic omnes potentissime conservet. Geneve 28 Augusti 1582.

Tuus Beza.

y oll Lam ... ille no 116

D. Hertesianum nostrum et ceteros amicos velim ex his literis quas tui nostrique status intelligere, et ex me quam officiosissime salutari.

83

EIDEM

S. Utinam possem laetiora tibi nunciare, mi frater. Res ergo nostrae nunc ita se habent. Detectis divinitus et necentinum quatuor patriae proditorum supplicio vindicatis, quae Vicinus in nostrum caput compararat, summissae mox ab illo sunt peditum equitumque copiae, quibus, interdicto nobis omni commeatu, circumcingere nos coepit. Admoniti hac de re socij, quibus ille sese potissimum infensum esse simulat

lat, primo quidem sese nonnihil, ut in communi periculo, commovere age-
runt, sed paulo post mendacijs & alijs artibus eluti, diversum prorsus consi-
lium capere. Sic auctum est eo usque malum, ut quos initio repellere nullo
negotio licuit, eosdem nunc multos nobis videamus imminere, non sine caede &
difficultate debellandos. Disiecta sic est tota Germanica Ecclesia; schola
utraque nuper florentissima, aegre nunc sese sustentat: aerarium exhauri-
tur: annona non ita multum superest: cives vigilijs & alijs laboribus
muniendae tuendaeque civitati necessarijs atteruntur. Nihilominus tamen
Deo fretj & innocentia, rectaque conscientia suffultj, adhuc sustulli stamus
& ad extremum staturos nos spero. Missa est legatio, gentis totius
Helveticae nomine quae huius motus causam ab hoste postulet, & ut iure
non vi potius nobiscum & cum socijs agi. Offerunt quoque sese suaque omnia
Gallicae Ecclesiae. Sed magnae contra difficultates hic sese offerunt, vijs
interclusis, & Hispanorum copijs in Belgicam profecturis, admontantibus.
Vix enim ista probabile est unius vicini nostri voluntate geri. Quid
igitur? nempe ad illud Abrahami credentium patris symbolum confu-
giendum est, Dominus providebit: quod adhuc sedulo facimus, & per
ipsius gratiam facere constituimus: nec etiam dubitamus quin boni
pijque omnes suas nobiscum preces coniungant. Ego vero privatim tot
tamque varijs in hoc motu curis & laboribus distringor, mi frater, ut vix

ullum

Ullum librum inspicere liceat, nedum ut fidem D. Monavio nro de-
quum quadam quaestione datam adhuc solutum liberare. Cui quum absque
meo responso quod paucis absolvere nullo modo nunc possim respondere
me pudeat, rogo ut hoc illi significare, & veniam nostrarum statim ad
illum perscribere ne graveris: cuius tamen desiderio primo quoque tempore
Deo favente, satisfaciam, nisi me prorsus ista oppresserint. Bene vale
Vir Clarissime & charissime frater, cum tuis amicis omnibus. Dominus
Deus noster nominis sui super nos invocati potius quam iniquitatum nrarumque
memor faxit ut sub hac ferula proficientes & promptam ipsius ope
ad ipsius gloriam sempiternam Christi, brevi de nostra liberatione
gratias illi agamus. Genevae. 2 Junij 1582

Tuus Beza

EIDEM.

S. Heri literas tuas accepi, mi cariss. frater, quum nudius tertius ✕ 84
ad te per mercatorem quendam Lugdunum redeuntem scripsissem: Idcirco
nunc ero brevior. Rerum .n. nrarum statum plenissime ex meis ad
D. Cratonem nrm literis cognosces te volim, ne bis tua tales scribendo
& ipse mihi & amicis sim molestus, alioqui sic et occupatus, ut quod
paulo accuratius D. Cratoni scripsi, nebulis suspiriis me operuerint. Id-
circo apertas illas ad te mitto, ut cum legeris, obsignes ipse & ad illum
cures perferendas. Hoc est mihi Christianum in [illegible] itonem
apud

apud D Herdesianum, virum nunquam satis laudatum, cuius literis, quo
longioribus, eo gratioribus per recurrentem vestrum tabellarium me respon
surum, ut & fidem D Monavio nostro datam liberaturum spondeo. Cum
Crystallo, vase profecto luteo, de quo ad me D Herdess. mihi nullum
negotium unquam est, unquam fuit, nec erit, nisi solidior, & ipsa aureus vel
argenteus ex luteo fictili evaserit. Tantum misit ad me D Monavius
ante aliquot menses, quandam eius ad magnatem quempiam epistolam
cuius exemplum ideo retinui, quod in ea nonnihil extaret unde illum
appareret sociorum consilia, praesertim quod ad subscriptiones attinet, non
probare, aspersis etiam quibusdam ex quibus videri posset de me non
usque adeo inique iudicare. Rogatus an hac occasione vellem ipsi dare
quidpiam literarum, respondi me amplius deliberaturum. Videbam enim
illum in hoc ipso scripto ἀσύστατα ponere, quod certum est vel stuporis
argumentum (cuius tamen illum non arguerim, nisi quatenus istius
modi homines iusto suo iudicio dementat Dominus) vel infidi animi
τεκμήριον. Mihi vero cum istiusmodi absit ut ulla intercedat fami
liaritas, qui alioqui neminem odi. D Freceri filius Basileae substitit
unde literas tuas & Herdesiani nostri accepi & in eo sapienter fecit. Ego
& ornatissimi viri patris ipsius causa, & ob vestram commendationem,
atque adeo propter eius pietatem ac doctrinam quam ex ipsius ad me

literis cognovi, non patior, si ad nos venerit, ut ullum in me amici officium desideret. Bene vale, mi carissime frater, & pro nobis vicissim assidue precari perge. Genevae 5 Junij 1582. Tuus Beza.

85

EIDEM.

S. Utinam istinc meliora quam nos nunc quidem a nobis. Nos enim statu nihilo meliore nec certiore sumus, imo vix fieri poterit quin intra paucissimos dies, m[...] occasione, flamma penitus erumpat, pergente magis ac magis in insaniam sua vicino, & sociis adhuc cunctantibus quos potius Prometheos esse oportuerat. Sed & de Galli quoque fide ambigimus. Fiat ~~Domini~~ Dei nostri voluntas, quem nobis hoc saltem consensurum spero, ut quicquid illi visum erit nobis imponere, fortiter perferamus, ipsius virtute freti, cui sat scio nos assiduis bonorum precibus commendamur. Quod superest rogo te etiam atque etiam ut fasciculum D. Monavio nostro inscriptum tuto Vratislaviam perferendum cures. Bene vale mi observande frater, una cum amicis omnibus quibus prospera & tranquilla omnia precor. Genevae. III Jul. 1582.

Tuus Beza

Annum vitae meae sexagesimum quartum XXIIII Junij ineuntem, his versibus salutans.

Lux natalis ave, senos repetita per annos
Decies trinis super additis. Quos ego Te
Reliqua vide alibi.

Ante epistolam sequentem pendere illa (?) est 7 numero 116.

87 S. Nulla causa fuit mi carissime frater, cur silentium aliquot septimanarum apud me potius negligentiae verum excusares. Nam hoc quoque scribendi officium ex aequo & bono pensitandum est. Habeo gratiam quod ad me scripseris, quid tibi de illo coniugio videatur, de quo ad te scripseram: neque hac de re aliter quam tu statuo. Tantum nollem nimium adstringi istius civilis obligationis vinculum, & ita laqueum conscientijs inijci, humanarum legum respectu, quibus alia quoque licitorum matrimoniorum impedimenta debemus: ut eadem leges quum legislatoribus placuit, divortiorum causas contra ius divinas amplificarunt. De autem Hedessiani uxor hac re iudiciam capitissimi & Christo, quem velim in ex me officiosissime salutes. De rebus nostris nondum convenit inter vicinum & nos de sessoris arbitris potuit, nec forlassis unquam conveniet, siquidem ille perstiterit urgere, ut in eorum arbitrium consentiamus, quibus ne ipsum quidem Romanum Pontificem nobis infensiorem & capitaliorem hostem habemus. Expectamus autem in silentio & spe comitiorum Helveticorum diem ad dominicam quae Epiphaniam sequitur. Nihil dum enim in Calendario usitato in hac urbe mutavimus. Si ius valeat de exitu totius controversiae nihil ambigimus. Sed quae nunc sint tempora, qui mores, satis intelligis, & nos magis ac magis experimur. Neque vehementer abs te & amicis

omnibus

omnibus peto, mi frater, ut assiduas pro huius Ecclesiae & scholae conser-
uatione preces profundere pergatis apud illam a qua unice providentia toti pen-
demus. Sumus adhuc singulari Dei opt. max. beneficio a pestis
contagione immunes, quae vicinam nostram Basileam usque pergit infestare,
& pleraque Galliae provincias occidentem versus horribiliter devastat.
Alioqui nunc in Gallia quaedam est pacis species, & paulatim instau-
rantur Ecclesiae, fortiter in Domino perseverantes. Bene vale, mi plu-
rimum observande frater. Dominus Jesus faxit ut pristinas quantum libet
saevas ac diuturnas tempestates tandem in illam aeternae tranquilli-
tatis portum provehamur. Genevae XVIII Decembr. 1582

Tuus Beza.

EIDEM

88

Ita omnino mihi quoque videtur, summum Germaniae onus impendere
vel regno potius orbi toti Christiano. Sic autem statuo, non pessime
cum illis agi qui vel peste vel fame, vel bello, aut iam nunc affli-
guntur, aut prementur in posterum, quoniam haec παθήματα possunt
per Dei gratiam, fieri μαθήματα. Verum quid iis facias, quos Do-
minus ἀναισθησίᾳ percussit. Et hic quidem nunc est Galliae
status, quam tantum abest ut civile vicennale bellum crudelissimum
sese respicere docuerit, ut nulla unquam regio tanti luxus exemplum
praebuerit. Itaque non tam ira Dei nobis iam videtur deprecanda, quam

hoc

hoc petendum, ut quandoquidem ineuitabile iudicij tempus aduenit, sic i[llegible]
comprehendamur, ut cum mundo non pereamus. Audio vos istic quoque
peste infestari coepisse; quae Armoricos & Sedunos in Gallia prae[ex]hausi[t]
Grassata etiam est totum iam pene biennium in vicina Heluetiam
versus, ad urbis huius portas usque interdum progressa. Sed benignissimus
ille pater, belli gladium nobis districtum ostentasse contentus, adhuc
nobis, quod ad illud ipsius flagellum attinet, pepercit, adeo ut in-
stauraui quoque nostra schola coeperit non infeliciter. Vicinus quoque in
speciem remissius agit. Nos partim iura nostra, sicuti conuenit apud
Heluetios persequimur, partim domi assiduas agimus excubias. Haec
enim nostra sors est, quae nos quotidie docet ab una Dei prouidentia
pendere. Bene Vale mi carissime & summe obseruande frater. Dominus
te tuosque omnes, totam denique remp. vestram feliciter seruet. Geneuae. 15
Januar. Anno 1583 quem vobis summe felicem & prosperum precor

Tuus Beza

EIDEM

89.

Non dubito, mi charissime frater, quin certo & copiose cognoueritis
quid tandem Satan quidem sit in Belgio molitus, Dominus autem ille
Israelis sui custos, etsi non prorsus tamen maxima & potissima ex parte
infregerit. Nescio an ullum extiterit unquam tanta perfidiae exem[plum].
Ego quidem nunquam hoc addubitaui potius ut quicquam boni ab illis expectarem

quibus

quibus nihil unquam sceleratius Sol aspexit. Utinam, quod vix ausim
adhuc sperare, in iis quae supersunt saltem vates fuisse deprehendar.
Quod ad nos attinet, qui in ipsis leonum faucibus versamur, speramusque
in Domino Deo nostro, et quam prudentissime fieri a nobis potest, inter
Symplegades navigamus, hoc unum spectantes, ut nusquam a portu ocu-
los mentis dimoveamus, ubi constitit ille, qui nos ut spero, per me-
dias etiam mortes ad se perducet. Tu vero mutuo pro nobis, una
cum caeteris fratribus precari non desine. Etsi enim diversis locis
tamen pro eadem causa adversus eosdem hostes certamus. Bene
Vale, mi carissime frater. Deus tuus exaudiat gemitus servorum et
Satana coercito faxit ut ad metam usque inoffenso cursu pergamus.
Genevae, 12 febr. 1583 Tuus Beza

EIDEM.

90

S. Heri observande mi frater, literas tuas accepi, ad pridie Mar-
tij Calendas datas, quibus recte fecisti, quod illas adiunxeris de
Cadmaeorum fratrum iurgio, nisi fortasse haec sunt amantium irae.
Nos interea Dei nostri tum in profligandis sui nominis hostibus
potentiam, tum in tuenda veritate sua bonitatem agnoscamus et
adoremus. Quae nunc consilia capturi sint in Belgio miseri fratres
nescio. Sed non temere metuo ne ex Scylla sese ultro ruituri in
Charybdin.

Charybdin. Danorum nostrorum serò pœnitet amicorum monitis non paruisse.
Eum utinam tandem audiam saluum ex his tempestatibus aliquo euasisse.
Anglia uideo nescio quid metui, quod coniicere nequeo. Scoticus quoque incertus
est status, Rege, ut plerique arbitrantur, ne nunc quidem Albinium pro pro-
ditore habente, quamuis Scotia extrusum. De Coloniensi causa idem quod an-
tè existimo: nunquam uidelicet, nisi caelo ac terra commotis passurum Sa-
tanam hoc uelut cornu sibi tam uiolenter eximi. Nos quoque minime
immutato principis nostri animo, & ne nunc quidem ipso sese ad diem quem
condictus fuerat, sistente, dubij inter spem pacis perexiguae, & multo pro-
babiliorem belli metum pendemus. Eadem est Gallicarum Ecclesiarum con-
ditio, in tam desperata hominum perfidia. Quid igitur? nempe in eum
respiciendum nobis est, qui suos nunquam propensius iuuat quam quum despera-
tissima sunt humana remedia. Quaestionum Theologicarum tertiam partem
non abieci quidem, sed adhuc distuli, quod omnino uideam millies actum ac-
turus. Alteram secundam partem nescio an sim absoluturus, quibusdam im-
probantibus quod imagines adiecerim, & Jesuitis etiam ipsis hoc Ecclesiis
Gallicis exprobrantibus. Sed haec nihil me mouerent, si nostrorum nobili-
um icones & historica quaedam possem nancisci. Thesaurus linguae La-
tinae Robertinus hic nullus prostat. Mitto ad te exemplum dialogi
cuiusdam, quem tibi non ingratum fore spero: Sadeelis responsum ad Pos-
naniensium Jesuitarum theses de Eucharistia breui, ut spero, nostris

Bene vale Vir eximie & observande frater, cum D. Hardestiano, D. Camera-
rio, & amicissimis caeteris. fasciculum D. Monavio inscriptum rogo ut
tuto perferendum cures. D. Jesus tibi, Sanctisq. tuis laboribus magis ac
magis benedicat. Genevae XII Maij 1583 Tuus B.

EIDEM

91.

S. Res est, inquit ille, solliciti plena timoris Amor: quod nostrae Christianae
charitatis proprium est. Itaq. quum a te iampridem nihil acceperim
literarum, de tua valetudine non parum laboro. Ego superiorem mensem
Maium, & Junij partem salutandis Helveticarum Ecclesiarum fratribus
charissimis, cum incredibili consolatione consumpsi, & toto itinere quod
in summo aestu sum ingressus, ut fidem fratribus iam olim datam semel
liberarem, bene habui, Dei beneficio. Domum autem reversum eadem
sinistri femoris & dextri pedis imbecillitas repetijt, quae tamen nondum
impedivit, quo minus, lente quidem, nec sine metu, progrediar quo me
munus vocat mihi impositum. Valemus & promovetur schola
non infeliciter. Vicinus autem diem de die ducens, vel nos insidijs
intercipere, vel assiduis aerumnis delassatos opprimere se posse sperat:
neutrum tamen, Deo favente, perfecturus. Gallicae Ecclesiae pacis specie
quietemq. frementes paulatim instaurantur. Captari tamen a quibusdam
omnes infringendae pacis occasiones, nec quicquam gratius Regi posse accidere
verae religionis quam profitemur excidio, procertis constat. Sed multa
sunt

sunt vilissimi, quae Regem ad continuandam hanc pacis speciem vel invitum cogant. Germanicum bellum utinam nulli novo syncretismo possit occurrere. Nos interea culpam prudemus, Deo fisi, & ad ferenda graviora nos ipsos per istius gratiam & misericordiam comparemus. Literas Vratislaviensibus amicis inscriptas rogo ut tuto perferendas cures. Bene vale Reverende Vir & summe observande frater. Eleutheropoli. 2 July 1583

Tuus illi totus.

Mitto ad te scriptum a nostro Serrano Demansontes Ecclesiae nomine editum, quod tibi non ingratum fore confido. Alterum Sadeelis nostri eiusdem argumenti sed nervosius per vestrum ordinarium tabellarium ad nos reversurum accipies.

EIDEM

92. S. Flori, mi carissime frater, literas tuas longe gratissimas accepi, quae de inquietudinis tuae statu valde laborarem. Belgas istic non sapere multum doleo, sed minime miror. Est enim quoddam hominum genus quod nec sibi consulere, nec ab aliis consilium accipere possit. Hic vero quid aliud quam culpam prestiterunt? Deum autem opt. max. precor ut & vestro magistratui quam moderatissima consilia suggerat, quorum istos caetus impunitate nolle peccare, & te ipsum istud iugum trahentem eadem sapientia tum prudentia instruat, qua tibi in ea civitate & his temporibus opus esse video. Intelligo D. X. Cr. nostro concordiam in Polonia inter Lutheranas & fratrum Ecclesias in ipsius Regis et Cancellarii conspectu,

bonis

bonis conditionibus coiisse. Addit etiam singularem esse constantiam nep-
tis Regis quae Cancellario nupsit. Id vero cuiusmodi sit, velim plenius
intelligere, ut solidum hoc gaudium gaudeamus. Gallia fruitur qualicunq.
pacis specie, quod ad religionem attinet, caeteroquin miserrima. Nos pen
demus μετέωροι, tantisper dum Cal. Septembr. advenerint, qui dies est
comitijs sextis Helvetijs dictus. Bene vale, mi carissime frater. D.
Iesus tibi tuisq. sanctis laboribus quam cumulatissime benedicat. D. Hudes-
siandrum velim ex me vicissim quam officiosissime salutari. Eleu-
theropoli 30 Iul. 1583. Tuus ille quem totum nosti.

Quas potui infrascias Ursino illi nostro persolui. Venerius quoq. noster
abest ut abeat indonatus. Nec enim aliud est quod amicorum memoriae
praestare possim, tantisper dum illos subsignem. Hic fasciculus, ut spero,
vestrum tabellarium minime gravabit.

EIDEM

93

S. Recte facis, mi observande frater, quod vestrum urges. quod si res non succe-
dat ex animi sententia, ut uti sane debuit, bene est tamen quod partibus
tuis defunctus, conscientiam istic tuam liberavis. Vix quidem certe efficaciter
considerem exercitatos olim, qui hinc tam certi erroris et alius spiritum
ne ex alijs quidem cesti patiuntur. Sed quid agas? Nodi, mi frater,
quaecunq. ferenda sunt, quae ut mutari non possunt, ipsa tamen religionem non
convellunt.

convellant. Det tibi et nobis quoque tuam constantiam tuam dexteriorem illam, qua nobis adversus Satanae praecipuos & domesticos astus opus est. Nos hic exercemur perpetuis excubiis, tantisper dum tandem aliquando desinant Helvetica comitia. Tentamur nunc ad dextram. Non deserit nos, ut spero, qui ad sinistram tentatis adfuit. Rex Lugdunum advenit Hephestioni suo ex Italia revertenti occurrens. Dominus dividat impiorum linguam. Utcunque sit, fremunt gentes, & consilium capiunt principes, si unquam alias. & videtur fieri vix posse, quin ulcus brevi rumpatur. At nos speremus in Domino, etiam contra spem. Quid enim praeter judicium sit nobis expectandum non video, si in homines intuemur. De Pencero nostro, si mere iam vivit, bene est. Si adhuc luctatur, victorem fore confido. Ego faciam quod mones, Her enim ita scripsi nuper. Urbino quidem nostro parentum, cuius epicedion tibi a me missum opinor. Fugitivum Monavio nostro inscriptum tibi commendo. Bene vale vir Domine & summe observande frater. Genevae 27 Augusti 1583

Tuus Beza

94

EIDEM

S. Valde me sollicitum habet, quod ex Tussano nuper intellexi. Benedicat tuo ministerio Dominus: aperiat caecis oculos: opera Domini interturbabant meliora doceat doctores, vel eorum conatus infringat. Nos eodem adhuc loco hic sumus. Vicinus paulatim nos circumvallat, interdum quoque

quoq. sub pœna capitis, omni tritici importatione. At hoc est sic fa-
mem nobis minari, ut tandem certissimus necessariarum omnium rerum penu-
ria exponat. Studebimus patientia potius omnia superare quam vim vi repellere
quand eius fieri poterit. In Gallia conventus Blesis, oppidum ad ligerim, delecto-
rum quorundam a Rege indictus est, in quo procul dubio maximis de rebus age-
tur. Tempus occultissima etiam omnia patefaciet. literas me quaeso, quamdiu
potes ea quae mihi a Tussano nostro iniecta est dicti; tuoq. ministerio sol-
licitudine. Interim studio pro nobis precari ne desine. Bene vale, mi ob-
servande frater. G. 24 Sept. 1583 Tuus B.

95

EIDEM

Gratiam & pacem a Dño, quam mundus nobis neq. dare neq. eripere po-
test. Expectabam tacitus quorsum haec tempestas evaderet, eodemq.
loco profecto in hoc insanientis mundi delirio, & tanta spiritus erroris
efficacitate expectans, sperans tamen moderatum quidpiam. Itaq. advolave-
runt me literae tuae, quibus ille eo ipso momento respondeo, quo illas ad-
venire simul & discedere solito nostro tabellario, accepi: neq. tamen, ut
spero quicquam mihi splendida bilis, sed Dei nostri Spiritus hic suggeret.
Vides, mi frater, iam pridem omnia huc tendere, ut non procul abesse pos-
sit, quod impletam mensuram consequitur. Cura sit igitur nobis iniu-
ria, si Babylonii nos extrudant, ne cum ipsis pereamus! maxima qui-
dem

351

dem, quin ab illis qui eos extrudendo propter quos etiam ad tempus se[r]-
vantur: satis utrumque ostendunt, se illis esse indignos, et qui in sese ipsimet
iusto Dei iudicio conivrarint. Fidis autem Dei servis illud semel statuendum
est, convenire ipsis cum mundo numquam posse, sed ut adversa ipsis cedant
omnia, nihil tamen iis evenire mali. οἴδαμεν δὲ, inquit ille noster
Apostolus, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγα-
θὸν τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. An non vero Christo-
rum numero sumus, per quos etiam alios vocare dignatus est? Mitto
congueri[s] de falsorum fratrum mala fide. Atqui Abrahamum Ismael,
Isaacum Esaus, Jacobum decem filii, Josephum decem fratres, Mosen fra-
ter ipse et soror, Davidem Absalomus, Christum ipsum Iudas quomodo
exceperunt? An vero alia nostra sors est? neque hoc praetermisit Pau-
lus qui suos consolans, Imitatores mei, inquit estote, ut et ego Christi.
Denique mi frater, multi inter alia eximia Dei dona, ut cetera quaedam piis
communia, illud veluti proprium quoddam κειμήλιον contulit, ut debea-
mus pati pro ipsius nomine. Germania vix dum hoc est experta
et dura sunt haec, fateor, rudimenta. Habes tamen non procul haud
dissimilia exempla. Quid enim Augusta Musculo? quid Argentina [?]
velit alteri parenti Bucero? et quid eventurum fuerit D Philippo, nisi
Dominus illum ad se abripuisset, satis apparet in ipsius genero.

Hoc

Haec ciuitas uel unica arte potest eius modi non tantum ἀχαριστίας, sed
etiam ἀσοφίας exempla mille uno momento, exules quibus hospitium
praebet ostendendo demonstrare. Bono igitur non tantum forti animo esse
te iubeo, mi carissime frater, et optimam quam suscepisti causam, ea qua
coepisti constantia propugnare. Sicut enim fidi Dei serui, ut ab omni
ambitione remotissimi, non ultro suscipere id oneris consueuerunt, sed ad
id potius extruduntur: ita semel susceptum hoc onus abiicere nobis non
quam licet ulla uel animi exiguitate uel desperatione. Quod si extrudamur
nos ex una ciuitate, properemus in aliam. tantum abest ut animum
despondeamus. Sic enim τὸ φεύγειν exponi in illo Christi uerbo
dicto. Quod si uero undique simus ἀπαλάγατοι? nempe in caelo
consistemus, si nos fluctuans orbis terrarum illuc extrudat quo an-
helamus. Nos hic profecto uelut in diem uiuimus, si spectemus hos-
tis potentissimi, in cuius faucibus uersamur, potentiam, minas, insidias:
sine etiam uicinorum tarditatem, ac fortasse etiam ἀβελτηρίαν. Sed
quotidie et meipsum et alios admoneo praeclari illius dicti: quod in sum-
mis et certe inexplicabilibus difficultatibus enunciauit Abrahamus ille
credentium pater, Dominus prouidebit. Idem igitur tibi, mi frater et cogi-
tandum et faciendum, caeterisque optimis uiris, quibus haec tecum est com-

munis

nimis sollicitudo, quam tamen spero adhuc futurum, ut Dominus aliquo modo temperet atque moderetur: sicut ab eo assiduis precibus contendere non desinemus. Belgarum valde me certe miseret, qui ad hoc ipsum facti videntur, ut neque ipsi inter se pacem possint colere, neque ab aliorum turbanda pace abstinere. Det illis & nobis Dominus melius sapere. Habebam alia de quibus scriberem, sed solari te malui, quam nimis tristibus cogitationibus affligere. Vadamus & pergamus in opere Domini. Gallicae quoque Ecclesiae, ut olim cum Nehemias urbem reficeret, paulatim instaurantur. Bene vale mi observande frater, & fortis esto in eo qui mundum iam pridem vicit, & coronam legitime ad metam usque certantibus servat. Genevae. tertio Cal. Novemb. 1583

Tuus Beza

EIDEM

96

Mi carissime frater, quod serius ad tuas postremas respondeo, idcirco accidit, quod urbe aberam, quum ad nos adferrentur, quoniam ea nunc sit mea conditio, ut ne pedem quidem excedere mihi temere liceat, non paucis insidias vitae meae parantibus, sicut ab amicis undique admoneor. Fiat Domini voluntas cui sto, & ut spero stabo ad ultimum usque. [illegible] Comitia Helvetica septimo iam indicta sunt ad 13 Ianuarij, in quibus utinam suggerat aliquid consilij necessarij Dominus. Sin minus vix conijcere aliud possum, quam nos quoque belli incommoda sensuros. Caeterum, mi frater, quod

quod ad illas tuas domesticas & gravissimas controversias attinet, quid aliud tibi suadeo, quam quod ultro tibi in mentem venire non dubito? nempe ut quandiu tibi Dominus os aperuerit, fortiter veritatem istic tuearis. Quod si nullus veritati locus relinquatur, sinas istos magis ac magis sordescere qui purgari tam obstinate recusant. Stationem autem tibi deserendam, id est Satanae quod praecipue captat non prius concedendam arbitror, quam id te facere vel ipsa Magistratus (quod Deus avertat) auctoritas, vel ea necessitas cogat, quae pati non possit ut conscientiae consulere & in ministerio tuo pergere diutius queas. Dura sunt haec certamina fateor: accedentibus praesertim gravissimis aliis in utramque partem incommodis, sed quo diuturnius certamen, eo gloriosior fuerit victoria. Quemcunque autem exitum ista habuerint rogo ut me de re tota certiorem facere subinde ne graveris, eo ardentius vel Deo gratias acturum de felici aut minus malo successu, vel eundem eo ferventius precaturum, ut nostris propter nomen suum exauditis gemitibus malorum consilia & conatus ad nominis sui gloriam convertat. Genevae. primo die anni novi 1584 prim. Calend.: quem ultimum tibi feliciter illuxerint

Tuus Beza

EIDEM

97.

S. Minime quidem velim, observande frater, vel tuas serias occu-

pationes

pationes interturbare, vel tibi fortasse non satis valenti obstrepere: Sed amicit[ia]
nostra fecit, et propterea de tua valetudine et rerum tuarum statu sollicite cogita[ns]
audeo tibi esse importunus. Et quum meas postremas tibi bona fide redditas fuis[se]
existimem, mirum in modum cupio cognoscere valeas, cognitis fructibus illius adversus
te comparatae contentionis exitus intelligere. Deinde literas D. Menanio nostro
inscriptas rogo sit ad illum, quam primum licuerit, cures perferendas. De rebus
alijs nihil nunc habeo novi quod scribam nisi hoc unum spem aliquam certio-
ris tranquillitatis Ecclesijs Gallicis affulgere coepisse, modo quod nuper illis promis-
sum fuit, recepta praestetur. Bene vale vir eximie et charissime frater. Domi-
nus Jesus tibi tuisque omnibus sanctis laboribus, ac praesertim tuo ministerio magis
ac magis benedicat. Genevae. 3 Cal. Februar. Ianuar. 1584

Tuus Beza

EIDEM

98 ✕

Mi charissime frater, tu mihi perpetuo noctes et dies in mente obversaris, et
de te et de cuiusce bonitate, et eius Ecclesiae salute quae tibi commissa est cogi-
tanti. Conspicio vero Satanae conatus a Deo si non prorsus fractos: at certe
debilitatos, ex eo quod nihil abs te literarum per hunc annum accepi,
et status nostris nihil istinc est gravius nunciatum. Hanc spem meam
utinam ne fefellerit, aut deinceps fallat eventus. Conventus Helveticorum
heri coepit Badenae, a cuius exitu videtur futurus noster status pendere.
Ego plus mali metuo quam ausim boni sperare: pergimus interim fulti dei potentis

Vnius dei manu

unius Dei manu. In Gallia nihil praeter optatissimum illius pacis nomen audi-
tur: Utinam verbis resipsa respondeat. Bene vale vir eximie & obs. frater.
D. Iesus sit ad dextram tibi, sanctisq. tuis studijs & laboribus cumulatissime
benedicat. Amicos omnes rogo ut ex me quam officiosissime salutes. Genevae
14 Ianuarij 1584. Meas ad D. Menawiam nostrum literas, ut quam
diligentissime cures. Tuus B.

EIDEM

S. Expecto anxie, mi charissime frater, cuiusnam tandem fuerit contentionis
adversum te exitus. Nos in his postremis comitijs helveticis magnum evasi-
mus periculum, quum eosdem longe maxima ex parte arbitros simul, &
nostrae civitatis infensissimos hostes haberemus: sic reipsa testante Domino, ha-
bere se in potestate omnium & animos & linguam. Placuit igitur ut tan-
tisper dum a delectis utrinq. pari numero iudicibus causa diligenter cognita
de controversijs istis omnibus, vel amica compositione, vel ex iure statuatur,
vicinus iuratas antea pacis mutuae conditiones inviolabiliter servet, no-
va omnia tributa quibus mercatores nostros miserere nuper vexabat, semel abo-
leat, liberum annonae & omnium rerum commeatum restituat, praesidi-
um ad iura montis fanes collocatum tollat. An ille sit istas conditiones
ratas habiturus, adhuc est incertum, itaq. non minus solliciti quam antea
excubias agimus, imminente praesertim Hispanorum copiarum transitu. In-

terea

terra pergimus. primum huius anni diem habuimus insuetis maximis tempesta-
tibus foedum: & eiusdem Januarij die 24 tres Soles apparuerunt: quae portenta
Utinam Dominus a nobis avertat. Coloniensis turpiter ab ijs desertus, quos
minime oportuit, valde laborat. In Belgico ne nunc quidem inter miseros
illos populos conuenire potest. In Anglia detecta horrenda Catholicorum con-
iuratio, & unus sese in vinculis iugulauit, alius capite mulctatus, multi
etiam ex nobilitate captiui tenentur, in quibus est Northumbriae Comes, apud
quem magna est auri reperta summa a Coniuratis collecta, nonnulli in
Galliam profugerunt. Hispani regis legatus, illorum quoque consiliorum parti-
ceps in Hispaniam redire iussus. In Scotia Rex offensus, quorundam
pastorum παρρησίᾳ minime quidem, id tamen ferebatur, a religione
desciuit, sed admissis in consilium suspectis non paucis potatum mutatio-
nem aliquam, in Ecclesiastica saltem disciplina moliri, cumque solutis vinculis
quae sit futura Ecclesiarum nunc optime constitutarum facies, nescio. Relig-
ionis angustiae. Sed noua haec non sunt, & Christus procul dubio inter inimicos
suos dominabitur. Interturbor infinitis occupationibus, ut valde metuam
ne meum ad Hoffmanni accusationes responsum possit his nundinis extare.
Morae tamen culpam expiabo quantum fieri potest. meas in Salomonis libros
paraphrasin postea, si Deus dederit, prosequuturus. Bene vale vir eximie
& observande frater, cum D. Herdesiano, DD. Camerarijs fratribus & caeteris a-
micis

micis, quibus ut & tibi, mi frater, utinam Deus opt. max. magis ac magis benedicat. Genevae septima februarii 1584. Calendarium Gregorianum unanimi consensu est à nostris in Helvetia repudiatum.

Tuus Beza.

EIDEM

S. Mi carissime frater. sollicite expecto quis fuerit istius certaminis adversus te suscepti exitus. Nos istis postremis comitiis Helveticis mirabiliter servavit Dominus, quum ex duodecim arbitris novem haberemus infensissimos religionis hostes, & vicino adversario nostro addictissimos. In summa igitur, Deo mentes & linguam eorum gubernante decretum est, ut coram arbitris pari numero delectis tota cognoscatur causa, & vel amice componatur vel iure decidatur: firmae sint interim & inviolabiles leges commerciorum antea initae, tributa recens imposita, itidemque praesidium ad montis Iurae fauces impositum tollantur. Nunc quo tandem illae res perveniant expectamus in eum eventum comparati. In Gallia pergit Rex suo more. Nostri sibi sedulo cavent. Angliae Reginam mirabiliter servavit Deus, ut vos istic intellexisse non dubito. In Scotia molitur Satan per cuniculos quod aperte non audet nec potest. Bonnam stipendiarij milites non tantum prodiderunt sed etiam vendiderunt. O tempora. Sed bene est quod patiendo vincimus. Literas D. Monsieur meo inscriptas rogo ut cum primum cures. Bene vale vir eximie & charissime frater. Genevae XI feb. 1584.

Tuus Beza.

EIDEM

359 101. S Siccine vero ultro in suam perniciem homines ruere? ut ecstatici ipsis insultetur. Tu vero, mi carissime frater, recte & ex officio tuo facis, quum ita te geris, ut omnem culpam istius indignissimi facti, non tantum iusta de fensione, verum etiam diuturna & invicta patientia praestes. Apud Rhe num utinam quies aliqua certior bonis concedatur. Nam audiuisti pro cul dubio turpissimam & inauditi pene exempli Bernae proditionem, quod malum utinam ne longius serpat. Quid ergo? nempe figenda nobis est in caelis anchora. & quum in terris quoque dominetur Servator ille noster, qui tamen est in caelis, ut nos nunquam deserat, certum est neque nobis neque nostris evenire quicquam posse, nisi quod illius gloria & nostro cedat com modo. Nostra hic diversa est conditio, singulari certe & prorsus admi rabili Dei beneficio, quod ad magistratum & presbyterium attinet. Sed ita ut quum nobis ferocissimus & potens princeps ad ipsas pene civitatis portas immineat, neque nobis exitium sed internetionem quotidie minetur ipsi quoque videlicet in diem victurus. Vivimus tamen & invito Satana vivemus, quamdiu Dominus volet, idest donec ad illum finita peregrina tione pervenimus, cuius terminum si forte hostes acceleravint, erit etiam tum illis hoc nomine debere nos aliquid fateamur. Sic, mi frater, nihil hic tibi posse a me suggeri, quod non sis iam ante meditatus: Tantum haec scribo, ut me tibi ac tuis, totique vestrae reip. nostrae συμπάσχειν,

aug

cuius rei testis est mihi imprimis Dominus, quem hoc saltem nobis da-
turum confido, ut patiendo vincamus, quod est Christianorum proprium.
Bene vale mi carissime frater cum amicis omnibus, quos gestio in postere, &
quos velim ut ex me quam officiosissime salutes. Genevae 25 februar.
ex veteri nostro Calendario. 1584 —— Tuus Th. B.

EIDEM

102

Non prius desinam, mi cariss. frater de te laborare, quam illius tra-
gœdiae, quae te tantopere istic exercet, terminum & exitum cognoverim. Tu-
am interim, vel Dei potius ipsius causam assiduis precibus Deo commendans.
Nos peculiari quodam ac ipsis etiam hostibus admirabili Dei opt. max.
beneficio adhuc perstamus feliciter & tranquille satis. Hispanicae copiae
intra paucos dies per viciniam transiturae existimantur, & paucis ab hinc
diebus quidam advena coniectus est in carcerem, de proditione suspectus: quae
res etiam facit ut intentius quam antea excubemus. Tu preces tuas nostris
adiungito, ut quicquid deinde Dei fortiter perferamus. De nostro terraemotu
& rebus gallicis nuper ad te scripsi: nec ab eo tempore quicquam certi ab amicis
accepimus. Optant quidem palam omnes boni: sed paucissimi sperare audent.
Literas Vratislaviam mittendas tibi cum aliis commendo. B. V. mi obs. fr.
Dominus tecum cohibita Satanae rabie, tibi sanctisque tuo ministerio magis ac
magis benedicat. Genevae. vij April 1584 —— Tuus Beza

EIDEM

S. Gratias ago Deo opt. max. frater observande, quod meliuscule saltem
valeas, & eundem precor ut ab isto tam molesto flagello te liberatum Eccle-
siae suae quam diutissime conservet. Illius autem tragoediae talem fuisse ex-
itum, quis non miretur, adversarijs tam cupide quaerentibus etiam levissimam
occasionem, non modo turbandi, sed etiam penitus evertendi operis Domini
captantibus? At tu, mi frater, officio tuo constanter fideliter fortiter perge.
Navarreni legati, quantum ex ipsorum ad me literis intelligo, optima quaeque
sibi pollicentur. Ego tamen multo plura metuo, quam spero. Sperare autem, dum
in istos nostros αὐλοκατακρίτους intueor. Interea valde laudabilis est
Regis illius constantia, quem (cui iam mortuo aut nascituro Alenconio)
proximum a Rege sceptri gallici haeredem, si Dominus illius regni mi-
sertus, in illud fastigium extulerit, neque tanta dignitas immutaverit,
habebit Gallia de quo sibi possit optima quaeque polliceri. De nostro
terraemotu existimabam me tibi scripsisse, sed quum literas ad te meas
nulli, nisi ordinario tabellario vestro committere consueverim, neque
quicquam ea de re a me acceperis, agnosco ἁμάρτημα [illegible]
quod mihi abs te ignosci velim. Res autem ita se habet. Calendis Martij
qui dies erat dominicus in veteri nostro calendario, circiter duodecimam
tota haec regio ad Alpes, neque ad meridiem & ad septentrionem longe
lateque ad infimam usque Helvetiam, ne lacubus quidem & fluvijs exceptis,

serventium

horrendum in modum contremuit: sic tamen clementer nobiscum agente Domino
ut momento desierit, nec ullam inde calamitatem haec civitas acceperit: tan-
tum in extrema lacus nostri ora, angustissimus quidam pagus, triduo post,
subsidente montis, cuius satis procul dissiti, parte, totus horribili & plane mi-
serabili clade sic est obrutus, ut nulla prorsus aedificiorum etiam ipsorum
vestigia appareant: oppressis cum plurimo pecore hominibus centum viginti
duobus, domibus sexaginta novem, horreis pluris centum viginti sex, pis-
trinis octo. Faxit Dominus ut tandem tot iudiciorum istius exemplis
erudiamur: cuius iram in nos iustissimam solemnibus una cum ieiunio
publico indictis precibus avertere studuimus. Neque id sane frustra: paulo
post, admirabili plane Dei providentia, potestatis vicini principis nostris in-
sidiis, summi alioqui periculi plenis, quas iam nos effugisse speramus:
Hispanorum copiis, quibus ille usurus fuisse videtur, itinere a nobis re-
motiore, in Burgundiae Comitatum propulsis. Caetera Dei beneficio, &
praesertim schola, bene apud nos habent. Gregorianum illud Calenda-
rium, non immerito vereris ne iaculatus sit Sathan tanquam Eridos
pomum, scissa iam etiam Helvetia, pontificiis videlicet illud, quamvis
non sine magna disceptatione amplexis, nostris vero illud aperte recusan-
tibus: quorum exemplum sequimur. Prohibeat Dominus Deus noster
tum hoc malo, tum aliis infinitis calamitatibus, quas isti nobis ac-

cersere

orare magis ac magis non desinimus. Bene Vale Vir eximie & summe observande frater. Dominus Iesus pro sua immensa misericordia assiduos nostros gemitus exaudiat, Satanam que potentissime cohibeat, poenas peccatis nostris debitas mitiget, tibi familiaeque tuae & sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. G. quinto Nonas Maij 1584

Tuus B.

Amicos omnes velim ex me que officiosissime salutes. Cogor interdum uti alterius manu, quam ad hunc usum domi filium habeo. Hoc adieci ne mutationem facti mirareris

EIDEM

104. Facit assidua nostra de te cogitatio, mi frater, quum istic ut rosam inter carduus versari video, ut te saepe liberius appellem: qua mea importunitate rogo te vehementer ne offendaris, vel propterea te eximes ad tuis mihi respondendum invitari, cum ullo valetudinis tuae incommodo. De reb. nris recte Dei beneficio oia. Hispanus alteram filiam natu minorem Sabaudo spopondit: quo consilio tempus ostendet. De Navarreno amici oes sperare nos optima quaeque iubent. Illum certe augeri numque patietur Sathan: quia caelum & terram conciliat. Sed potens est Dominus ille Deus noster, cui vivimus numque morituri, quum ipsa mors nobis verae vitae limen aperiat. Bucholtzerum amisimus: Gualterum nostrum corripuit paralysis. In Scotia perturbata et oia ac pene disiecta. De Belgico retinendo perexigua spes est. Eius sit utique

Tigurj

Evangelij praedicati fructus videes mi frater. Cur igitur amplius hic cunctamur. Sed fiat Domini voluntas. Bene vale mi charissime frater, cum amicis omnibus. Dominus Jesus geminos nostros Xandhat, teg. & Suos omnes feliciter servet. Genevae. 26 mensis Augusti 1584.

Tuus Beza, sic vacillante manu, ut aliena uti cogatur.

Literas Vratislaviam mittendas rogo te ut diligenter curatas velis commodam occasionem nactus

EIDEM

105

S literae tuae, mi frater, quo diutius expectatae, eo mihi fuerunt gratiores: quamvis non ita grati argumenti, eo uno excepto, quod te satis commode nunc valere, mihi significant. Caeterum minime necesse est ut te militem veteranum, tot certaminibus tantog. rerum humanarum usu exercitatum ad retinendam constantiam, & sanctam animi magnitudinem exhorter. Abibit ille quoq. Judas suo tempore in locum suum. Tantum hoc nobis Dei robore fretis videndum est ut culpam praestemus. De rebus nostris, vicinus nunc noster totus de conficiendis cum Hispani filia natu minore nuptijs sollicitus & eam ob causam brevi in Hispaniam traiecturus, quietem aliquam nobis concedit, cuiq usura fruimur Conciliavit interea nobis Dominus Tigurinorum animos, quibus cum, ut & cum Bernensibus veteribus socijs novum ac perpetuum foedus hic So-

lenny

365

lenni iureiurando sanciuimus, hebdomade superiore ineunte. Sequuturos
autem hoc exemplum alias etiam Helveticas urbes dignum speramus: quae
res fortassis vicini ferociam saltem remorabitur. In Gallia Navarrenus
per Dei gratiam, constantissimum se praebet, sed nihilo syncerius tamen nostris
agitur quam antea. In Scotia Rex sanctae institutionis penitus oblitus, &
ut verisimile est: totius Jacobi imperio inhians, pessimis denique istis con-
sultoribus, resectis primum omnibus Ecclesiasticae collegiis nervis, &
paulo post admissis lebusitis, & revocatis qui exulabant lupis, Ecclesias
miserabiliter evertit. In Anglia sic violenter & impudenter grassatur
Episcopalis Tyrannis, ut apertum Antichristi restitutioni aditum brevi patefac-
turus videatur. Belgicas vero miserias & exitiales calamitates quid atti-
net commemorare? Itaque, mi frater, patiendo vincemus. De literis
Monavio nostro recte missis tibi & Dno Hardessiano nostro gratiam ha-
beo, & utrumque vestrum vehementer rogo, ne hanc meam importunitatem
aegre ferat, tam grandi fasciculo minime vos dominos onerantis. Bene vale
vir exime & observande frater. Dominus Jesus tibi, suisque tuis laboribus
magis ac magis benedicat. Genevae. 26 Octob. veteri calculo 1584

T. T. cuius pectus nosti. Nam quod
ad manum attinet, cogit me vacillatio
alienam requirere

Eidem

S. Rogo te, charissime frater, ut importunitati meae ignoscas: quoniam iampri-
dem nihil abs te, prorsus literarum accipio, non possum non metuere vehementer
valetudini tuae, uel ne quid istic tibi & Ecclesiae magni mali euenerit, in tanta Spus
erroris efficacia. Rogo te ut, si potes hac me sollicitudine liberes: etsi me illa quam-
sui aliquo fructu caret, ut pote quae me ad preces acuat. De rebus nostris, vicinus
princeps in Hispaniam transijt uxorem ducturus Hispani filiam xiiii huius men-
sis. Hic interea nihil nouatur, sed instant Helvetica comitia, in quibus de multis
& magnis rebus agetur, quo magis precandus est nobis dominus ut gentis huius
concordiam non patiatur malis malorum consilijs frangi. In Gallia magna spes est
majoris & firmioris quam antea tranquillitatis. Bolysii legati quod responsum acce-
perint, intra paucos dies intelligam, & fortasse tibi per ordinarium veredarium
hebdomade proxima significabo. Interim vale vir optime, & nos, ut facis ama.
6 nonis febr. 1585. Tuus quem nosti

EIDEM.

107

S. Ignosce mihi, mi frater obseruande, quod importunitas mea abs te extor-
sit, ut ex tuis agnosco heri mihi redditis. Doleo vehementer vicem tuam
& Ecclesiae & tuam priuatim causa. Sed certe te docuit ipsa experientia, si
quid nobis aduersi accidit, cui mederi ars humana nequeat, is est morbus qui te
exercet: proinde sola patientia in deo expugnabilis. Ego illius tentationem rudi-
menta adhuc experior, sed quotidie in hac ciuitate huic malo valde obnoxia
plurima in alijs uideo, quae me ad preces pro patientia illis impetranda excitent.

Frater

Facio & faciam privatim sicut debeo, tua causa, Deo gratias agens quod non acci-
derit quicquid faciebat tuum istud silentium ut metuerem. De mea in Angli-
am profectione, de qua nunquam cogitavi, conjecturam facito quae sit eorum impudentia
qui Satanae militant. Nisi Dominus fregisset eorum conatus, qui in meam per-
niciem excubant, non tam procul fuerim ipsis quaerendus. Cum .n. haec ad te
scriberem, literae fuerunt ex Helvetia allatae de Hispanorum in Rhaetorum di-
tionem impressione: & aliunde ad nos alia scribuntur, satis convenientia. Ego
tamen nondum mihi persuadere possum aperte aliquid istos molituros. Utcunque
se res habeat iudices ad ferendum quidvis nos comparamus. Ex plurimis
periculis mirabiliter servatus interdum cogito Dominum fortassis hanc quoque mihi
gratiam facturum ut sanguine obsignem ipsius veritatem. Hoc non dico meis
ullis viribus fretus, sed tamen cum aliqua, per Dei gratiam, hilaritate ad omnem
eventum meipsum comparans. Et quaeso quid aliud isti effecerint, si Deus illis
concesserit ipsorum desiderium, quam ut sint ipsius instrumenta ad id consequen-
dum, ad quod tam diu anhelamus? Absolvi meum adversus Hofmanni
convitia responsum. Edendum praeterea curavi egregium cuiusdam amici
scriptum de tota controversia. Denique impetravi a Sadeele nostro Vigandiani
dogmatis eversionem analyticam: quae faciam ut exemplaria hisce nundinis
accipiatis. Audio editum Viventinum scriptum, cuius inscriptio est Incendium
Calvinisticum, in quo classicum aperte canitur. Quid .n. aliud isti moliuntur?

Sic oportet ut mensuram suam impleant. Gratiam habeo de literis ad Mo. namiam nostrum, cui per proximum nuncium respondebo. Ignosce quaeso rursum importunitati meae. Sapiam posthac melius. Et tu, ut spero melius valebis: quod certe totis animis a Deo nostro expeto. Bene vale, vir ornatissime et charissime frater. Cantuaropoli. 23 antiqui nostri februarij. 1585.

Tuus quam noster.

EIDEM

108

S. Neque nunc novi quicquam habeo quod meis ad te postremis adjiciam, neque te, quamuis si meas preces Deus exaudijt melius saltem paulo quam antea valentem literis obruere velim: tantum nunc rogo ut quam continenti fide literas hisce tuis adiunctas et D Monawio nostro inscriptas, ad ipsum perferendas cures: quod abs te multa nostra amicitia fretus peto. Bene vale mi obseruande frater. Dominus Jesus te totum Ecclesiae suae restitutum quam diutissime conservet. Geneuae. 9 veteris Martij. 1585

Tuus Beza

EIDEM

109

S. Mi charissime frater, vtinam hae literae tibi melius quam antea valenti redditae sint. Has autem ad te scribo, valde, si unquam alias, sollicitus, rupto tandem in Gallia silentio, et rebus ita vndique conturbatis, ut regnum ipsum in vltimum discrimen adductum videatur, siue Rex, quod speramus, fortiter sese coniuratis opponat, siue illorum minis et conatibus non parum ultro cedat, quod multi metuunt. Res istae iam pridem patuere prudentium oculis,

sed

369.

Sed nimium multi sunt, qui utinam sero saltem sapiant. Nos adhuc beati sumus, sed cui dubium esse potest, quin vicinus jam factus Hispani gener, totis viribus brevi nos adoriatur? Nec enim ambigi merito potest, quin hic ille sit syncretismus, quem tot jam annis Tridentini conciliabuli fautores parturierant. Expedienda nunc sunt vera Ecclesiarum arma, preces videlicet a seria resipiscentia profectae, quam utinam largiatur nobis Dominus. Literas istis adjunctas rogo te, mi frater, etiam atque etiam ut quam diligentissime cures Valtelliniam perferendas. Bene vale et nos etiam fac ames. G. 6 April. 1585

Eum quem optime nosti

EIDEM

110. S. Etsi nunquam, mi frater, dolorem illum tibi nimium familiarem sum adhuc expertus: tamen ex multorum fortissimorum et constantissimorum hominum exemplis didici, quanta sit illius acerbitas: et ipse me vel ad hos ipsos, vel ad quosvis alios ferendos cruciatus, quibus obnoxia haec nostra est natura, comparo. Conditio haec nobis est cum omnibus communis, sed ea consolatio minime, quae tota nostra est: quibus Dei beneficio datum est et veras horum malorum causas et optimum illud Dei Servatoris nostri consilium intelligere: quo fit ut non minus: imo multo etiam magis in quibusvis adversis quam in prosperis benignissimum patrem agnoscamus et colamus. Nec est dubium, quin publica illa mala longe te penitius afficiant quam ullus istius morbi dolor. Sed recte facis et ut fidum Christi servum decet, quod gregis tibi commissi curam rebus

omnibus

omnibus antepone. Insigne & rarum est in ipsis etiam pastoribus hoc Dei donum: quod tibi gratulor, & eius autorem precor, ut, quod futurum spero, perpetuum illud in te esse velit. Adolescentes autem illos, quorum vnius indolem certe egregiam agnoui statim mihi videor, scito nobis fore quam commendatissimos. De rebus nostris, recte quidem apud nos adhuc & pacate ora. Sed quum iam aperte sese prodiderit Tridentini conciliabuli syncretismus, & Guysiana factio toties ante multos annos praenunciata eruperit, & tota imprimis Gallia, nullis Dei flagellis erudita, conuelli ab ipsis fundamentis coeperit, satis vides quid sit nobis in ipsis vel tuti lemni fauibus constitutis expectandum. Nostra spes tota posita est in vnius Dei & seruatoris nostri potentia simul & beneuolentia toties nobis testata: quam ut exoraremus solemne jeiunium ante biduum hic fuit indictum precibus & conciombus ab Aurora circiter ad vesperam continuatis: quas vtinam Dominus exaudiat, quacunque tandem via nos ad se constituerit euocare. Tu, mi frater, mutuas preces nostris adiunge. Nam illis certe, si unquam alias, nobis opus est. Bene Vale obseruande frater. Dominus letus te confirmet, tuosque laboribus magis ac magis benedicat. Geneuae XX notri Aprilis. 1585

Tuus is quem nosti.

EIDEM

III

S Binas tuas, mi charissime frater, accepi, in lecto ex herniae acerrimis doloribus decumbens, vtrasque argumenti longe tristissimi, quum paulo ante de optimi viri

D Contonis

D. Cratonis obitum intellexissem. Tempore certe mihi opus est & ad precandum
Deum opt. max. & ad ipsius obtinendam hanc gratiam, ut tam iusto luctum
possim, sicut decet, moderari. Nam ut iniquissimum fuerit beatum illius
ex hac miserrima vita, tristissimis praesertim istis temporibus, demigrationem
non deplorare: ita forti sane simus, & τὸ ἀδόκητον τοῦτο tradidi: nisi
tantum Ecclesiae toti inflictum vulnus, etsi non inconsolabiliter, ut qui spem
non habent, tamen serio lugeamus. Nam ut quae propriae sunt vestrae reip.
praetermittam, suspicetur nobis genusquam non arbitror, cum hoc tanto viro
nudatus in rebus conferendis, ac praesertim in Satana suis ipsius telis falso in
nos armatus expugnando. Et tu iure quidem conijcis, non posse non peri
clitari navem illius, cui in tanta tempestate gubernatores tam periti & solertes
eripiantur. Sed, mi frater, veniat hic nobis in mentem, ne dormitare quidem
illum Israelis tui custodem. Praestemus hic culpam. Caetera ipsi committa
mus. Quod ad nos privatim attinet, aut amici omnes undiq. nos commo
nefacientes nihil videant, & coniectura nos omnes fallunt, aut brevi aperta
vi, imo summis totius Italiae & Hispaniae viribus oppugnabimur. Spes
tota nostra est in Altissimo: nec dubium ullo modo, nisi prohibita tritici
invectione, urgemur, quod tamen incommodum non ita difficulter toleramus.
In Gallia dissipatae sunt eos Castigerana Ecclesiae, & coetus quos solus per
novit Dominus. Trans Ligerim fames & pestes pugnant & nobis adversus

hostes

hostis desperatissimos. Sola Domini manus hoc bellum conficere videtur posse:
cuius beneficio singulari Nemausenses & Capellani rursus admodum horren-
dam proditionem sani conservati. Scotiam quoque recepit Dominus, fortissimorum
procerum armis, & quidem citra sanguinem, sublatis per quos non solis
quibusdam regnum illud totum perturbabatur. Sed de his brevi plura. Be-
ne vale vir eximie, & observande frater. Dominus Iesus cohibita Satanae rabie
suorum omnium misereatur, teque & tuos istic omnes conservet. Ge-
nevae. 26 Ianuar. 1586 — Tuus quem optime nosti

112.

EIDEM

S. Tristissimas tuas accepi, mi frater, quum iam essem Montbelgardium
profecturus, ut citius tibi respondere non potuerim; post reditum etiam meum
perpetua in pulmones destillatione conflictatus: ex qua me nunc quidem pe-
nitus convalui. Istius vero profectionis: de qua non dubito, quin plurimi
circumferantur rumores, hic accipe & causam & exitum. Evocatus sum vocatus
Illustrissimi, ac nisi fallor, religiosi principis nomine, ac tandem etiam literis,
restiti quantum & quamdiu potui, non quod laborem illum tantae rei causa
detrectarem, sed quod frustra haec omnia futura difficile non esset conijcere. Idem
quoque & Bernensibus & Tigurinis faciendum videbatur: qui tamen veriti ne
adversarij occasionem inde gloriandi arriperent, quasi causae diffidens
ipsam

essem tergiversatus, suaserant, ut, si amplius urgerer, aequas colloquii conditio-
nes non recusarem. Adfuimus igitur Mombelgardi, die Martii XX. Ex Ber-
nensi quidem Ecclesia D. Musculus, comitem habens sibi adiunctum Hubnerum
& Alberium, illum quidem Bernae graecae linguae, hunc vero in schola Lau-
sanensi philosophiae professorem: Ex hac autem Ecclesia Ego, additum mihi ha-
bens Fayum, meum in sacro ministerio collegam. Ibi Andream & Osiandrum
nacti, quum de colloquii ratione actum esset, neque ut scripto, neque ut verba
a delectis notariis excipiendo colloqueremur, impetrare potuimus. Tantum
placuit, ut illi quidem nobis suas theses perscriptas & manu sua subsigna-
tas traderent, quibus nos quoque nostras opponeremus, verbis postea, sine no-
tariis, disputatione inter Andream & me subsecutura. Hanc agendi ratio-
nem accipere potius placuit, quam re non tentata discedere. Actum inter nos est
de quinque capitibus, nempe de Coena Domini, de persona Christi, de baptismo,
de praedestinatione, denique de imaginibus & organis. Collocutio fuit utrinque
moderata, quamvis Andreae non pauca exciderint, quibus nostri merito of-
fenderentur. Sed nulla plane fuit istius disputationis species, quum ne unquam
a me potuerit obtineri Andreas, ut syllogistice disputaret. Utri
autem magis apposite sit locutus, meum non est existimare, nec facile fue-
rit iudicare, quum a nullis notariis excepta sint nec mea nec illius dicta,
sed breviter tantum & confuse a nonnullis auditoribus quaedam annotata.

Hoc

Hoc quidem adeo vere testari, nihil ab Andrea me audiuisse, quod non fuerit peruulgatum et millies a nostris refutatum. Quod plura et multis ultro citroq. frustra contrauersis verbis, utring. in nostra sententia perstitimus. Postulauimus postea, ut quum in fundamentis Christianae religionis, et hoc ?? capitum praecipuis inter nos adversus Pontificios conueniret, et aditus ad integram concordiam uideretur patefactus; deniq. utring. ab illis sectarum uocibus, et omni tam in concionando, tum in scribendo amarulentia abstineretur, datisq. citra diuersarum sententiarum praeiudicium aduersus commune hostem fraternitatis dextris, concordiae conciliandae studeretur. Quid autem ab illis obtinuerimus, et quomodo utring. sit discessum, ex eo scripto cognosces quod ad te ?? mitto. Theses etiam utring. scriptas et subiunctas misissem, nisi uererer ullam ipsis occasionem praebere de nobis conquerendi, quasi ab eo, de quo inter nos conuenit recesserimus. Quid sit secuturum nouit Dominus. Nunquam tale Andreas magis mihi uidetur sui ipsius et omnis Christianae moderationis oblitus quam in ijs scriptis quae superioribus nundinis edidit. Respondit quoq. mihi Hofmannus truculentissime. Mag. ordex ?? potuit ab istis ?? ?? Princeps tamen ille, post Andreae discessum, Gallis ?? concessit, ut in confessione Gallica perseuerare se testati, coenam Domini ex pastorum Mompelgardensium manu acciperent, quod prius factum non fuerat: et ut

et ut praesens semper nostrae colloquutioni interfuerit, quaedam etiam ex 1 Reg. lib.
annotans: sic etiam pastores illos ad Coenam accedentes spectavit, et gallicos quoque
psalmos in Coena cecinit: quod spem aliquam facit fore ut bonis aliquando: et
piis principibus Dominus oculos aperiat. Habes nostrae illius peregrinationis vi-
ginti dierum summam. De rebus gallicis fames et pestis hostium copias in
Aquitania partim magnum aliquid aggredi prohibuit, partim etiam absorpsit.
Apud Pictonas Condensem audimus non ita pridem conflixisse, et vicisse: sed victo-
ria non incruenta. In Occitania nostris adhuc omnia, ac etiam multo magis
in Delphinatu prospere cesserunt. Hostes autem certum est in hoc intentos esse
eoque nunc nihil non molituros, ut messem nostris praeripiant. Huic autem
malo, quum satis intelligant vix posse nostros resistere, nisi comparato extra-
neorum exercitu, probabile est nihil non esse tentaturos, ut in Campania aut
Burgundia illos ab ingressu Galliae prohibeant. Rex interea partim suis
superstitionibus incredibiliter est addictus, et quasi medius pendet inter Conju-
ratos quibus merito diffidit, et inter nostros, quorum religionem quoquo
modo profligare cupit: sic tamen ut in illorum partes propendeat, sive
majoris mali metu, si nostris faverit: sive ex malorum sententia et consilio:
sive hac tempestate abreptus. Et haec quidem est Gallici regni facies
plane miserabilis, et uni Deo medicabilis. Ad nos autem quod attinet,
premimur quoque communi malo, annonae videlicet summa Caritate.

Praeterea

Praeterea suspensis adhuc animis sedemus, sic agente nobiscum vicino, & ita ca-
tholicorum, quos vocant, Helvetiorum palam comparatis animis, ut pacem an
bellum simus hac aestate habituri, adhuc ambigamus: quamvis Anglorum & in
America, & in Belgio res secundae sint fortassis Hispanorum conatus vel peni-
tus infracturae, vel saltem remoraturae. In his autem tantis tempestatibus
nihil aeque me movet atque nostrorum utrique hominum indomita contumacia:
qui, proh summe & Christe, neque patientissima Dei lenitate moveri, neque tam
multis flagellis erudiri se patiuntur. Sed age praestemus saltem nos extra
hic culpam, quod ad sacrum nostrum ministerium attinet: Caetera domino
& servatori nostro committamus. Bene vale mi observande frater, & nos
quod facis videlicet Dei misericordiae assiduis precibus commenda. Gene-
vae. 3 May 1586. De incomparabilis viri D. Hardessianj nostri
tam inexpectato, & plane, quod ad Christi Ecclesiam attinet, intempestivo
obitu, mi frater, cogitare sine maximo maerore non possum. Alterum quoque
mihi vulnus inflixit D. Crutonis nostri interitus. Itaque nondum adhuc potui
parentare, & ipse mortuus, quae vivus tantopere dilexi, ultimum officium prae-
stare. Iterum vale.

Tuus Beza

EIDEM

113.

S. Quam gratum mihi fuit officium, quod mihi praestitisti postremis tuis #
ad me literis, mi frater: tam mihi displicuit eorum factum, a quibus ista

partim

"impudentissime confingüntur, partim"

partim "malignè peruersis detorquentur, et promouenda ueritatis praetextu, flammam illam magis ac magis auecdant, ad cuius potiùs restinctionem concordiae bonos & pios oēs oportuit. Quod ad me priuatim attinet, facile me patior, qualem isti uolunt, ab istis haberi, qui dei beneficio didici, & quotidie disco quantum mihi desit agnoscere potiùs quàm uel in iis quae dei beneficio accepi, mihi placere, uel mihi quicquam arrogare. Hoc tamen mihi liceat absque arrogantiâ profiteri, nondum videre me posse quid illi, quicum fui Mompelgardi congressus, inuideam, si christianis inter se fas esset inuidere. Ac autem huius hominis mihi neque de facie, neque de scriptis ignoti, uel uultus uel sermo ita me perculerit aut eorum de quibus egimus nouitas aliquâ ita me consternarit, ut me, eorum omnium oblitum, quae tot iam annis ex dei uerbo, aduersus illa de quibus inter nos actum est dogmata deprompsi, & ex aliorum etiam magnorum virorum scriptis didici, ad glossemata & humanae rationis subterfugia recipere oportuerit, iis relinquo cogitandum, qui sunt idonei rerum istarum judices. Caeterum ut habeas, mi frater, quid & credulis & maleuolis vere istic de nostro Mompelgardensi congressu respondeas, rem totam sic habeto. Quod de Bernense Senatore & Gallo quodam auditore isti narrant falsissimum est. De Illustrissimi uero principis aula, quorum inter illos ab ipso principe educatum fuisse constat, nihil possum affirmare. Sed hoc tibi assevero, quum ille patientissime singulis actionibus totis interfuerit,

plani

placidissimo semper vultu, ne quidem vocalam ex ipso exauditam, quae vel
in Andreae, vel in meas partes se inclinare testaretur, verum ut quaeque
qualia isti narrant, per suum Secretarium Deputatis curaverit renunciandum.
Quinam enim hoc faceret, qui praeterquam quod humanissimus est princeps, non
et iudex illic adstabat, neque me ut reum advocaret. Jam vero quod ad
Gallos profugos attinet, quos isti scribunt, quasi ab Andreae persuasos, citra
Gallicarum Ecclesiarum confessione, illic ad mensam Domini accessisse, vide
quam multiplex sit hoc mendacium. Quamvis enim testentur cives Mom-
pelgardenses, se nunquam in Confessionem Tubingae ante aliquot annos allatam
consensisse, nisi addita protestatione, quod in ea vna, ut vera et recta confes-
sione perseverarent, in qua primum instituti a primis suis pastoribus fuerunt
nostrae prorsus consentanea. Galli tamen profugi, veriti ne quid hic doli
subesset, et ne quid temere facerent, quum superiori Natali domini obtinere
non potuissent, ut sibi accedere ad mensam Domini liceret, addita expressa
testificatione, se non aliam quam Gallicarum Ecclesiarum fidem et confessionem agnoscere:
alii quidem alio ad Coenam Domini sumendam accesserunt, alii vero carere
ad tempus usu Coenae Domini maluerunt, quam incerta conscientia aliquid audere.
Iidem cum a me petiissent in meo discessu, ut hoc ipsum ab Illustrissimo
principe nomine suo postularem, ac mihi aliud princeps respondisset, quam se capto
cum suis consilio responsurum, tandem post meum et Andreae cum suis dis-
cessum

cessum, iussi de hac re cum Eucheri Mompelgardensis Gallicae pastoribus tractare, fatentibus illis Gallicam Eccl[esi]ae Confessionem ut pia & orthodoxa a se haberi, habita quoq[ue] ipso die Paschae concione, in qua nihil prorsus a Gallica confessione dissentaneum audierant: tandem ipso cum Illustrissima sua Coniuge, praesente Ill[ustrissi]mo principe, & benignissimo vultu singulos intuente atq[ue] adeo Gallis cum ceteris psalmum decantante, ad Domini mensam hilares accesserunt. Haec est illa Gallorum profugorum a Gallica confessione ad Ubiquitariam defectio: Et ita rem totam hanc gestam esse nemo eorum qui eo ipsorum ausit infitiari. De fraternitate per nos petita & a nostris Antagonistis recusata, sic se res habet. Praebuerunt illi nobis manus in prima salutatione. Ego vicissim, collegis meis praeeunte, sicut inter nos in ipso itinere convenerat, manum porrexi, sed his additis verbis: Dare nos dextras in spem eius, quam speraremus & optaremus fraternitatis. Finito vero demum Colloquio, perlitari scripto moderatissimo ad eos misso, postulavimus, ut cum de fundamentalibus ipsius etiam Coenae Domini capitibus inter nos conveniret, & quae superessent controversiae, mutua potius charitate quam ullis disceptationibus paulatim componi parati animis possint fraternitatis dextram nobis petentibus non recusarent. Hoc autem quum ab ipsis obtinere non potuissemus, & nihilominus in ipso discessu Andreas & L Osiander dextram non serio, sed dicis ut opinor causa praeberent, aperte dixi

dixi, polliceri me quidem ipsis Christianam illam charitatem, quam alij
alijs debent, sed dextram fraternitatis, quam recusarent, praebere nec illis non
posse. Et ita utrinque discessum est. Nec enim Ego simulate quicquam agere
uel adulari consueui. Quod autem isti ajunt, nos nihil magis cupiuisse,
quam ut disputationis huius acta silentio tegerentur, videlicet malignè ab istis
scriptoribus est detortum. In primo statim congressu, quum de colloquij
futuri forma inter nos quaereretur, duas illis conditiones obtulimus aequis-
simas, Unam, ut scriptis tota res inter nos ageretur, Alteram ut si uerbis
disceptare nos mallent, idonei & non suspecti homines utrinque deligerentur
qui singula, quae ab eis fieri posset, exciperent, utrinque postea conferenda, exa-
minanda, & subscribenda. Neutrum istorum illis placuit, sed hoc de-
mum probarunt, ut utrinque thetes quidem adversarijs proponerentur, pub-
lice recitandae. quas postea sequeretur, nullis adhibitis notarijs, non dispu-
tatio aiebat Andreas, neque disceptatio, sed amica potius & prorsus fraterna
confabulatio. Hanc conditionem licet iniquam & manifeste subdolam
admisimus tamen, partim ut Illustrissimi principis desiderio satisfaceremus,
partim ne subterfugere certamen uideremur. Finito uero colloquio quum
de Recessu, quem vocant scripto ageretur, & multa priuatim a non
nullis, prout sermones ferebant, utrinque in chartis & tabellis annotari
uidissemus, quibus facile uel ipsi falli, uel alios fallere nonnulli possent,

qd polic

quid potius nobis faciendum sit, quam ut petamus ne quae fides privatis huius-
modi scriptis temere autenticis habeantur. quod illi qq. agnoscentium censere vi
Et sane plurimum illorum interesse arbitror, ut nihil isterum edatur. Caeterum
ad res ipsas quod attinet, quid de singulis huius colloquii capitibus sentiam
non potest aliunde certius quam ex thesibus utrinque exhibitis intelligi. De Bap-
tismo, cuius necessitatem absolutam Andreas urgebat, dixisse me fateor quod
verissimum est, Homines non illius carentia simpliciter, sed eius contemptu
damnationem mereri: quoniam foedus ipsum videatur aspernatus, qui ad-
iunctum illius obsignaculum contemptent. Concedis etiam Scholasticis propter
triplicem baptismum statuere, nempe fluminis, flaminis, & sanguinis.
Dixi & illud, si non baptisatus infans vel adultus quispiam e vivis
excedat, cum nulla ipsius culpa (sicuti certe in infante nulla vere culpa est)
administrari Baptismus non potuerit a quibus id a Christo mandatum fuit,
non posse contemptus baptismi reum videri: & verissimum esse neces-
sitatis casum, cuius praetextu perperam invaluit est in Ecclesia privatorum
atque adeo etiam obstetricium baptismus. Hoc etiam dixi probabile quidem esse
dos in Ecclesia natos infantes censeri ex electorum numero, divini iudicii
arcanis penes Deum, sicuti par est, relictis: sed experientiam tamen osten-
dere sicut sub lege non omnes circumcisi carne circumcidebantur corde: &
sicut non quicunque Evangelium audiunt, vitam inde consequuntur: nec quicunque

ad

ad mensam Dñi accedit, ad salutem suam accedit: ita etiam multis infan
tibus baptismus accidere, quod non nisi adolescente aetate appareat: neque id
tamen vel esse Deo imputandum, vel illi Sacramentorum defectui, sed eiusmodi
hominum incredulitati & perfidiae, Nec esse baptismi fructum ad illud ip-
sum temporis momentum, quo administratur restringendum. Haec si Theo
logis istis nova, dura, & absurda videntur, tamen cum verissima sint, an
propterea aequum est ut doctrinam illorum offendiculi culpam? In
Spiritus sancti donis dixi & dico magnum esse observandum discrimen. Quae-
dam enim tum sanctis tum profanis nimirum multa esse communia,
quaedam viris sanctis propria: alia etiam esse temporalia sive πρόσκαιρα
(in quam sententiam citarunt locum Matth. 7. 22. & 12. 45. & Heb. 6. 4.
adiunctis Saule & Iuda proditore Xsti) alia vero esse per Dei gratiam
perpetua & ἀμεταμέλητα, ut loquitur Apostolus Rom. 11. 29: Cuiusmodi sunt
vera illa fides, conversio cordis sincera, perseverantiae donum & cetera
sunt eiusmodi. Et quum haec mihi Andreae obiiceret, num David
num Petrus, num denique omnes electi illi lapsu gravissimo a Spiritu S.
destituerentur? Minime inquam: Nec enim sunt haec opera Spiritus, sed
carnis. Tum ille: Ego inquit in illis non per aliquam infirmitate
venialibus, sed peccata conscientiam vastantibus admissis peccatis extinguuntur
Spiritus Sanctus, & fides? Ad haec Ego: Non magis inquam est

firma

firma haec tum conclusio (nihil amissionis & extinctionis nullas commoda inter-
pretatione lemas) ipse affirmares infantem non esse rationis participem, quia
eum illa vis ratiocinandi, deest; sed organorum corporis imbecillitatem, in illa actio
nullo modo demonstret; vel homini ebrio aut phrenetico mentem ipsam ereptam
tam esse, quod in eiusmodi hominibus nec animus nec corpus officium faciat. Verum
est igitur hominibus etiam sanctissimis evenire nimirum saepe, ut natura
mortalissimis carnis affectibus praeoccupati in lapsus horribiles incurrant:
sic tamen semper, ut (quod postea suo tempore tristia illa secundum Deum
ipsos experefaciente, & ad cor illud contritum adducente liquet) non se-
mel amissam & extinctam, sed ad tempus tantum sopitam in illis
fuisse constet, sive quod ad effectum tantum sancti spiritus energiam interceptam
neque fidem penitus in illis amissam, sed interruptam tantummodo fuisse
appareat, idque ex Dei misericordis gratia, tum ob negligentiam & alios
defectus sic ad tempus castigantis, ut eos tamen ipsorum concupiscentiis tra-
dentis, ut firmum tamen maneat & immotum gratuitae sanctorum elec-
tionis propositum, iuxta illud, Non est Dei donum excidere. et. Ex iis
quos dedisti mihi, non perdidi quemquam. et. Nemo domini qui sunt eius
& alia eiusmodi passim in sacris literis occurrentia: quod salvum nihil
ipsi fidei nostrae in nobis post graves illos lapsus, velut reminiscenti sub-
sternatur: quum nam in illis accommodans conscientiae acerrimis [illegible] concles

aus

animos sustentavit? De illa nostra peccatorum distinctione a Scholasti:
corum lacunis hausta dixi, fateri me quidem permagnam esse peccatorum
si inter se conferantur imparitatem, sed si ex sui natura aestimentur, et
Dei in quem peccatur majestas consideretur, omnis quantumlibet in speci
levis peccati stipendium esse mortem aeternam: sicut e contrario nulla super
est in iis condemnatio, qui sunt in Christo Jesu, quos Christus per fidem, veramque
penitentiam apprehensis sanguine suo abluit. Unicum autem peccatum esse
teste Christo, tum sui natura, tum apud Deum irremissibile, et vere mortale.
Itaque distinctionis illius in venialia et mortalia peccata non posse commoda com
mode [illegible], quamvis aliqua interpretatione adhibita possit tole-
rari: sed eam ut ambiguam et periculosam non solere a nobis in nostris Ecclesiis
usurpari. Haec est nostra in hoc argumento philosophia, mi frater;
haec sunt propter quae Beza soletur est Calvinista et haereticus. Ad
postremum autem caput quod attinet, perspiciens illius mysteria in Christo ac
ne vix quidem posse in talium auditorum coetu, sine aliqua offensione
pertractari, nec aliud fortasse tunc fuisse magis captatum, ego ut hac oc-
casione apud imperitos gravarer: hanc disputationem, ut parum ei loco
et tempori accommodatam detrectavi quantum potui: Sed cum id neque verbis
neque scriptis a Principe posse obtineri, gravatim hanc nostram postulatione

ferente

ferentes, eo per tractus, rem totam satis copiose, & quam potui perspicuitate ex plicaui, adhibitis ubique certissimis, non ex humano sensu, cui nullus omnino hic est locus, sed ex ipso dei uerbo, ac praecipue ex Apostolo depromptis testimonijs & exemplis confirmatam. Ille contra, ut facere plerique manifestissimo tamen errore consueuerunt, quaestiones de aeterno tum eligendi tum reprobandi decreto, cum ijs permiscens, quae ad eius decreti, id est ad actualem electionis & reprobationis executionem pertinent, & rursus quaestionem de ipsa praedestinatione cum ijs confundens quae ad eius doctrinae praxin & applicationem spectant: indefinite denique ac uniuersaliter non distinguens, clamitare deum a me constitui peccati & damnationis autorem, & caetera eiusmodi uociferari quibus haec certissima doctrina diffamari, tum abiorpentes tum a me libertas & nostrae fidei & spei fundamenta conuelli consueuerunt, ab Augustino praesertim solidissime aduersus Pelagianos ex professo refutata, imo & a Thoma quoque Aquinate, merito & fortiter repraehensa. Ego contra illis omnibus blasphemijs, quam potui breuitate & perspicuitate repulsis, facto & ridicule dicam praefatus dominum pro ijs pati noluisse pro quibus dixerit se sui testatus patrem a se non interpellari, quamuis perpetuo deinde sit illud ex Osea 13. 9. perditio tua ex te Israel: tantummodo in me tua salus. Significauit me longius progredi in hac disputatione, neque velle

neque

neq. debere: Et ita soluto colloquio utrinq. discessum est. En tibi, mi frater,
veram huius colloquutionis historiam, quam ne ipsum quidem Andream
inficiaturum opinor. Quod si quaeras, quid deinceps agendum putem, &
quid in ea re consilij cum meis collegis ceperim: tute satis conijcere potes,
habendam esse mihi veritatis in primis, ac deinceps etiam existimationis
meae rationem. Ut autem omnes intelligerent quam vere & quam sincere me
in istis geram, & antea gesserim, placuit ut de libellis istis, ipso fortassis
Andrea minime conscio, huc et illuc sparsis apud ipsum expostularem:
quod scriptis ad eum quam moderatissimis literis feci. Accepto autem eius
responso novum porro consilium capiam, quod utinam mihi suggerat
Dominus, prout horum temporum pessimorum necessitas, & Gallicarum
praesertim Ecclesiarum status postulat. Nam, nisi ego vehementer fallor, aut
haec omnia astute & callide a nonnullis comparata sunt in hunc prae-
cipue finem, ut hac occasione a ferendo Gallicae praesidio, Germaniae prin-
cipes absterreantur: quod ego futurum tempestive quidem sed frustra &
prospexi & praedixi. Sed vivit & vincet Deus ille in aeternum, Deus ille
omnipotens & servator noster, quem quidem ego etiam atq. etiam precor,
mi observande frater, ut Satanae tam potenter & intus & foris adversus
Ecclesiam furentis compressa & cohibita rabie, tandem aliquando lucem ex

his tenebris

ex his tenebris eliciat, & te speciatim, in opere tuo laborantem, semper suo spiritu corro-
boretur. Tu vero vicissim vide si me amas, ut me tricesimum iam annum
in exilio voluntario pro Christi nomine agentem, & nuper quintum annum
vitae sexagesimum octavum ingressum, Dei misericordiae & gratiae commen-
des. Bene vale cum amicis omnibus, cum quibus non recuso quin pro
tua prudentia hasce literas communices, atque adeo, si tibi sic visum fuerit, quin
illas describendas & translatam ad illustrissimum praefectum nostrum mitten-
das cures. Iterum vale. Genevae 27 veteris nostri Iunij. 1586

Tuus Beza

EIDEM

114. S. Beasti me, charissime frater, missis constantissimi confessoris &
tum doctrina tum pietate praestantissimi viri D. Ponceij [illegible] literis, quas
ego sum & ore & animo ipso deosculatus. Perierat enim prope mihi
gaudium, quod ex ipsius liberatione inexspectata maximum conceperam,
secuto mox de subito ipsius obitu nuncio, quem falsum fuisse & video et
gaudeo. Quod ad illum attinet, quem nimis moderate putas a me
tractari, ita est profecto, neque mihi in tanta indignitate temperare, atque
magna difficultate possum. Sed tamen in ipsa collocutione, tum in iis quae
nunc moveo, cavendum mihi summopere credidi, ne vel unica mihi vo-
cula excideret, quae non spiraret animum pacis & concordiae cupidum,

cuj

voto meo futurum confido, ut Dominus benedicat. Quod autem meas tres quibus actionis illius summam ad te perscripsi, spargendas & vestro quoque idiomate convertendas curasti: mihi fecisti pergratum, & velim ut nostrum inprimis D. Iacobum Mennanum participem earum esse velis. Caeterum quum ille nihil dum ad meas literas responderit, taliius quid sit proximis nundinis editurus expecto, amicorum postea consilio usurus. Hessemannus, quo nullum confidentiorem simul & tenebricosiorem sophistam in vivere arbitror, responsionem alteram extorsit, quam ex transfurtensi mercatu accipies. Mirum mi maximo quopiam volumine item ille me hisce nundinis impetat. Ego vero, nisi quid novi & nondum refutati attulerit, vel silentio illum ulciscar, vel alium illi ex amicis antagonistam supponam. Edidi quoque meas in tria Cantici Canticorum capita conciones, sed gallicas, in quibus Romanam praetendo Ecclesiam pro dignitate me tractasse existimo, ut minime dubitem quin infinitos in me crabrones concitarim. Verum quid facias? haec mea conditio est, neque me unquam ut spero pudebit Evangelii Christi. Tu vero, mi frater, perge mihi assiduis saltem precibus omnia Iuvisseorum. De nostris illis apostatis, deserta tam turpiter vocatione Augustam profectis, miror nihil mihi fuisse a te scriptum, & plenam narrationem a te expecto. Matthaei illius Smaltaldensis desertionem adversus

D

D. Andreanum fortem optimae causae defensorem legi, id est perpetuam & so-
phisticam abstractorum & concretorum confusionem, ut plane tandem nobis
iusto Dei iudicio sinendos istos homines existimem, vel αὐτοκατακρίτους vel
εἰς ἀδόκιμον νοῦν manifeste traditos: Cui malo vel solus aliquis è prin-
cipibus & civitatibus Christianis, contra istorum conatus ac molitiones irrequietis-
sime doctorum hominum vere eruditorum & piorum conventus mederetur, vel
ipse extra ordinem Dominus suo tempore remedium afferet. De rebus Gal-
licis: res eo redacta videtur, ut nisi extremus hic hostium conatus prorsus
loca & totum exercitus nostros adorientium, ipsis (quod Deus avertat
ut spero) ex animi sententia successerit, palam ipsi petere, quibus tamen con-
ditionibus cogantur: Certum si Germanorum principum animi semel ruptae
comparuerint. Ad nos autem privatim quod attinet, aut me coniecturae
omnes fallunt, aut ulcus istud semel rumpi necesse est, aut extra ordinem
à Deo servari Genevam, aut denique vicinum principem alium protectorem in nos
fieri. Nos interim Deo freti pergimus, constanter ut spero per Dei gratiam
quicquid illi visum fuerit subituri, praesertim si vestris precibus adiuvemur.
Bene vale vir clarissime & observande frater. Dominus Iesus tibi, tuisque
sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. XXII Aug. 1566

Tuus Beza, manu, sicuti vides
vacillante

EIDEM.

Debet hec epla collocari supra post 85

S. Heri, vir eximie, redditæ sunt mihi suavissimæ literæ tuæ, quæ non omnia iucunda nunciarint. Nos sollicite expectamus diem huius mensis tricesimum, in quo de sessionis in nostra controversia iudicibus apud Thermopylas Helveticas disceptabitur. Quæris quid futurum augurer? οὐδὲν ἔχω; quod ad pacem harum regionum publicam attinet. Causæ nimirum multæ & probabiles sunt quas perscribere paucis nequeo, neque nunc quidem expedit. Iura huius civitatis liberæ & Imperialis tam sunt & sua vetustate insignia, & firmitate haud dubia, ut sine extrema impudentia in controversiam revocari nequeant. Itaque etsi temporibus istis in eos incidimus, qui, ut ait noster Iesaias, lucem ipsam audeant pronunciare tenebras esse: tamen video id unum captari ab illo huius reip. hoste non alio quam fuit adversus græcas civitates Philippus ille Macedo per illas ipsas earum eversor, ut frustra præmonuit clamitare Demosthenes, ut iudiciorum tantum contestatum effugiat, quod vereor ut facile obtineat cum non desint quæ speciose obtendat. Sed omnia sunt in manu Domini, cui nos totos commisimus, & quum videam nobis non deesse innumera & certissima divinæ pro hac civitate excubantis providentiæ testimonia, inter quæ inprimis recenseo assiduas tot Ecclesiarum, & tot piorum servorum Dei preces, non possum non optima quæque sperare, etiamsi Deo decretum fuerit experiamur ut patiendo, vel etiam moriendo vincamus. Quod

ad illum

ad illum fatuum, ab eo de quo scribis merito repulsam, si apud te essem dice
rem tibi in aurem, istum non multo meliore conscientia nunc ea quae antea
fuit & fauit repudiare, quam quum hanc Caminam moneret. Etenim si
serio id faceret, uel rem totam serio curaret decidendam, uel saltem illum
suum compatrem liberaret. Itaque uel ista omnia utrinque negligit, fortassis etiam
tandem aperte ab utraque parte defecturus, uel foro seruit, tantisper dum
id obtineat, cui inhiat, quod tamen uidentur satis animaduertere quibus cum
est ipsi negocium. Interea Dominus aut ipse admonet, aut filiis istorum
hominum uitae inuisis, spes eorum frustrabitur: & res ipsis relictis euadet
Eccla Christi ipsorum sagena. Te uero, mi frater, scio consilio meo in
his difficultatibus non egere, quae si tibi essent propter suadentem ut ob-
latas commodioris uitae conditiones minime negligeres ~~et~~ minime negligeres,
& tamen quam sint firma uel diuturna probabiliter futura dispiceres quae
offeruntur, concessuria Christi ipso Heidelbergensis Ecclesiae statu facta. Verum
quum te Dominus istic collocauit, quem istis Ecclesiae turbatoribus oppo
neret, nolim te Satanae uel illius administris uel tantillum cedere.
Quod si eousque procedat illorum intemperies ut uel aperte in Christi-
daris, uel ea tibi conditiones proponantur quas salua conscientia sequi
non possis, tum saltem non Ecclesiam deseruisse, sed ab Ecclesia fuisse desertus
merito

censeberis. Sed absit ut eum moneam, a quo potius velim consilium petere.
Literas istis adiunctas velim ut ei reddendas cures, quem istic nunc esse
arbitror. D. Hardesianum rogo ut ex me, itidemque ceteros amicos quam officio-
sissime salutes. Illum autem velim hanc nuper in hac Ecclesia propositam
quaestionem mihi dissolvere, eone usque existimet valere affinitatem spon-
salitiis per verba de futuro promissam et speratam, morte vero alterius
promittentium abruptam, ut hac ratione prohibeantur coniunctiones iure
vito interdictae, si impleta promissione et commixtione sanguinis reipsa
contracta fuissent affinitatis iura. Nam quod ad me attinet, quamvis
plerosque videam aliter sentire: existimo quod ad hanc tuendam sententiam
ex iure civili trahuntur, pertinere ad sponsalia repudio, non alterius morte
dissoluta: quam licentiam frequentissime in ipsis etiam divortiis utentur
patrum impedire legislatores merito studuerunt. Rogo illum igitur ut
suam de hac re sententiam mihi significare non gravetur, et te quaeso,
ut mihi perscribas quid istic in eiusmodi negotio ex vestris communibus
libris legibus iudicetur. Bene vale vir eximie et observande frater.
Dominus exaudiat nostris gemitibus Satanae rabiem cohibeat et filios
istic et alibi servos tuos atque quantumvis indignos quam efficacissime
benedicat. Genevae. 25 Sept. 158 . Pene praeterieram quod
scire

scire ex me voluisti. Vix ausim sperare seriam nostrae scholae instau-
rationem, ardesque liqueat quo sint istae controversiae eversurae. T.B.

Has literas, mi frater, cives quidam noster per oblivionem vestro tabel-
lario non traditas heri demum mihi restituit, quas nunc ad te mitto.
Nos valemus et qualemcunque pacem habemus. Quaestionem superius
propositam sic accipe. Quidam puellam sibi verbis de praesenti desponsavit.
Puella vidua post febri correpta ex eo morbo interiit, non promul-
gatis in ecclesia sponsalibus. Quaeritur, an contracta sit eiusmodi sponsa-
libus affinitas, quae coniugium cum defuncto puellae matre vel sorore
prohibeat. Scio sic censere nostros iurisconsultos, sed leges ab ipsis cita-
tas arbitror ad sponsalia non morte sed repudio soluta pertinere. Tu
vero mihi quaeso rescribe, quid in huiusmodi casu istic a vobis sta-
tueretur. Genevae. 20 Novemb. Tuus Beza

EIDEM

117. S. literas tuas, mihi tanto iucundiores, quanto diutius expectatas accepi
Vir eximie et charissime frater. Firmiorem valetudinem tibi et tuis et ecclesiae
causa precor a Domino: quamquam te video ex ipsa scriptione valetudine usum manus
quoque minus etiam sperare. quum ego, licet adhuc a podagricis et chiragricis illis do-
loribus, per Dei gratiam liber, ita tamen vacillante manu, ut plerunque cogar alie-
nam requirere. Sed quid tum? Sic sane exterior iste noster homo, prout
eis

eius conditori & instauratori visum erit, absumatur, dum modo interior sentim promoveatur. Mihi certum est consilium illud sequi, quod decrevimus, & quod tibi ac aliis amicis placere video; nempe ut istos nihil aliud quam novarum accendendarum flammarum occasionem captantes, perpetuo silentio, minime tamen deserta veritate, ulciscar. Necessitas mihi imponitur responsionis illius retundendae & absolvendae, qua in re nunc sum totus. De Carolo a me inchoatis constituam postea quod volet Dominus, & e re fuerit Ecclesiae. Illustrem & Magnificum illum virum velim ut ex me reverenter salutes: quem etiam, si facto sit opus, non dubitabo literis meis appellare. Quid autem hic subverear per tempus satis intelligis. De reb. nostris, restituta quidem est schola, sed pene vacuis adhuc sedilibus, loquuntur pulpita. Gallica horrenda tragoedia nunc est ἐν ἐπιτάσει. Annum funestissimum nobis id est toti mundo instare, caelum ipsum & terra sonora voce testantur. Utinam surdi non simus & vigilantes deprehendamur. Bene vale vir eximie & summe observande frater. Genevae 17 octobris, nostro vetere Calendario 1567.

Tuus Beza.

EIDEM

120

S. Opto tibi, vir eximie & Ecclesiae & huiusmodi causa firmiorem corporis valetudinem, verum autem animi sanitatem tibi gratulor, qua te velim sic uti magis ac magis pro muneris tui ratione, ut non tantum errantes atque

adeo

adeo τὰ λανθανόμενα καὶ παλαιοῦντα, verum etiam ἀρρωστία τῆς διανοίας laborantes sanare possis. Ego per Dei gratiam adhuc fruor ea valetudine, quam in hac aetate vix ausus essem sperare, sic fortasse me confirmante Domino, imminentibus multo quam ante saevioribus tempestatibus, aliquatenus, Dei beneficio par esse possim. Illi quidem certe novum singulare Dei beneficium acceptum fero, uxorem nactus, quae huic meae senectuti sublevandae, haud satis scio an aptior ulla desiderari a me potuerit. De loco illo Strabonis, de quo me admonuisti, gratiam tibi magnam habeo, & si digna essent illa, in quae tu inquireres, tuam quoque in coloniis censuram magnopere desiderarim. De rebus Gallicis. tandem induit Dominus Regem Gallium iustissimae ultionis spiritu, quum hoc unum superesset, ut re ipsa regnum inter se dividerent coniurati. Itaque decimatertia Decembris, velut Catilina caesus est ipsius mandato Guisius, & eodem insequenti Cardinalis ipsius frater, caput istius teterrimae & manifestissimae coniurationis capitibus de quibus adhuc expectatur quid sit constituturus. Dux Dumaenius qui Lugdunum tunc erat belli adversum nos in Delphinatu gerendi specie, urbem illam quae regni clavis est, vel sibi occupaturus, vel Sabaudo intercepturus, quorundam ignavia in Burgundico Ducatum proximum evasit, ubi desperatus extrema quoque tentat. Parisienses quoque & Aurelianenses inspiritorum scelerum sibi conscii, maiore multitudine meliorem superante, seditiosissimos se praestant.

Die nov

nbro hujus mensis quarta, veteri itidem calculo optima illa Regis
mater Catharina, Galliae vel potius totius orbis pestis suum Guisium
est secuta, ex animi potius quam corporis morbo. Aiunt etiam moerore
absumptum inter captivos, Borbonium illum Cardinalem, hominem quidem
ineptissimum, sed quo tamen larva utebantur conjurati. Decumbit quoque
ut fama est Lotharingus. Sabaudus detecta eodem tempore sua ad
intercipiendam Lausannam et alias Bernensis ditionis praefecturas, conjura-
tione, nunc laborat de suis finibus tum adversus Gallum tum adversus Ber-
nenses et nos communiendis. quod ni mature quorundam sapientia cohibu-
isset aliorum impetum, jam apertum bellum gereretur, quod etiam quam
procul a nobis absit nescio. Tu vero, mi observande frater, Dominum
opt. max. orare nobiscum non desine, ut ex tanta tempestate, cujus ante
res partim subverti, partim in rabiem adegit, serenitatem aliquam jubeat
exoriri. Navarrenum quidem, et Ecclesiarum gallicarum religiosas affirmare
tibi possum nunquam fortiores quam nunc sunt, animo fuisse. Bene vale vir eximie
et summe observande frater. Dominus Jesus tibi tuisque laboribus magis ac
magis benedicat. Genevae 7 Januar. Veteri nostro calculo. Tuus Beza

EIDEM

121

S Etsi de tua in hanc Ecclesiam ac speciatim etiam in me benevolentia nunquam
dubitavi, mi observande frater: magnopere me tamen literae tuae a cive nostro

mihi

mihi reddita & singularis amoris in nos tui testes, magnopere me & totum co-
ginum nostrum recrearunt. Et res certa nostra, si vastationem regionis & Eccle-
siarum Sabaudicarum destructionem excipias, ita se habent per Dei gratiam, ut
eum non nostros tantum gemitus, sed etiam absentium quoque plurimorum piorum &
nostri amantium preces exaudivisse fateri nos oporteat, praesertim ex quo
Gallicis copiis à defuncto Rege ad sui defensionem revocatis, à socijs quidem de-
serti, ab hoste vero magno & immanis odij pleno exercitu fuimus circumsessi.
Tunc. n. vere sese exeruit illa potentissimi Dei nostri manus, quo duce à
paucissimis ac prae nullis nostris ter fuit ille magna cum caede & ignominia
repulsus, et mox tot incommodis, ac praesertim inflictis morbis perculsus &
attritus ut Camerinacum Sabaudiae metropolim repedi inglorius fuerit coactus.
Quatuor tamen prius illa propugnacula locis idoneis sita & validis praesidijs
communita construxit, quibus ad deditionem compelli nos brevi posse confidebat.
Sed hanc etiam ipsius expectationem frustratus est Dominus, omnibus illis
paucorum dierum spatio partim dolo bono interceptis, partim Dei potius ipsius
quam hominum brachio perruptis, captis & funditus eversis, nec fere dies abit
ullus quin feliciter aliquid à nobis geratur. Superest adhuc tamen pro-
pugnaculum unum munitissimum, neque dubitamus quin hostis, quanto fit
istis cladibus irritatior, tanto ardentioribus animis proximo vere bellum sit
instauraturus: & socierum vicinorum consilia prorsus à nostris diversa,

quibus ipsi viderint quam bene tam sibi, tum Helvetiis toti caveant) novas
nobis tempestates longe maximas praenunciant. Nos autem bonitate iustis-
& necessariis pro religione & libertate, id est pro aris & focis defensionis
freti, quibuscunque sub Dei nostri praesidio perferre potius decrevimus, atque adeo
nos nostraque omnia, si Deo sic videbitur, quotidie ipsi sacrificium offerre, quam
indignum vel turpe quidpiam cum Antichristo, cuius iste mancipium est, pacisci.
Vos autem ne veris illis nostris invictis armis adiuvare nos desistite,
quod te quidem ultro facturum non dubito. Quantum autem ego in hac se-
necta & tanta tempestate tuis & nostri amantium omnium precibus egeam,
satis ipse per te intelligis. Iobi nostri exemplum iam tibi redditum fuisse
te confido. Bene vale vir ornatissime & summe observande frater. Ge-
nevae 15 Decemb. nostro Calculo 1589.

Tuus Beza, manu sine
vires vacillante

EIDEM

#122

S. D. Spero tibi, mi frater, redditas quas non ita pridem ad te dedi, unde
cognoscere potuisti rerum nostrarum statum. Ab eo tempore eadem semper no-
bis benignissimi Dei manus adfuit, hoste non semel sed iterum & tertio atque
adeo quoties nobis occurrit, amissis et caesis etiam non paucis, repulso. Sed
quum eae vires nostrae non sint quibus illum subinde copias novas submitten-
tem penitus profligare possimus, ambigi non potest, quin, nisi Gallus, cui per

Dei gra

399

Dei gratiam res omnes ex animi sententia, adversus conjuratos suos succedant, iustis copijs illum intra ipsam Sabaudiam adoriatur, et aliquos non praeterea contemnendo subsidio juvet, longe maxima tempestas proximo vere sit nobis subeunda. Etsi vero nobis ille tum nomine tum reipsa Christianissimus ac religiosissimus princeps, ac proinde fidei suae veteris minime defuturus, utrumque prolixe pollicetur: tamen in unicum Deum & servatorem nostrum spes nostra est omnis defixa, quem obsecro te, beneq. istic & nobis amantes precor, ut magis etiam quam unquam antea solliciti pro nobis assiduis precibus interpellare ne desinatis. Caeterum, observande frater, aliud etiam est, in quo praeter tum operam tuam, & omnium istic nostri amantium fratrum desidero. Cum enim nihil aeque hic nos urgeat, & deinceps nobis omni proorsus intollerabile futurum videatur, atq. familiarum ad extremam inopiam crudelitate & perfidia vicini tyranni redactarum numerus tantus, non tantum indigenarum sed etiam externarum, utpote Gallicarum & Italicarum, ut illis vel tenuissime, si diutius ab hoste, instauratis subinde praesidijs circumsideamur, alendis par esse non possit haec civitas: cogimur nos, potissimum peregrinos (qui civibus à quibus tam humaniter excipimur, & eadem calamitate oppressis oneri sumus) eorum peregrinorum quae istic est, & de cuius charitate ambigere non possumus, precibus interpellare. Quod omne religionum gloriam censeo futurum, ut ex communibus nostri gallici & Italici

collegij

collegij ad peregrinorum Coetum, qui istic est, scriptis literis plenius intelligas, rogo te etiam atque etiam, ut nos apud quoscunque istic poteris consilio & Christiana intercessione iuves: quod quoniam ultro facturum te pro Christiana charitate tua non dubito, pluribus mihi religio est id tibi commendare. Bene vale vir ex.me, & summe observande frater. Dominus Iesus tibi, tuisque. Sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Geneuae 9 Ianuar. anno 1590: ineunte, quem tibi, tuisque. Ecclesiae vestrae, felicem & tranquillum precor.

Tuus Beza.

EIDEM

ā copiis 123.

S. Res nostrae, mi frater, de quibus non dubito quin sollicitum cogites, satis bono nunc sunt loco. Quod ad hostem ipsum attinet, eum nunc post multas burgos, & castella expugnata, & aliquot arces munitissimas, quas Dei ipsius omnipotentis manum ad deditionem compulsas & mox eversas redactum, ut intra duo quae isti supersunt propugnacula sese cogatur continere. Sed cum iaceat incultus ager vicinus, exhaurientur etiam privatorum loculi, nullus appareat adhuc belli, quod per integrum iam annum sustinemus, exitus: nec generum dispensis solet desertiris videatur: satis intelligis quantum nunc neque Gallum neque. Serias Helveticas civitates nobis sepultura exstimemus, in quanta sollicitudine versemur: quae nos necessitas iam antea coegit de nostris peripeteiis,

quorum & imperitae multitudo mirabiliter indies excrescit, aliqui si fieri posset satietate sublevandis res interpellare. Quod quum sedulo facere te non dubito, hoc ipsum rogo ut magis & magis mea causa facias, id est, ardentius precibus civitatem hanc & scholam Deo opt. max. commendare pergas. Caeterum nescio an aliquando audieris excitatam olim Heidelbergae magnam de presbyterio & excommunicatione controversiam a D. Thoma Erasto D. Medico, cuius thesibus, quae manuscriptae circumferebantur, quum ipse quoque brevissimo momento paruisse contra, meas contrarias opposuissem, & res tota suppressis utrinque scriptis, feliciter esset composita: ecce exortus est in Anglia malus quidam genius, qui ex Erasti, Basileae ante triennium circiter mortui cineribus flammam recentem, edita quadam ipsius, quam vivus suppressisset refutatione excitavit, me quoque privatim & nominatim petens. Quod nisi haec controversia non parvi momenti totam Ecclesiam respiceret, non fuissem, ita me bonus Deus amet, hac mihi facta iniuria magis commotus quam si nihil tale scriptum vel editum unquam fuisset. Amici vero mei hac de re rogati suaserunt, ac tandem, licet invito, persuaserunt, ut scriptum illud meum dudum suppressum ederem, cuius exemplum aut circa tempus istud, aut post istas tibi citius redditas Francofurto accipies. Quod si librum perlegere sustinueris, & quid tibi de re tota videatur, ad me

me per Scriptoris praescriptione non gravaris, magnopere me tibi devinxeris. Bene vale frater observande, & nos vicissim amare perge. Genevae 23 Iulij 1590

Tuus Beza

EIDEM.

124.

S. Opto tibi, mi frater, commodiorem valetudinem, non tuo tantum, sed totius Ecclesiae vestrae bono. Me vero partim subinde recurrens Ischij dolor partim magna virium imbecillitas sic exercet, ut non procul ipse mihi videar abesse a curriculi mei meta: ad quam me properantem velim ut assiduis precibus adiuvare pergas. Meum illud scriptum tibi probari valde gaudeo, & valde mihi iucunda fuit D. Doctelli nostri iniecta abs te mentio, quam etiam velim ex me officiosissime salutari. Contributionem illam de qua bis ad me scripsisti, bona fide a vobis factam transmissam a D. Calandrino ad me dicam, & eo nomine plurimum tibi & bonis omnibus fratribus vos me certe debere profitear, Deum precatus ut huius tam opportune in nostros pauperes collati beneficij memor esse, pro benignitate singulari sua dignetur. De rebus Gallicis non dubito quin istic plura fortasse & saepius frequenter audiatis, sic nobis interclusis per Burgundiam itineribus, ut commeatus vel a Rege ad nos, vel ad Regem a nobis non sic commeent. Illud tamen certum est, tam rara felicitate adhuc ornari nostro Christianissimo, & summis hercle multis virtutibus ornato, ipsius

ipsius denique Dei manu erecto Regi, ex animi sententia succedente, ut illum ad-
mirari, et eius vere generosum animum laudare hostes etiam ipsi cogantur. Et
si ratum esse volet Dominus, quod a plerisque iam pro certo habetur, intra pau-
cissimos dies, Parisiis vel per vim expugnatis, vel deditione receptis, certum nun-
cium audiemus, magna mox secutura in maxima Galliae parte mutatione
optatissima. Tantum hunc Regem nobis Dns Deus noster adversus insidias, in-
primis tum Satanae, tum Hispani conservet. Interea, sic occupato Rege, ut
neque militem neque pecuniam nobis submittere potuerit, etsi mirabiliter
adversus hostem tutatus nos est omnipotens ille Deus noster: nihilominus
tamen bellum istud, quod toto iam quinquennio mentes adversus potentissimum
et immanissimum hostem gerimus, eo usque nos magis ac magis premit, ut
nisi nobis intra messem advenerint suppetiae, nullam non miseriam et
calamitatem reformidem, quam huius efferatissimi tyranni rabies, partim
vicorum incendia, non senibus, non feminis, etiam praegnantibus, non ipsis
denique vagientibus infantibus parcat. Sed nos profecto si quidem nobis mo-
riendum erit, Deus ille noster deseret, in quem unum spem omnem nostram de-
fiximus. Vos autem pergite nos quaeso assiduis precibus magis ac
magis iuvare. Bene vale vir clarissime et amicissime frater. Genevae
12 Junii, veteris calculo 1590

Tuus Beza

EIDEM

S. Spero, mi observande frater, meas tandem fuisse tibi redditas, quibus tibi & ceteris
istic suam in nos vere Christianam charitatem erga nos liberalissime testatis vene-
randis fratribus, gratias egi, totius Collegij nostri, ac etiam nostrorum omnium peregrinorum
pauperum nomine, & nunc rursus ago de collecta & bona fide ad nos transmissa
summa, quam ad nos perscripsisti, qua re certe nihil potuit opportunius quam
nostra causa fieri, cum excrescente quotidie pauperum nostrorum numero
simul & inopia, ut si diutius protrahatur haec calamitas, cuius ne nunc
quidem finem prospicere possumus, incidere nos in eas calamitates oporteat,
unde solus nos Deus extra adimere possit & explicare. De rebus nostris
hostes irruptione superiori mense in Gaiensem praefecturam, maturescente
iam messe, cum ijs copijs progressi, quibus pares esse nostri nullo modo possent
cum aliqua nostrorum, qui temere illis occurrerunt strage, totum illum
tractum, quamvis, exceptis paucis nostri territorij pagis Sabaudicae ditio-
nis ita sunt crudeliter depopulati, ut foeminis quoque & ipsis lactentibus pue-
ris in sinu matrum interfectis, & vicis qui frequentissimi & bene exstructi
in illa regione extabant in cinerem redactis, omnem Turcicam & Mosco-
viticam immanitatem merito videri possint superasse. Si vero illi
nunc inde excesserunt, sive necessitate quapiam, de qua apud nos rumor
est coacti, sive ut alibi commodius habitent, fortasse tamen ubi matu-

merit

fuerit vindemia, Turonensem praefecturam, non dissimili crudelitate depopulabuntur. Interea in Helvetiis comitiis de rebus nostris, vel potius communibus disceptatur, sed valde cunctanter: nec hosti desunt artes, quae moram iniiciant, et quae fortassis sana consilia infringant. Res igitur nostrae secundum Dei nostri providentiam ac bonitatem, quibus unis stamus, a rerum Gallicarum ac praesertim Parisiensis obsidionis exitu dependent, quam civitatem tot sanctorum sanguine ebriam, Satanae triumque emissariorum ac potissimum Iesuitarum et quorundam Sorbonicorum concionibus grassantibus fame et peste ad extrema redactam, nisi forte iam dedita est, magis ac magis pergit dementare. Rex autem, ut olim Ierosolymam Titus, quamvis ad meliorem mentem illos revocare, et ab exitio tanquam mediis omnibus studuerit, nulla tamen ad hunc rationem efficere istud potuit, obstinatissima et plane fatali miserorum pertinacia prohibitus. Dumaenium tamen audimus copiis non parvis partim ex reliquiis coniuratorum collectis, partim a duce Parmense submissis, ad decem usque milliaria, id est, vix duodecim itinere ad Lutetiam liberandam accessisse: cui rex ipse, licet non intermissa urbis obsidione, occursurus circiter 28 diem superioris mensis progredi cum delecto equitatu et peditatu coepit. Itaque aut vel iam fuerit certatum, vel Dumaenius pedem retulerit, et dedita fuerit Lutetia

Nam

Nam si quid esset a Rege non feliciter gestum, aut ego prorsus fallor, aut jampridem hostes ea de re famam sparsissent. Utcunque vero se res habeat, valde solliciti nuncium his de rebus omnibus expectamus. Vos autem quod facere vos res ipsa monet, & charitas illa Christiana, qua nos etiam semper prosequuti estis flagitat, pergite quaeso perpetuis precibus ardentissimis pendentem Galliam totam & Genevam Deo opt. max. & vno Senatu in nostro perpetuo commendare. Bene vale, mi frater. D. labores tuos, tuoq. sancto ministerio magis ac magis benedicat. Genevae 12 Aug: non Gregoriani, sed Iuliani 1590

Tuus Beza

Reverendis Viris, Dominis & fratribus summe obseruandis, Ecclesiarum peregrinarum pastoribus. Norimbergae.

S. Reverendi viri, domini & fratres in Christo summe obseruandi. Triste nobis huius ad vos scriptionis argumentum praebet Reip. & Ecclesiae Geneuensis status eiusmodi, vt partim grauis iam praesens, partim multo grauior imminens angustia nos inuitissimos cogat fratrum etiam longissime dissitorum opem implorare. Etsi enim Dei opt. max. beneficio plane admirabili, quamuis a quibus minime oportuit deserti, tot hosti potentissimo & crudelissimo totis iam decem mensibus restitimus, ut ille quidem

nos.

nos adhuc potius circumsideat quam obsideat: Et quoties conserta sunt manus, tot(ies)
diuinitus potius quam humanitus insignes victorias paucissimi aduersus plurimos
reportauimus: tamen praeter quam quod ea non sunt nostrae vires, quibus ille penitus
penitus profligari, ea tum crudelitate tum perfidia bellum istud gerit, et adhuc
gerit ille, ipsis inimicis segetibus, si quas metere non potuit: abactis pecoribus:
agricolis sine exceptione partim trucidatis partim pulsis: ipsis denique villis crema-
tis, vastataque vindemia, ut tota circumiacens regio quandam Arabiae deserta
speciem induere coeperit. Hac vastatione miserum in modum auctus est in urbe
miserarum familiarum numerus, aucta plurimum annona et rerum omnium
pretia: et quum antea pauperibus indigenis et aduenientibus, praesertim peregrinis, qui
in hanc urbem gallica bella tam saepe [illegible] [illegible], satis abundaremus,
eo neque [illegible], impeditis etiam contractibus commercijs, pauperum istis generis
multitudo, ut illis vel transeuntibus atque ad nos confluentibus eleemo-
synae [illegible]: At ipsa vero Respubl. quae et ipsa eodem modo paene opprimi-
tur, [illegible] nostri peregrini [illegible], imo ne petere quidem, tum iusto et
honesto pudore possunt. Cum tamen ita se habeant, et peregrinorum cura in hac
respubl. sit ita dispensata iam inde ab initio, ut [illegible] unum idemque corpus sint
tamen ne indigenis, qui nos tam liberaliter et christiane [illegible], onerosi si-
mus, tum Galli tum Itali suis seorsim et distincte opitulantur: Vehementer cu(pimus)
atque etiam a vobis hac tempestate summa necessitate, et rerum, de quo minime dubitamus

charitate freti, petere non dubitamus, primum ut hanc desolatiss. civitatem, & scholam valde
laborantem, sed tamen adhuc quoad Domino libuerit servatam, perpetuis magis ac ma-
gis clementissimo Deo & Servatori nostro precibus assiduis commendare. Deinde ut
si quid vobis, quos aliquid harum ac miseriarum expertes non esse arbitramur, su-
perest, quo nostram hanc miseriam, aliquatenus saltem possitis sublevare, id in
hunc tam pium usum impendere, pro vestra vere sancta & Christiana beneficentia
ne gravemini: gratum certe Deo opt. max. facietis, & nos omnes maximo & per-
petuo hoc beneficio vobis devincietis, sicuti iam nunc vicissim Deum opt. max.
precamur, Reverendi viri, Domini & fratres summe observandi, ut vos vestrasque
Ecclesias Omnipotens ille Deus & pater Domini nostri Iesu Christi clementissime ac
potentissime adversus omnes Satanae conatus & malorum tueatur, vestrisque sanctis
laboribus cumulatissime benedicat. Genevae 9 Ianuarii Anno novo 1590
ineunte, quem vobis bonisque omnibus felicissimum precamur.

Vestrae pietati addictissimi Genevenses Gallicae & Italicae Eccle-
siae pastores, Doctores & Diaconi.

Theodorus Beza, Gallici totius Collegii nomine
ac voluntate subscripsi.

Ioannes Bernardus Bassus Italici totius Collegii
nomine & voluntate subscripsi.

Carolus Servillius Diaconorum Gallicorum no-
mine subscripsi

Pompeius Deodatus diaconorum Italicorum nomine.

Fido Iesu Christi servo, D. Constantino Fabricio, Norimbergensis Ecclesiae pastori; fratri ac symmystae observando.

S. Pudet me quidem, mi charissime frater, istius tam diuturni apud te silentii, quum praesertim toties illud pro tua in me benevolentia singulari interpellans, sed illud mirari desines, ut spero, perlectis meis ad D. Moranum nostrum literis satis potuis, quas ad te idcirco non obsignatas mitto, ut eas perlegere, & de nostro ipse communi quoque nostro statu ex iis cognoscere non graveris. Ad illud autem D. Esromi nostri beatae memoriae scriptum quod attinet, illius editionem multis de causis distuli. Primum enim vix credas quantopere typographi nostri de tarda sacrorum librorum praesertim orthodoxorum venditione conquesti; si quid illis paulo prolixius scriptum offeratur, sese difficiles & morosos praebeant. Ad hoc autem malum illud etiam accessit, quod scripsisti de integro penitus istuc remittendo exemplari, quod fieri non potuit quia de integro describendum. Praeterea non dissimulo in tractatu de praedestinatione permulta, ut & in explicatione quaestionis de potentia diabolorum (quam inscriptionem malim de potentia daemoniorum inscriptam, quum diaboli nomen nusquam in sacris literis plurali numero scribatur, utpote quod ipsum principem a suis angelis distinguat) non pauca a me inventa, quae non facile admittenda putem, & de quibus si superstes adhuc nobis esset maximus ille vir, pluribus cum ipso conferrem. Sed & de fratribus pariter, ut penitus adiaphoris non facile fuerim illi as-

sens[illegible]

sensus. Fallitur enim manifeste, quod frangere accipit pro distribuere, in ipsa
Cœnæ institutionis historia, in qua duo ista, fregit & dedit, manifeste discernun-
tur: et Paulus pro διδόμενον scribens κλώμενον satis demonstrat hanc
fractionem esse istius sacramentalis institutionis partem, etsi non per se absolute
& simpliciter essentialem, tamen non recte praetermissam, contra perpetuum
ipsius Ecclesiae veteris usum: cui sacramentalis sua quoque significatio non
tantum ab Apostolo expressa, minime deest, ut & vini in sacrum vas infusioni
quae significatio non obscure ἐκχυνόμενον declaratur, dum ipsi sanguinis effusi-
oni applicatur. Itaque differendam potius hanc editionem putarim, quam
accelerandam, aut quicquam in opere alieno & quidem tanti viri mutandum. Nihil
igitur habeo, quid de huius operis editione vobis possim polliceri, ne, dum prodesse stu-
demus, novas Ecclesiae dissensionis occasiones, a tam multis vestris captatas, et
etiam plerumque arreptas praebeamus? Velim igitur vos de hac re tota istic
constituere, & si fieri possit, mihi, intra proximas nundinas significare, an
istuc vobis placeat exemplar istud remitti. Quod tutissime non posse tutiusque
& minori periculo fieri quam si cuipiam e vestris committatur testabitur
Francofurti, quibus controversiis tractandum. Et de vestris quidem istis & cae-
teris hactenus dictum esto, pro quibus utinam nobis tandem aliquando lae-
tius aliquod argumentum divinitus praebeatur. Bene vale mi suavissime
frater, & me privatim Deo nostro & fratribus commendare perge, ut per has
tandem

tandem tempestates, tot qui nobis praeierunt sanctos Dei servos consequamur et

Genevae IIII februarij: veteri calculo CIↃ IↃ XCVI

Tuus Beza.

CL. & doct. viro Salomoni Francko a Fridenthal
P. L. professori in Academia Julia. Helmstadij

Justus Lipsius Salomoni Francko S. D.

Ea vero vota Deus audijt, quae concepisti, mi Francki, avida & in me benigna mente. Amicitiam meam voluisti; juro tibi per aeternum illum amicitiae praesidem, sacrum ignem, habes & habebis, conciliantibus virtute tua & doctrina. Ore mihi notus non es; corde es & pectore: quod unum ego spectro in tali isto foedere coëundo. Vidi versus tuos, qui adiunxisti: praeferunt non scientiam solum, & erectius ingenium, sed iudicium & sapientiam, quod caput est rerum. Ah quam multi docti aliiq. sunt, nullius utilia rei bonae! quos probitas aut prudentia non respicit: & qui, velut vitrum splendent, sed pretium aliud non habent. At ego Te & illos laudo, qui ut gemmae arcanas dotes & pretium adferunt, quo tractati placent & magis magisq. cum pernoris. Bene ita de te judico, tum ex scriptione tua ad me, quae habet has notas, tum ex praefatione una, in qua vidi quod placuit iudicium de stylo. Apage novatores istos titulo vetustatis: qui corrigant & consarcinant antiquitatem aliquot verba &

et ijs se iactant, non alio colore aut ornatu boni. Nos quum damna-
mus, sicuti Amici & Discipuli nostri, clamamus, ingerimus, sed apud quos-
dam frustra, qui bellum putant, quidquid exstat. Verrucas & naevos
imitantur aut exprimunt: lineas & colores veros non discunt. Haec
perpetua mea sententia est; & ad scripta mea appello, non excedunt:
quo magis miror (non enim indignor) fuisse nuper, qui librum vendi-
tarit titulo Lipsianae Latinitatis, & quasi ego inter hos κακοζήλους.
Quisquis pariter & affectuum expers iudicat, ab illo calculum non fe-
ret; a me magis, qui hoc ipso benigniora iudicia mereor, quod nec
lectus intingo & ulciscor. Quid tamen facilius? Nolo vivere, nisi
unius semihorae calor frigentium verborum illas pruinas non dicam de-
tegat, sed dissipet, & verum atque unum istum virum Europae nostrae os-
tendat. Bonus senex! Daretem aliquem quaerit (reperiet
fortasse, sed non ipse Entellus. Tiro in his rebus est, & adhuc in prae-
texta: quod lacessit militiae veteres & stipendiorum plenos. Modes-
tiam amo, & apud me sancta est: ideo nec privatim ultra lado, &
satis sit in occasione hoc tetigisse. Te, mi Brenceli, hortor, amare
veteres, sed cum iudicio: amare scientiam, sed cum prudentia; omnia
autem cum modestia, quae sal & condimentum est nostrarum actionum: perge.

Hoc

Hæc gratiam, hæc diuturnitatem parit. typhi & fucus abeunt: & in q. quotidie vides. Vale. Lovanij Idib. Septemb. ∞ Ιↄ XCV. I Ca-linum V C salute, iam senem, prudentia & annis plenum. eam ri via ingressus mihi in dolore jam olim. in Xto metam est. Utinam & ego.

LI

Eximio Christi servo, D Constantino Fabricio, fido in Ecclesia Norimbergensi pastori, fratri ac symmistæ summe observando.

S. Hodie mihi tuas ad te communicavit, qui est à concionibus Illustri Dno Baroni Zerotino, ex quibus coniicio ad te jam pervenisse meas D Monavio nostro & tibi inscriptas, & iiij febr. datas, & quæ ut spero tibi valli satisfecerint de meo illo tam diuturno silentio, quod abest ut quidquam immutavit in illa nostra mutua & firmissima in aeternum ut spero futura animorum conjunctione, quam ne mors quidem ipsa tollet, sed suo tempore perficiet communis illa quam speramus beatitas. Quod autem ad illa D Sami nostri beatæ memoriæ scripta attinet, visum adhuc est mihi vestra, ut confido, bona cum gratia, illa apud me servare, ut accuratius quæ in ipsis probare sane non possum, puta tractatum de prædestinatione & de fractione panis, dispiciam & expendam, ac etiam vobis sententiam meam rationes &, ut mihi quidem videtur, certissimas ἀποδείξεις ad vos transmittam, simul atque Quod jam aliqua-

tenus

tenus sentire incipio) eo usq. erigere me cœpit Dominus, & hunc animi torporem excitare, vt illius cum mea sententia collationem ea qua in re tam seria opus est, attentione totius animi considerare, & vtrumq ad diuini verbi normam & trutinam velut appendere mihi per me ipsum liceat. Hanc igitur moram velim a vobis in bonam partem accipi, nec propterea vos dubitare, quin vobis optima fide exemplar illud integrum & penitus saluum restituatur. Quod autem ad res nostras attinet, etiamnum sic μετέωροι pendemus ab eius prouidentia, qui nos adhuc seruauit, & vt speramus tuebitur, iniecta quidem nobis aliqua spe pacis inter Galliæ Regem & nobis vicinum principem, aliquo nostro bono & commodo ineundæ. Sed tam lente ista procedunt, vt spes illa nostra fere euanescat, nisi forte nostræ induciæ intra octiduum aliquid faciendæ prorogentur. In Gallia nunc habetur Ecclesiarum synodus Ecclesiarum in agro Pictauiensi, in oppido quod Laudunum vocant, cuius conuentus vtinam clementissimus ille Seruator noster sancto illo suo spiritu præsens nobis, vt video, castamq ac eiusdem fortiter in sanctæ & moderatæ libertatis petitione perstituris. Ex tribus insigniter sceleratis Apostatis, duos Dominus iusta sua manu e medio sustulit. tertius Caluinus nomine antea pariter nostrum meritum sacro ministerio

ministerio in Illustris Heroinae Constantissimae Regis sororis aula functus, &
ob insignia scelera tandem exauctoratus, quo apertius insanijt, eo cordatius
responsum tulit, cuius hic latine conversi exemplar ad te mitto, tibi ut
spero, gratissimum futurum, ex quo cognosces quanta constantia Ecclesiae
Gallicae in verae doctrinae sincera professione perseuerent. quod scriptum, nisi
ex nundinis plura istuc exemplaria perlata fuerint, cum amicis istic
omnibus communices velim, ac praesertim cum D Menanio nostro, cui eadem
has ipsas etiam literas peto ut tibi communes esse velis, sic varijs hinc
illinc uno & eodem tempore dictandis literis defatigatus, ut plane cogar
a dictatione respirare, quod illum spero non iniquo animo accepturum. bene
vale reuerende vir, & mihi summe obseruande frater, & mei magis ac
magis memor esse perge. Geneuae xv Martij vetere calculo CIƆ IƆ XCVI

Tuus Beza.

EIDEM.

LII

S. Spero meas esse tibi iampridem redditas xv Martij datas, ex quibus
de toto rerum nostrarum statu cognoscere potuisti, & speciatim cur tamdiu sit
dilata scriptorum D Hieronymi nostri, beatae memoriae, mihi abs te missorum
editio. Accepi autem tuas XXVI eiusdem mensis Martij datas, placuit
tractatum de virginitatis origine describendum, & intra proximas nundinas eden-
dum

dum curare, ut tibi αὐτόγραφον intactum, sicuti postulasti, proxime sequ-
turis nundinis restituatur. Quod autem attinet ad Peuceriana nihil quidem
malim quam illa quae et optima sunt et pulcherrima iampridem prodiisse ab
omnibus merito legenda, sed quoniam sic etiam placere D. Monavio nostro
video, expectandum adhuc censeo donec de ipsius scriptoris voluntate perspi-
cue nobis constet. Illustris Domini Electoris Palatini sanctissimis
conatibus utinam Dominus, tot hominum ab erroris spiritu tam misere fas-
cinatorum misertus, quam efficacissime faveat. Ad res Gallicas quod at-
tinet, non dubitamus quin tam repentina et tam inexspectata Caletum
per Hispanos occupatio, non modo Galliam totam, verum etiam Angliam et
Belgicos illos status vehementer, et velut ab ipsis fundamentis concusserit.
Et utinam is quem Prometheum esse oportuit, et qui sese tam turpi-
ter a suis illis politicis decipi passus est, saltem nunc Epimetheus eva-
dat, quod tamen opto potius quam spero. Ecclesiae interim inter se, Dei
beneficio coniunctissimae Salmurii, quod est oppidum ad Ligerim, Andega-
vis vicinum, Synodum coegerunt, ut rebus suis caveant, cui consulta-
tioni utinam praeesse Dominus et Servator ille noster pro misericordia
singulari sua dignetur. Nos hic adhuc maximo illo Dei beneficio frui-
mur, induciis inter Regem et vicinum principem, in quibus et nos com-

prehendimur

prehendimus aliquoties antea repetitis, & recenter ad Septembris Calendas continuatis, quae spem etiam aliquam constituendae pacis alicuius non incommodae nonnullis faciunt. Interea pendemus adhuc μετέωροι, & a tenui quidem filo, sed quod Dei ipsius manu tenetur & regitur suspensi. Huic autem velim ut tu istic, mi frater, vna cum nobis homunculis omnibus nos assiduis precibus magis ac magis commendatos habere pergas. Ad me vero priuatim quod attinet, ita mihi praeter spem adfuit Dominus ut de repetendo docendi in schola munere cogitem, Deo fortasse me in hunc firmioris valetudinis statum restituente, ut tractationem saltem vtramque a me inchoatam absoluere mihi liceat, vnam de praedestinatione, alteram de iustificatione nunc a nonnullis (quod non sine gemitu dico) altera sui parte, nempe aeternae vitae adiudicatione mutilata, per obedientiam Christi actiuam quoque coniunctam, nobis imputatam, non tantum ad peccatorum remissionem, quatenus est satisfactio pro peccatis nostris, sed etiam ad obtinendam aeternae vitae fruitionem, quatenus est absolutissima legalis illius a Christo (non certe pro se sed pro nobis praestitae conditionis impletio Hoc fac & viues: quod Orthodoxae nostris temporibus editae confessiones distincte testantur, & illi magni aetatis nostrae Theologi docent. Hoc autem opt. max. Deo & seruatore nostro fauente sic exponere plane & perspicue conabor, ut nulli praeter

beatum

beatur de ulla asperitate congrediendi occasio, si hoc mihi uel ad aliquod temporis liceat per meam valetudinem & istas tempestates voluerit. Bene vale, vir eximie & mihi summe observande. Dominus Jesus tibi magis ac magis benedicat sanctisq. tuis laboribus: itidemq. amicis qui isthic sunt omnibus, quos velim ex me reverenter abs te salutari. Iterum vale Geneuae. XII Maij, vetere calendo CIↃ IↃ XCVI

Tuus Beza.

Eximio Christi servo, D Sebastiano Ambrosio Ecclesiae Keismarcensis ad montem Carpathum pastori; fratri meo in Domino.

S Eruditissime vir & frater honorande, Legi altercationem Dipnosophistarum quibus placuit in arce vestra && coram Illustri Domino Thekölio Ecclesiae vestrae secundum Deum nutritio, κάλα γεάτικῶς, te, potissimum exercere. Ut autem Illustri huic Domino omne bonum a patre luminum precor, pertinaciam habens non delectari εὐδοξασία eorum qui τὸ βέβαιον ὡς δάλκον tueri satagunt, ut Dianam Ephesiam: ita tibi gratulor quod νοργκῶς Christi causa acta non frangeris encomiis Antiochorum, quae illi canere solent ante victoriam. Prorsus idem mihi accidit Heidelbergae, anno 84, & pio Bezae nostro, Mombelgardi, anno 86. Ideo

autem

Idci autem miseret me in luto hærentium Pantachusiastarum, quia memini infeliciter in pueritia & adolescentia doctum, in eodem hæsisse luto, & τὸν δακτύλιον … virginitatis Apostoli. Sed mei misertus Dominus ad σωφρονισμόν me deduxit per certamina quædam & ἀθλήματα, quæ mihi profuerunt ad confirmandam τὴν ὀρθοδοξίαν … . Tu igitur, Vir præstantissime, ut bonus miles Jesu Christi, κακοπάθησον & collegis tuis … nomina tibi visum est … ad me … inscribere: quæ in libro vitæ inscripta mihi persuadeo. Et tibi ipsi, καὶ … gratulari. Habetis Agonothetem Deum patrem: … Jesum Christum: Xystarchen Spiritum Sanctum. Itaque felices estis. Nos in his regionibus pace quidem civili nunc fruimur, … Sed sævior armis luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem. Luctamur & ipsi cum vicinis pantachusiastis, Pontificijs & fanaticis … ingenijs. Bellorum quæ in Gallia & Belgico geruntur, nullum videmus finem. D. Beza noster cum tardis senili palmo inter dum dimicat, & patiendo vincit: Deo Sanctum senem confirmante. Embdensis Ecclesia tandem pace polita est, salva ὀρθοδοξίᾳ, quam Comes a Pantachusiastis fascinatus ferre nolebat. Agnenses sapiunt, qui & Pontificij nostros ferunt benigne, ut patriæ consulant. Dominica est

nostra

nostrorum apud Coloniam Agrippinam eros: sed tamen viget. Argenti-
nam Pantachristiani & in invidiam & in despectum adducunt.
Helveticae, Gallicae, Anglicae, Scoticae, Palatinicae & his coniunctae ec-
clesiae pacem colunt. Quidam vicinus princeps Badensis Pandoram
Concordialem nullo habet loco. Hubertus exulat apud Spiram. Eius
libri a Witebergicis proscripti sunt: eiusdem apud Wirtebergicos ex-
tincta gratia & autoritas. In Misnia quidam dicuntur resipiscere.
In superiore Palatinatu tempus visitationis pii agnoscunt: docenti-
bus Pierio, Pilisco, Salmutho. Sed novit Dominus qui sint sui.
Obdormierunt in domino: in Gallijs Danaeus: in Anglia Witackerus,
apud nos Doctor Brandmyllerus collega meus: Heydelbergae Pithopaeus
& Fridericus Sylburgius. Tubingenses, quia vident novum principem
bomolochia non delectari, desierunt satyricis scriptis & conviciis
nostros incessere. Agnoscis ζῆλον eorum a nostri hominum, & spe lucri
pendentem. Hoc mihi solatio inter alia est, quod video quaedam
praeclara ingenia, studiosa veri & virtutum, divinitus excitari: & quod
experior, duduchos piae doctrinae apud vos & alibi prudenter agere Christi
causam: denique quod animadvertam resistentes veritati non proficere
sed Sisyphi saxum volvere. Servet D generosum Thukolium, te, D
Anglinum

Mylium, caeterosq Christi testes & afflictionum consortes gratia Domini nostri Iesu Christi: & benedicat vestris laboribus: & convertat inimicorum corda ad pacem. Basileae ἐκ τοῦ παραχρῆμα. 26 April. 1590, quam paucis ante diebus tuas acceperam.

Tuus ex animo
J. Grynaeus.

M. Constantino Fabricio ꝓ fratri
summe observando. Norimbergam.

Lm.

S. Ignosce, quaeso, mihi & parum valenti & αὐτοσχεδιάζοντι. Omnes tuae bona fide mihi sunt redditae. De rebus nostris communibus & privatis meis velim cognoscas ex ijs quas D. Monavio nostro inscriptas, & apertas ad te mitto, ut cum legeris obsignes & tuto ad illum perferendas cures. De Efremi scriptis quid sentiam puto me tibi jam antea rescripsisse. Tractatum de Ubiquitatis origine bonum & utilem cuperamus hic excudere: sed vitiosissime scriptum exemplar pergere nos prohibuit, itaq; cum aliquo Typographi damno. Vestrum erit, ut si nullus quod coeptum fuit excudi absolvi, exemplar habeamus emendatum. Tuum autem illud ad Nundinas proximas curabo mittendum & ei quem mandaveris tradendum integrum & illibatum. Bene vale, & nos una cum domo & amicis illic omnibus amare perge. Genevae. 24 Julij. Vetere Calculo 1590.

Tuus Beza

Ad D. Joannem Cratonem Med. Caes.

Multorum, aut potius omnium aliorum malorum sensum obscurat dolor, quem
capio ex volitantibus passim scintillis incendij Samosateniani, quod ne ex Polo-
nia in Germaniam serpat, plane metuendum videtur. Filius Dei regnans
ad dexteram patris vindicet suam gloriam adversus Diabolorum blasphemos fu-
rores. In charta quam misisti, nihil novi. Vetus est Samosatenicorum &
Arianorum sophisma. Iehova est Trinitas; Pater Christi est Iehova, ergo pater
Christi est Trinitas. Sed nulla est consequentia: quia cum universalis non sit
major, argumentatur a puris particularibus, unde nihil sequitur ut in scholis loqui-
mur. Non enim admittit Maior hanc expositionem, Quicquid est Iehova
est Trinitas. Nam pater est Iehova, nec tamen Trinitas. Sic de filio &
Spiritu Sancto. Nam & Trinitas id est tres personae, & quaevis duae per-
sonae ex illis tribus, & quaelibet ex illis seorsim, sunt unus & idem, totus
& perfectus Iehova. Eadem quippe in una persona, quae in duabus vel tribus
existit Deitas. Eodem recidit usitata scholarum responsio, quam iste
cavillatur. Ut, quod sint quatuor termini. Iehova in maiore pro ipsa Dei-
tate: in minori pro persona divina, nimirum prima, seu patris, seu pro
Deitate in prima persona existente similiter. Hoc est illud quod vulgo
dixerunt absolute & relative. Sensus est, unum & eundem Iehovam
sive

sive Deitatem esse tres personas, sive in trib. personis existentem, & in quolibet
ex illis tribus, ut in prima in qua sola est pater filij aeterni, & in secunda
in qua sola est filius aeterni patris, & in tertia, in qua est spus utriusque. Etsi
ergo idem deus est pater christi, & tres personae divinae: tamen non sequitur
istud absurdum, tres personas esse patrem: sed hoc tantum sequitur Pa-
trem Christi esse eundem illum Iehovam qui est Trinitas, id est, tres personas
Neq. hoc discrimen sophisticum est, sed verissimum & necessarium. Ali-
ud enim est esse deum, aliud est esse patrem, non minus quam aliud homi-
nem, aliud patrem aut filium esse. Adversarius autem conatur evertere
solutionem hanc isto argumento. Unus numero non sumitur diverso modo.
Iehova ille qui dicitur unus Deuter. 6, qui eduxit populum, dedit legem,
unde adorari a nobis, est unus numero, cum eo qui est pater christi;
qui misit & excitavit christum. Ergo Iehova unus & Iehova pater Christi
non diverso modo sumitur. Atque sic in priori argumento unde obtinere
quod termini sint universales complete, & non sit ambiguitas in medio
termino. Sed facilis & plana est responsio: Etiam hic enim fallere quaerit
tum terminos, & ambiguitate decipi, principium petere, & confundere essentiam
infinitam cum finita. Nam unus numero non potest sumi diverso modo,
sc. qui est unus numero & essentiae & personarum. At Iehova dator
legis

legis & pater Christi est unus numero essentiae sive Deitatis, numero
autem personarum non unus sed trinus: neque tres personae quae opponun-
tur rebus creatis in una essentia divina, sunt unus numero cum prima
persona Deitatis illius, quae personis opponitur, filio & Spiritu sancto.
Cum autem essentia una eademque manens plurium ὑποστάσεων essen-
tia esse potest, eam alias pro pluribus alias pro una persona nominare
absurdum est. Excutienda ergo sunt prius adversarijs omnia Scripturae
loca, in quibus sive simul de tribus, sive seorsum de singulis harum
trium personarum docetur, quod sint unus ille verus atque aeternus
Iehova, sive ὁ ὤν, principium & finis, primus & novissimus, Α & Ω,
qui erat, qui est & qui erit, ut Baptisate eos in nomine p. f. & SS.
Tres sunt qui testimonium perhibent in coelo, pater, λόγος & πνεῦμα:
pater mittit Spiritum in nomine filij: filius mittit Spiritum a patre:
Deus mittit Spiritum filij sui clamantem Abba pater in corda nostra.
Excutiendum 1m 5m & 8m caput Ioannis: 1 & 3m ad Ebreos: pate-
factiones visibiles Spiritus sancti: & concio Christi de SS apud Ioannem in
Caena, & Pauli 1 Cor. 2. Excutiendum item discrimen Essentiae
finitae, quae sicut uno tempore non nisi in uno loco, ita nec plurium quam
unius ὑποστάσεως essentia esse potest: & infinitae quae ubi simul &
semel

semel aliq. ac plurium personarum essentia esse potest, una eademq. manens sine sui multiplicatione, divisione & mutatione ulla. Fons igitur huius & similium absurdorum est petulantia & superbia ingenij humani, quod non secundum legem & testimonium, sed secundum suas speculationes de deo vult iudicare aut sentire, eumq. ex ijs quae mentis humanae capit angustia, hoc est, natura & modulo rerum creaturum audet metiri. Praeterea nihil in hoc scripto vidi, quod non quivis facile expediat. Quale enim hoc est: Christus dicitur semen patrum: Ergo non est Deus patrum. quasi non etiam dictum sit, Ipse est Deus tuus, & adorabis eum: Thronus tuus Deus in seculum. Dixit Dominus Domino meo. Tu autem Jehova in aeternum permanes; opera digitorum tuorum sunt caeli. & reliqua psal 102. & Hebr. 1. Hoc est nomen quo vocabunt eum, Jehova iustificator noster Ierem 23. Item Admirabilis Deus fortis, pater aeternitatis. Ies. 9 c. Quam autem aperte & impudenter blasphemum, quod pater in christo quidem honorem suum communem faciat: cum ipse filius diserte dicat: Haec est voluntas patris, ut omnes honorent filium sicut honorant patrem. Et rationes addat: Omnia quae pater facit, filius similiter facit. Sicut pater sic filius vivificat quos vult. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in seipso c. Taceo Danielem, Apocalypsin & multa alia. Cur baptizamur in nomen patris f. & S.S.? Cur credimus in unum Deum? at quem Deum? patrem, filium

&

& Spiritum sanctum. Haec, & plurima horum similia, nota ipsius Dei de
Deo tradita, sunt fidei & confessionis nostrae fundamenta: non speculatio-
nes humanae, ad quas detorquent adversarij verba scripturae, dum illi mi-
nori volunt nos oppugnare, & quas etiam habent alicubi Scholastici
seu Sophistae pontificij (in multis enim sunt tales, sed non tamen in
omnibus. Cum si quam aliquando habent magis spinosa, non semper
ipsorum est culpa, sed haereticorum saepe, qui spinas obijcientes, quibus
antilogias ostenderent in Scriptura aut testimonia corrumperent, fuerunt
refutandi, ostendendo quod absurditates quas affingebant orthodoxae
doctrinae, ex ea non consequantur. Hic igitur neque premendi sunt om-
nino iudicio meo Patres neque scholastici: neque omnia dictis a multis
dicta abijcienda sine discrimine. Etsi enim ad populum docendum
non sunt: tamen necessaria sunt ad obstruendos rictus haereticorum.
quod maxime scholarum opus est. Non possum nunc plura. Haec
enim in medio pulvere laborum quasi ex ordine, & postea ordinem
habeo. Reliqua igitur proxime. Saluta tuam uxorem. Vale. 2 April 1572

Tuus. Zach. Ursin.

Ornatissimo Viro Dno Joanni Cratoni, Caesareae sacrae
Maiestatis Consiliario, Medicoque primario, Domino
mihi plurimum observando.

427

"enim"

S At ego te credideram; tacente etiam me, perspicere consilii mei rationem potuisse. Certe ut rationes tuae valeant, de quibus tamen in contrariam etiam partem dici posse arbitror, "tamen hoc tempore proponi tale quicquam cum fructu posse existimas." Ergo inquies, totum hoc "nix attingatur quidem? At fieri vix, ac ne vix quidem, potest ut illi hoc caput praetereant, quibus si ex ista tua sententia respondeatur, quid aliud secuturum putas quam ut ipsi, quasi praesentem iam tantum hostem videant, aliud quidvis potius faciant quam ut hac conditione, ullum ex Austriaca familia deligant." Contra vero etiam si, quod ego sentio illis promittatur, et quidem serio promittatur (nec enim suadere possim, ut per fraudem quicquam agatur) multo certe probabilius est eum qui rex iam fuerit, pro sua apud subditos auctoritate, impetraturum quod et utilitas suadere et necessitas ipsa imperare videbitur, quam si tam ingrata conditione regnum petatur. Habes igitur, vir clarissime, sententiae meae explicationem, quae si tibi probabitur, gratulabor ipse mihi de hac nostra contentione, sin minus, at confido tamen fore, ut voluntatem meam non improbes. Ad res Gallicas quod attinet, postquam suos integro biennio dominus non sane humanis aut viribus aut artibus, sed plane divinitus servavit, eos postea, sicut vasa, adversarios inter se committit, quorum non

poenitenda

pœnitenda pars sese certis bonisq. conditionibus Ecclesijs adiunxit. At nunc ecce jam aperte Regis frater &, quantum conjicere licet, futurus hæres, neq. sceleratæ illius perfidiæ particeps unquam factus, ad nostros transijt, plurisq. procul dubio nobilibus, ac fortassis etiam ciuitatibus, quas illius impotentis dominationis jam pridem tædet, eius partes secuturis. Quod si hanc restituendi regni occasionem Henricus animaduertere & amplecti posset, nihil certe magis opportunum ne optare quidem potuit. Sed quis hoc ausit sperare, ijs ad clauum sedentibus qui nihil agunt ac pacem metuunt. Vorit ergo dominus quid sit secuturum, maximo certe totius orbis uel damno uel commodo. Bene vale Vir eximie, & nos quod facis ama. D Languetum conterraneum meum, si istic erit, rogo ne tibi molestum sit ex me officiosissime salutare. Bohemicæ confessionis particulam illam cuius in literis tuis meministi, quum eam Crelius noster ad manum non haberet, non uidi. Geneuæ, vii Octobris 1575

Tuus Beza.

Eximio Christi seruo D Laurentio Durnhoffero 126
Norimbergensis Ecclesiæ fido pastori: fratri summe obseruando.

S Gratulor tibi Reuerende Vir, ijsq. istic omnibus hanc Dei gratiam, in qua

qua statis, & ad extremum perstituros vos minime dubito, quum spes desitura Dominus non concesserit, sed potius pro tentationis pondere & gravitate sublevare. Quod ad nos attinet, stamus adhuc per eandem gratiam, mirabiliter impeditis omnium eorum conatibus, quibus alioqui ad nos perdendos neque voluntas neque facultas deest. In Delfinatu, obsessi fratres, tolerata menstrua & aliquot praeterea dierum obsidione, eversis vi tormentorum urbis Murae moenibus & quinque gravissimorum insultuum oppugnatione, inaudita, ut hostes ipsi confitentur, strenuitate superata, caesis denique tribus militum gregariorum millibus & praecipuis tormentorum ducibus non paucis, tandem ultro incensa urbe sese in arcem longe ipsa civitate & angustiorem & muniliorem recipientes, atque penuria coacti sese sexto huius mensis die dediderunt: sed ea conditione, ut cum armis & iis quae asportare possent, salvi omnes sese ad suos reciperent, quod est sancte ipsis observatum. Hostiles autem copias probabile est in ea regione quae tota est montana, vix esse progressuras, sed dissipatum iri potius, quum praesertim serio de pace, utinam satis bona & firma, apud Aquitanos agatur. Condensis ipse nuper cum quinque duntaxat equitibus per viciniam habitu dissimulato transiit in Occitaniam abiens, quorum accersitus salutavi, & ad sanctae ac firmae pacis quaerendas summo studio conditiones sum pro virili cohortatus. Caeterum omnes eius ligarum copiis non atque istic mihi pergunt. Pestis Lutetiae nonnihil remiserat, sed rursum horribiliter

liter. & quidem sine fructu, si resipiscentiam spectes, grassari coepit, absumptis
ut affirmant, amplius quam ducentis capitum millibus. Idem malum alias
etiam urbes, sed inprimis Lotharingiam vastat. Hispani in Hibernia bel-
lum ingens accenderunt adversus Anglos, quae res facit ut rursum pro-
ducta sit in theatrum illa matrimonij fabula, quae, ni Deus avertat ma-
lorum conatus procul dubio non finiet Comoediam, sed serijs nimium Trage-
dijs aditum aperiet. In Scotia usque adeo exarsit dissidium inter proceres
ut res in extremum discrimen adducta videatur. Causam praebuit Albi-
nius quidam, Scotici sanguinis princeps, sed in Gallia natus & educatus, &
ut apparet ad illius regni perniciem eo submissus, quod nulli minus ani-
madvertebat, quam quorum id praecipue intererat. Quod utinam istis cla-
dibus Ecclesiae non involverentur. Sed aliter Deo visum est. & nostra
& aliorum peccata ulciscenti. Tantum hoc caveamus ne alienis peccatis
involvamur, & in silentio ac spe animam, auctore Deo nostro possidentes
precemur ut isto iustissimo ipsius furore non absumamur, sed expurgemur
unde ad salutem nostram appareat. Venio ad illud de quo sententiam
meam rogas, quod tamen ut mihi persuadeo necessarium non fuit. vide seqq.
ut supra. usque ad verba: ex quo sententiam nostram plane perspicias, quam
etiam tibi non improbatum iri speramus. Bene Vale vir Reverende & cha-
rissime frater. D. Hardesianum, DD Camerarios fratres, D Gabrielem

velim

velim & me officiosissime salutari. D. Iesus exaudiat suorum gemitus, vos custodiat ab omni malo, vobis denique magis ac magis benedicat. Genevae. 15 Novemb. 1580

Tuus, cuius & manum & animum nosti.

127.

EIDEM

S. Mi observande frater, sic consueverunt bene & graviter esse impudentes, quibus conscientia est cauterio irae dei detruncata. Inclusi his literis testimonium adversus illam pessimi hominis calumniam, vere & ita ut spero, scriptam, ut eo uti etiam, nullo vestro cum incommodo possitis. Confido vos fortes futuros & non vobis etiam defuturam istic bonorum simul & prudentium hominum opem. Deus ipse denique suo tempore spiritum erroris cohibebit. De caeteris per proximum tabellarium plenius. Dominus Iesus exaudiat nostros gemitus, & faxit ut contritos sub eius pedibus etiam istos Christi iuratos hostes conspiciamus. Geneva 14 febr. 1581.

Tuus ex animo. Beza.

*

Mihi Theodoro Bezae in Ecclesia Genevensi per Dei misericordiam, pastori bonis auctoribus est renunciatum, Iacobum Andream Augustam Vindelicorum scripsisse, quod hic publice in solenni gratiarum actione quadam commemoravim, quorundam optimorum virorum, quorum etiam nomina expresserim, opera factum esse ut sese Norimbergensis illustris Respubl.^a

hunc Germaniæ adiungerent in communi religionis Christianæ confessione. Id
vero insigne commentum quum huc omnino spectet ut hæc Ecclesia &
Ciuitas quæ & ipsa Imperialis est ab omni memoria, in odium cæterarum
incurrat, & non modo bonis illis viris, quibuscunque traditum sint, periculum crea-
tur, sed etiam ut Norimbergensis ipsa Ciuitas uel Jacobi Andreæ placi-
tis subscribat, vel intestinis quoque dissidijs istis (quod absit) religionis
prætextu perturbetur: idcirco testor Ego coram Deo & hominibus, neque
a me, neque a Collega ullo meo tale quicquam uel fuisse agitatum. Nec enim
(Deo sit gratia) mentiri in Veritatis proposito didicimus unquam: & si forte
quicquam eiusmodi auderemus, minime tamen ita stupidi sumus, ut hoc
comminisceremur, quod ne speciem quidem ueri habeat. Denique non est
mos iste (quod omnes auditores nostri norunt) in hac Germaniæ Ecclesia
ut, exceptis sponsalitiarum denunciationibus, & baptisatorum appellationi-
bus, ullum cuiusque nomen pro concione, ne tum quidem, quum ægrotos com-
mendamus, exprimatur, neque auditum est unquam nostrum ullius ista priuata
& peculiaria populo significare, tum quoque cum verissima esse compertum
est. Denique testari omnes auditores nostri possunt, quoties aliquid nobis
de controuersis istis rebus disserendum est, siue in concionibus, siue in pub-
licis scholæ prælectionibus Theologicis, consueuisse nos de re agere, in hoc
unum

varum intentos, ut moderate nostra ex Dei verbo pro modulo n[ost]ro tueamur, & contraria refellamus, non ut in personas vocem aut stilum stringamus, quod etiam vitari a nobis fieret in nostri magistratus indignationem incideremus. Etsi vero inter eos qui Augustanae confessioni subscripserunt, & nos Helveticam confessionem communem amplexos, non per omnia convenire certum est: tamen hominum potius quorundam culpa (qui quod res ita se habeat, factum semper existimavimus, ut Ecclesiae propterea tantopere dissiderent. Itaq[ue] fraterne semper omnes Germanicas Ecclesias amplexi, & piorum ac moderatorum hominum pacifico consensu facile haec o[mn]ia hactenus saltem componi posse speravimus & optavimus, ut tot conscientiarum tranquillitati & paci adversus Romanum Pontificem, communem hostem publice consuleretur: & ne nunc quidem istud vere Christianum adversus istas turbas remedium detrectavimus, imo tum precibus a Deo tum scriptis apud pios principes & religionem veram amplexas Respublicas flagitare non desinimus. Quinam autem istis sanis & sanctis consiliis obstet, videant tandem omnes tandem boni amantes & cupidi agnoscant. Quae cum ita se habeant, & istos vileam meo nomine tantopere abuti; testor ego quod tum parochiis publico coeq. omnium auditorum testimonio comprobare, si sit opus, illud quod Augustam scriptum audio, vanissimum esse commentum

esse commentum: et omnes ad quos scriptum illud pervenerit, idcirco a me
clarissimo Viro D. Claudio Palensi civi Senatorique Genevensi traditum
ut Norimbergam transmitteretur, etiam atque etiam per Dei Calumniarum
Vindicis nomen obtestor, ne istiusmodi criminationi fidem habeant, sed
ut potius vel ex hoc uno facto, quo spiritu isti ducantur, animadvertant,
et arborem ex fructibus agnita, tum publicae tot gentium tranquillitati,
tum inprimis communi Ecclesiarum paci, pro sua pietate et prudentia
consulant. Theodorus Beza ex Genevensis Ec-
clesiae ministris haec scripsi manu mea
rectaque conscientia. 14 Februarii
1581.

Supra. ad cp. 40

DE EXORCISMO.

Cum Ἐξορκίζειν proprie significet iusiurandum ab altero exigere; in
hoc tamen argumento non aliud declarat quam interposito Dei nomine Dae-
monibus imperare, et illud ipsum exigere quod his verbis Christus ex-
pressit, In nomine meo Daemonia eiicient. Hoc dono Spiritus Sancti
praeditos veteris Ecclesia Exorcistas appellavit. Et quum hoc Spiritus donum
sit ex eorum genere quae non hominum arbitrio sed prout Spiritus ipse
volebat et quibus volebat conferebantur, efficitur non fuisse quondam

Exorcistas

Exorcistarum munus inter ordinationes sive functiones Ecclesiasticas numeratum. Eius rei certum & perspicuum testimonium est apud Clementem (si modo is est huius libri auctor) libro Constitutionum Apostolicarum 8 cap 32. Manifeste igitur culpandi sunt Papistae ex suis etiam testibus, tum in eo quod Exorcistas ordinant, tum etiam in eo quod prius velint aliquem ordinatum fuisse Exorcistam quam ad superiores quos vocant ordines promoueri possit. Exorcistas autem in usu fuisse apud Iudaeos constat ex Actis Apostolicis, siue hoc factum fuerit diabolicis ex superstitione cui fauerit Satan, eorum adiurationibus simulate obsequens, siue quod eiusmodi etiam dono populum suum quamuis rebellem Dominus ornatum vellet, quo spectare videntur Christi verba Math 12. 17. Tales certe Iudaeos Exorcistas Euangelium minime ambiguis distingui a pijs & Christianis Exorcistis voluit per ipsum etiam inuitum Satanam Dominus Act. 19. 17. Neq. mirum videri debet sceleratis etiam nonnullis hoc donum fuisse interdum datum, ut liquet ex Math 7. 22. Ideo probabile est non temere quemuis etiam hoc dono praeditum in Ecclesijs recte constitutis admissum fuisse ad id exercendum, sed probari potius Ecclesiae iudicio oportuisse. Sed superioribus diebus papisticae Ecclesiae erroribus istud ne tantillum quidem fauet. Exorcistarum igitur munus fuit eos quos ἐνεργουμένους vocabant, inuocato Christi nomine a Daemonibus liberare. Saepius autem fuisse

vocatos

vocatos ἐνεργουμένους in Graecis Ecclesiis, non eos modo qui a Daemo-
nibus vexabantur, sed eos etiam qui ne Catechumeni quidem censebantur,
homines nimirum quorum operis ad abiectissima quaeque utebantur, qui ta-
men Christo nomen dare non cogebantur. De his puto loqui concilium quar-
tum Carthaginense, ut inscribitur tomo Conciliorum primo canone 90, edi-
tionis Coloniensis 1567. pag 515.b. quod videtur aperte confirmari ipsis Dio-
nysii verbis in Eccl. hierarchia: ἡ δὲ τῶν ἐνεργουμένων πληθὺς
δευτέρα πρὸς τὸ ἄνω τῆς τῶν κατηχουμένων ἐστὶν ἐσχατιᾶς. Id est
Turba eorum qui ἐνεργούμενοι vocantur secunda est ab ultima Catechu-
menorum classe. id est infra ultimam classem quae est Catechumenorum.
Alios constat dictos fuisse ἐνεργουμένους qui a Daemoniis vexarentur:
sic nimirum molliore nomine vocatos (quasi dicti fuissent δαιμονιζόμενοι,
vel quo vocabulo utuntur Evangelistae), orta inde ut arbitror appellatione,
quod a spiritibus illis agitati, non agere aliquid per se dici possint,
sed ab obsidente spiritu, cuius non hypostatice unito, agi: ita ut in iis quae
dicunt vel faciunt παθητικῶς sese habeant potius quam ἐνεργητικῶς: ut
quum daemonia dicuntur loqui in historia evangelica. Isti igitur energu-
menis curandis adhibitos fuisse constat donum charismatum praeditos. Hoc
donum extraordinarium & obsignandae veritati Evangelicae doctrinae
a Deo concessum, necesse est quoque fateri pridem desiisse. Hoc

qui non

qui non consideraverunt, in eo sunt magnopere hallucinati, quod retinere nomen Exorcistarum, quamvis aut iam abolito, aut sensim abolescente ipsius doni usu voluerint. Hinc illa, de quibus diximus corruptela, & illud ridiculum ineptiis quod de Exorcistis commemoratur, in quodam Aquisgranensi Concilio ex Isidoro cap 4 tomo tertio Conciliorum eiusdem editionis: pag 298. a. quo nihil dici potuit ineptius, etiamsi eo confirmatur quod de duobus energumenorum generibus diximus. Exorcistas vero prius illud eijciendorum daemonum donum, quam energumenos, seu more illud scriptum est seu fide, apparet ex eo quod de baptizatis energumenis adhuc tamen obsessis refertur in Concilio Arausicano primo scilicet canone 14: tomo Concil. 3 eiusdem editionis pag 718 a. Unde, ut et ex alijs locis colligi probabiliter potest, pro energumenis haberi coepisse non modo eos δαιμονιζομένους, sed etiam quos lunaticos furiosos, naturali morbive furore laborantes nominant. Ut autem error errorem trahit, partim ne frustra viderentur instituti Exorcistae, partim sicut negligentia Episcoporum factum est ut formula, qua in Baptismo adultorum Catechumenorum utebantur, sit baptismo quoque infantium adhibita: ita etiam exorcismi qui in solis energumenis & ante & post baptismum usurpabantur, in quorumvis etiam infantium baptismo coeperint obtinere.

Quod dixi de baptismi adultorum formula [illegible] ad puerorum baptismum

tismum accomodata, verissimum esse apparet ex precibus plerisque quae ibi reci-
tantur, neque infantibus quadrare ullo modo possunt. Idem de exorcismo
ad baptismum adiungendo dicendum, non tantum res ipsa docet, verum etiam
illud manifeste probat quod neque in Dei verbo, neque apud vetustiores, ut
Dionysium in illis hierarchiae libris, neque apud Clementem in Constitutionibus
Apostolicis, neque apud Iustinum, neque apud Tertullianum, neque apud Irenaeum
fit mentio exorcismi baptismo adiuncti. Immo Origines tractatu in Math.
35 adiurationes daemonum damnat, ut Christianis illicitas.

Quid itaque neque verbo Dei, neque Apostolorum exemplo, neque purioris Ec-
clesiae authoritate defendi potest: imo quod manifestam habet nominis Dei
pollutionem, quis audeat ut sacrum aliquem ritum tueri? Fateor tamen
vetustum esse hunc abusum, quem etiam defendere conatur multis locis
Augustinus: neque ignoro quod ex Chrysostomo proferatur ex homilia de
Adamo & Heva. Sed quod ad Augustinum attinet, refutata sunt abunde
ipsius argumenta a D. Martyre in 2 Reg. 8. Illa vero homilia nihil
sane sapit Chrysostomi, & quod ibi legitur, extat quoque totidem verbis scriptum
sub Augustini nomine in libello de dogmatibus Ecclesiasticis. In summa,
aliud est filium irae nasci & sub peccato venundatum esse, quam a daemonibus
intus collocatis obsideri, & illi quidem abigendo malo praedicatio verbi &
fidei corda nostra in Christo purificans adhibenda sunt: Daemoniacis vero

olim

olim quidem illud χαρισμος succurrebat, nunc vero precibus ad Christum fusis medemur. Ignosce, quaeso, κακολαλίας

Eximio Iesu Christi servo, Dno Laurentio
Durnhofero, Ecclesiae Norinbergensis fido pastori
domino & fratri suo plurimum observando.

S. Posteriores literas tuas, quas ab te Calend. Novembris scriptas ego 13 eiusdem mensis accepi, mi dilecte & observande frater, primum quid de exorcismo, qui in multis Ecclesiis, ut et vestra quoque, circa baptismi actionem adhiberi solet, sentiam: Deinde quid faciendum esse censeam fratribus, qui ut absque superstitione, in christiana libertate Christo servire possint, ex Belgico ad vos commigrarunt, nunc illum exemplo suo probare cogantur, aut dimissis bonis suis & fortunis, cum insigni rei familiaris iactura in exilium redire. Causam quaestionum istarum addis quod parum abfuerit, quin plebs vestra, non in Belgas modo, qui exorcismi illius vitandi causa, infantulos suos in vicinas principis Casimiri Ecclesias deportarunt, ut illic baptismo initiarentur, verum etiam in ipsum senatum urbis vestrae impetum faceret: teque propter hanc causam in magna consternatione & animi perturbatione esse fateris. Merito autem haec res tibi dolet, mi frater, & utinam ego tibi in hoc tam iusto consilium aut remedium, quod inquiris, adhibere possim. Caeterum etsi me tibi nihil non debere libenter & ingenue fatear, tamen in hunc usque diem ad literas tuas respondere non potui, partim ipsis occupationibus,

quibus

quibus subinde distrahor, praesertim propter valetudinem adversam quae continuis fere aut brevi intervallo recurrentibus capitis doloribus oppugnatur, ut vires non semper voluntati respondeant. Condonabis ergo mihi, mi frater carissime, hanc moram, et aequo animo feres, si nunc quoque non tam prolixe, ut tu forte cupiebas, respondeam. Ad primam quaestionem simpliciter et ingenue dico, Exorcismos illos inter superstitiones numerari debere, quae nullo alio quam humanae traditionis fundamento nituntur, et proinde Deo placere non possunt, ut quae huic debitum cultum corrumpunt atque adulterant. Neque hic multa aut operosa demonstratione opus est, ubi res ipsa loquitur. Nam si baptismi institutionem, et eius formulam a Christo Apostolis traditam videamus, neque illa Exorcismi alicuius meminit, neque hi postea aliquem finxerunt. Et constat Apostolos simpliciter illa et a Christo accepta formula tunc quoque contentos fuisse, quando eos baptisarunt, qui ex gentibus oriundi et inter superstitiones nefarias educati per omnem vitam sub tenebrarum potestate, idolis atque daemonibus malis servierant. Nimirum, quod sciebant fide Christum apprehendi, quo admisso et recepto, nihil amplius iuris aut potestatis est Diabolo in eos qui Christi membra et filii Dei facti sunt. Et diu observatam fuisse in Ecclesiis primam illam et ab Apostolis ~~de~~usurpatam simplicitatem, ex eo apparet, quod vetustissimi patres qui ad Apostolorum tempora proxime accedunt, Iustinus Martyr nimirum, Tertullianus, Basilius et similes nul-

lam

Iam in Baptismo Exorcismi mentionem faciunt. Sed & Dionysius ille qui Hierarchiam Ecclesiasticam conscripsit, de Exorcismis illis nihil tradidit. Ergo posterioribus demum temporibus Exorcismi in Ecclesiam irrepserunt, quando Gratia Dei atque salus externis symbolis atque horum usui alligari coepit, in quo errore D. quoque Augustinum versatum fuisse ex multis locis apparet, in quibus regenerationis gratiam externo baptismi symbolo ita tribuit, ut in ipsa actione baptismi homines renasci & Dei filios fieri doceat, quasi ante illam horam ad Diaboli regnum sive familiam pertineant. A qua sententia non multum absunt qui Lutherum sequuntur, ab eo ex Papatu petitam & ex Latino traductam baptismi formulam mordicus retinent. Enimvero non durum modo, sed terroris plenum est quod ab illo in eius libelli praefatione scribitur, Ecclesiam quando infantes baptizari curat, publice & unanimi consensu testari illos a Diabolo possideri, atque peccati & irae filios esse. Nam etsi hoc de omnibus hominibus vere dicatur, si quales ex Adamo omnes nascimur consideres: attamen magis sobrie loquendum erat de iis qui vel ex Christianis parentibus nati sunt, vel iam adulti in Christum credunt, & ut iamiam in externam Ecclesiae societatem cooptandi ad baptismum adducuntur. Etenim isti aut adulti sunt, aut adhuc infantes. Si adulti sunt priusque baptismo tinguntur, credant oportet & fidei professionem faciant. At si credunt, iam iustificati, & per fidem Christi membra facti sunt, in quos Diabolo nihil iuris est. Quid ergo

opus est

quis est exorcismo eum expellere, qui Christo sponte cedit, et hoc praesente
olim Spiritus exclamavit Quid mihi et tibi Iesu fili Dei? Quod si qui ad
baptismum afferuntur, adhuc infantes sunt et Christianis parentibus nati, ij iam
foedere Dei continentur, cuius praecipuum caput est, Ero Deus tuus et Deus seminis
tui. Quo Paulus respexit, quando de imparibus coniugijs apud Corinthios
disputans, liberos ex alterutro tantum parente Christiano natos, sanctos esse
pronunciat, et eo argumento docet, fideli non temere ab infideli esse disceden-
dum. At si sancti sunt qui ex Christianis nascuntur infantes, id ex
Spiritu Sancto habeant necesse est. Quis ergo apud eosdem spiritui im-
mundo locus esse potest? Annon ergo horrendum est dicere, eum a Diabolo
possideri, quem Deus filij loco habet, et Spiritus Sancti templum esse censet?
Mihi certe isti homines neque foederis divini, neque fidei huic innitentis vir-
tutem, neque Christi servatoris nostri meritum, neque credentium dignitatem
satis expendere videntur, qui ex his natos infantes Diaboli mancipia
esse dicunt, quem exorcismis eiusmodi, quorum nulla in Scripturis fit men-
tio, eijci oporteat. Neque negari potest eosdem partim exorcismo actioni
baptismi, partim superstitiosae verborum recitationi tribuere quod solius
Christi est. Miror itaque homines alioquin non indoctos qui de iusti-
ficatione, quae per solam fidem fit et eius effectis tam multa privatim
et publice disputant, ista non videre, et tam atrocem iniuriam suis proprijs

& alioq

et aliorum Christianorum liberis faciunt, ut eos deteriori conditione esse doceant
quam olim Iudaeorum infantes fuerint, quos Dei foedere comprehensos fuisse scimus,
et quos Deus ad se pertinere amantissime testatur, quando per Ezechielem
idololatras, qui infantes suos per ignem traducebant, hoc potissimum nomine
accusat, quod illos, quos ipsi genuerant, idolis immolarint. At si nostros
illos Exorcistas audiamus, Christiani homines non Deo, neque filio Dei redemptori
suo, sed huius adversario Sathanae liberos suos gignunt, a cuius
spiritu miselli isti possidentur, donec ab Exorcista superstitiose adiuratus
exeat. Neque illos erroris tam pudendi pudet, sed eundem in Baptismum
inferunt, ut eam alienam quae nostrae adoptionis sigillum, et validissimum
contra diaboli suggestiones consolationisque argumentum est, hoc suo commento
nomine magico, non adulterant modo, sed terribilem atque formidabilem
quoque reddunt: adeo infantulum Salutem, qui antequam baptizentur
praematura morte ex hoc seculo emigrant, in dubium vocant et eorundem
matres in horribilem conscientiae carnificinam eiiciunt. Verissime ergo
olim Apostolus dixit, Pauxillo fermenti totam massam fermentari. At
non foecundi modo sunt errores, verum etiam quantumvis absurdi fuerint,
in cordibus radices tam profundas agunt, ut si consuetudine et fictae
vetustatis opinione confirmentur, vix ullis rationibus evelli et exstirpari
possint: quod te apud tuos cives in hac causa experiri, prudentem et
eruditum

erudite scribis. Debebant de his diligentius cogitasse Theologi qui reformatae in Germania religionis autores fuerunt & hanc paulo dilucidius posteris sinceriorem tradidissent. Cum vero lites potius illis movere as-sueverant, qui mysteria ista propius intuiti sunt, & forsitan Deo ita visum sit, ut in Amorrhaeorum religijs expurgandis occupata posteritas agnoscat homines fuisse eos, quos multi adhuc nimis ambitiosi (ut olim tres Doctores Corinthij) supra Apostolos evehunt, neq. aliquam sibi socordiae ac simplicitatis locum adhuc esse intelligat. Interim neutiquam improbandi sunt fratres, qui apud alias nationes inter quotidiana certamina in fide & religione melius instituti, aliquanto gravius offenduntur, si in illis Ecclesijs, ad quas ipsi patrijs sedibus eiecti tanquam ad Sanctuarium Domini confugiunt, sordes & abominationes illas inveniant, quas nulla Verbi Dei authoritate probari posse, & interim Deo vehementer displicere intelligunt. Inter quas Exorcismum illum numerari debere, nemo potest inficiari, qui baptismi mysterium, quo nostrae regenerationis, iustificationis, sanctificationis, redemptionis & adoptionis sigillum continetur, diligentius consideraverit. Id autem magis serio faciunt ij quibus a Deo datum est non solum credere in Christum verum etiam pro eo affligi: cum plerique ex nostris qui sub Christianis principibus pace & otio abundantes, se iam portum attigisse arbitrantur, & Aegyptias

delitias

delitias faciunt, quasi confecto omni certamine & victoria parta, nihil prorsus
porro reliquum sit. Aequum ergo est, ut qui ex portu aliorum labores & pug-
nas spectant, eorum miserijs pie afficiantur, & eorum impatientiam quoque, si
est interdum prius satis morositati sint, patienter ferant, & inprimis caveant ne
afflicti afflictionem addant, & Christo in istis praeteritorum sustinendi acetum
felle mixtum durum & celesti medicinis loco propinent. Vehementer ergo
mihi probatur Argentinensis senatus vestri prudentia, qui ne furiosa plebs
adversus peregrinos exules Christi tumultum excitaret, toti civitati per
[illegible], aut ne ipse in vulgi invidiam gratiam [illegible] animi voluntatem aliquid
durius postea statuere cogeretur in exteros & hospites, quos semel amore
Christiano exceptos in suam civitatem adscripsit, & suo patrocinio dignatus
est, interimque hanc legem tulit, quae etsi illis initio durior videri potuit,
unica tamen ratio fuit, qua in magna & populosa civitate vulgi, multi-
plicis belluae furor iniustus placaretur, & illi simul deliberandi spacium
haberent, qua ratione suis fortunis & conscientijs consulere possint. Tu quoque
non minus prudenter & pie facis, mi frater, qui in causa tam gravi in
qua de exulum fratrum salute & simul de vestrae Reip. & Ecclesiae existi-
matione agitur, aliorum consilijs sublevari cupis, ne tantum onus
tuis solius humeris incumbat. Verum tamen ut de me libere dicam quod
animo sentio, mihi perinde difficile est ad illorum quaestionem respondere, quod

in tota

in tota hac causa ipsi fateri debemus? Nec enim eadem omnium mens
hominum mens est, aut ingenium, & intra conscientias suas alij alijs levius
& gravius tentantur: quo fit ut multi leviculum esse existiment, quod alijs
non grave modo, sed intollerabile & ipsa morte durius esse videtur. At
ijs qui tales sunt, suadere ut aliquid reclamante conscientia faciant, peri-
culosum est. Itaque etsi nemini pro imperio praescribere velim: attamen re-
quisitus, non possum quod sentiam dissimulare: nec dum fratrum istorum
conditionem cum tota hac causa considero. Vide quae legi, ut sunt usque ad verba:
et opus quod percepit, consummabit, ut invito diabolo & eius satellitibus ad exi-
tum optatam perveniat & [illegible] tuorum fratrum [illegible] aliquo compilarent fru[illegible]
ris. Vide quantum mihi de tua humanitate pollicear, qui de istis te tam libere
admoneam, & [illegible] fortasse, [putabam] me tibi tam esse familiarem. Sed me-
mineris, te hoc officium a me postulavisse, ut ad tuas prolixe respondeam, neque
dissimulavisse in quanta animi perturbatione sis constitutus. Itaque & literis scripsi
& spiritus Christi invito constitueram, & hoc me tibi debere fateor ex vera amicitia
nostra, quam ego inter nos sartam tectam manere cupio, quoad Spiritus hos
reget artus. Comitia quae multi non absque causa metuebant, in fumum abijsse
audimus, sic volente domino qui gentium consilia dissipat. Idem in posterum
quoque nos benigne respicere dignetur. Salutem tibi plurimam dicunt Hyperius
& fratres mei dilecti. Salvere quoque iubeas meis verbis amplissimum virum

D Hed.

447

D. Herdesianum. D. Gabrielem nostrum, cum D. Philippo Theodorico & alijs fratribus. Agit apud vos Onofrius Zollikoferus Sangallensis, iuvenis pius & bonus, cuius mater meae Blaurae consanguinea est. huic literas tuas ad me tradito. Si quas alio & tuto curatas velis. Vale cum sobrino in Christo Iesu, quem precor ut te, studijs tuis sanctissimis benedicat ad sui nominis gloriam. 15 Decemb. Anno nat. Christi 1580 Tiguri.

Tuus totus ex animo
Rodolphus Gualtherus.

L IIII

Eximio Christi servo D. Constantino Fabricio fido Norimbergensis Ecclesiae pastori, fratri & symmystae summe observando.

S. Ecce tibi mitto, observande frater αὐτόγραφον illud, & quidem integrum & illibatum, de quo mecum communicato permagnam gratiam habeo nobilissimo & ornatissimo viro, qui me hoc beneficio affecit, & tibi quoque cuius intercessione istud est factum. Caeterum quod ad editionem primi illius tractatus de Virginitate origine, scripsi nuper tibi quid quo sit factum ut Typographus & eius tribus filijs, qui una cum istis incubuit, progredi in illa non potuerint, quod nimirum ita mendose scriptum sit exemplar ad nos missum (& quod nostrus ex scripti operbant, ne αὐτόγραφον violaretur) ut non pauca fuerint emendanda sicut in istis iam editis agnoscimus, ubi manifesta menda apparuerunt & factum erramus, nisi in nonnullis haeream & mihi summa esset religio tali in alieno opere ex meis coniecturis audere. Polo autem a te charm atque charm

atq. etiam, ut quod hic ceptum est, perficiatur, primum, quoniam interest Ecclesiae
totius ut hoc scriptum ad posteritatem usq. perveniat: deinde quoniam alioqui Typo-
graphus iacturam aliquorum sumptuum, quamvis non ita magnorum, faceret.
Ut autem hoc praestetur, describendae istic post emendationem corruptae scrip-
turae fuerint aliquot paginae tui exemplaris, nempe a 19 incipiente ab his
verbis: Aliquoties iam: idq inclusive, usq ad 71 itidem inclusive, quae cum
non ita multae sint, facile & parvo cum sumptu vobis istic fuerit illas describi
curare, & ad nos per ordinarium vestrum tabellarium transmittere, ut coepta hic
editio sic absolvatur. Erit si praeterea adjiciendum etiam curaveris Trac-
tatum de sex haeresibus nostri seculi, comprehensum octo duntaxat foliis, nem-
pe a pagina vestri exemplaris 153 ad 169. pergratum mihi & toti Ecclesiae
feceris: & curabo ut statim & hic emendatissime prodeat hic etiam tractatus supe-
riori adiiciendus: & si quid ad hanc descriptionem expenderis, curabo tibi persolven-
dum. Eram quoq. nunc ad te missurus quaedam hic edita, quae memini
quidem te a me postulasse, sed quaenam illa sint recordari non potui quum haec
scriberem, nec literas tuas ad manum habebam. Concordantia novi graeca nec
nunc quidem a nostro Stephano absolvi potuit, nec satis scio an unquam sit ab
eo absolvenda. Si tamen illam qualis est, requiris, studebo ut tuo desiderio
satisfiat, ut & in caeteris, in quibus ultro a me officium desideraveris. Ad
Valetudinem meam quod attinet, adhuc me cogit subinde recurrens vertigi-
-nis

Vertiginis species domi continere, tantisper dum aut res litus, aut in illum optatissimum portum perueniat. Posterior majoris N. Testamenti nostri editio est sub prelo, pene novum opus, & cui postrema est a me adhibita manus. Utinam aliquo cum Ecclesiarum fructu. Publicus autem noster status is adhuc est, quem ex meis postremis cognouisti; nec stabit per legatum illum Pontificium, qui nunc apud Gallum est, quominus tandem & nos hic in ultimum discrimen adducamur, & in Gallia civile rursus bellum adversus piorum religionem exardescat. Sed potens est Dominus Deus noster, & ita fortassis iste sibi Antichristus perniciem accersiverit. Tu vero gratissimum nostri amantibus istic omnibus mei vicissim amandi & assiduis precibus Optimo Max. Deo & Servatori nostro commendare perge. Bene Vale. Geneuae XII Augusti veteri calculo CIↃ IↃ XCVI

Tuus Beza

EIDEM.

LV

S Ad binas tuas, Vir eximie & summe obseruande frater, unas XVIII Decembris, alteras XXVIII Januarij Juliani datas, hoc responsum habeto, quod me diuturnus dysentericus subinde recurrens, nunc tamen per Dei gratiam moderatior valetudinis imbecillitas coegit. Generosum Dominum Zachariam Salium salvum ad vos peruenisse magnopere laetor, quem (inpositum) [illegible] ex meis Basileam missis & inde in Moraviam transmittendis libris exponuisse, mihi bona fide redditum esse id omne, de quo nunc illum video laborare. Ad vestrum

statum

statum quod attinet, pergit pro mirifica sua clementia Deus ille & servator nos-
ter optimus maximus in his mediis tempestatibus respicere, indutiis ad
Calendas usque Maij inter Gallum et vicinum nobis principem, nostro quoque
nomine initis, fruentes, & praeterea ab omni adhuc pestis contagione mul-
tis aliqui locis saeviente immunes, & communi illo annonae caritatis
malo, minime sane prae aliis quamplurimis gravatos: quibus summis be-
neficiis utinam sancte, sicuti par est, ad ipsius nominis gloriam, utamur.
Securitas autem omnis, non tantum nostra, verum etiam Gallicarum omni-
um orthodoxarum Ecclesiarum pendet, ut nunc quidem res humanae sunt,
ab eo, qui iampridem in Gallia statuum coetus Rotomagi habetur exitu,
quem cupidissime adhuc expectamus, sed bona cum spe, quantum ex ple-
risque literis praesagire licet. Illa de quibus scribis Ebroni, beatae me-
moriae scripta, spero nos ex pollicitis ex proximis nundinis accepturos.
Meas in N. Testamentum annotationes, ultima adhibita manu sic a me
emendatas & auctas, ut non parvis locis novum opus videri possit, valde
doleo cuiusdam Typographi culpa vixdum patrisse prelo commissi. Id
ego, quantum possum, urgere non desino, curaturus ut quamprimum in lucem
prodierit, istud etiam a me mutuae nostrae benevolentiae μνημόσυνον
accipias. Interim, mi carissime frater, bene vale, & me ut facis amare
perge.

451

perge. Geneuæ XXI februarij, veteri calculo, clɔ lɔ XCVII: quem nouum annum tibi a Domino felicissimum exopto.

Tuus totus Beza.

LVI.

EIDEM.

S. Scripsi tibi plenissime superioris mensis die XXI, & meas spero tibi bona fide redditas. Illis autem nunc adjicio hunc fasciculum, quem etiam atque etiam rogo, ut tuto cures D. Monavio nostro reddendum. Nihil autem noui nunc habeo, nisi quod mihi magis ac magis suspecta est Antichristi Regis in Gallia tarditas, Pontifice nihil non tentante, ut vel pace, vel longioribus induciis inter Hispanum & Gallum initis Syncretismus aduersus Gallicas Ecclesias tuearetur. Frangat potens ille Deus & seruator noster tam sceleratos impiorum conatus, et quorum rem obtinendam utinam preces potius intendantur quam ulli gladij acuantur. Bene vale vir Clarissime, & summe obseruande frater. Geneuæ. VIII Martij, veteri calculo clɔ lɔ XCVII

Fasciculum illum istis ad-iunctum, iterum tibi, etiam atque etiam commendo.

Tuus totus Beza.

Nobilissimo Viro D. Nicolao Rhedigero a Striga, domino & amico mihi summe obseruando.

S. Literæ tuæ mihi a fratris tui filio Christophoro Rhedingero, & clarissimo viro

Viro Paulo Heinsero ipsi adinacto reddita. Vir Ximio magnopere me recreavit, utpote quae mihi tui & eius quam hic in te & ornatissimo viro Ioanne Matthaeo Wackero conspexi singularis humanitatis memoriam, minime quidem illam in animo meo deletam, sed quam tamen optavi saepe mutuis literis fovere. Sint igitur illae nunc prima mihi post discessum a vobis tuum Xphi, mihi me fallit memoria, venis diei ad summum alteris, reddite, quasi arrhae instauratae inter nos sanctae & nulla deinceps amphoerendeia dissolvendae amicitiae initium: et quidem auspicatum, quo tu mihi commendatos illos esse voluisti. Quid ni enim istud apud me fuerit certum tuae in me benevolentiae argumentum! Illos igitur, et sicut ipsi prolixe merentur, & ut mihi abs te commendatos, quam potui propensi in ipsos animi testificatione Xpi; nunc Deo favente, comissurus ut ullum in me, quo sit illis opus, officii genus merito requirant. Caeterum, ut melius etiam meis (sic) certo mihi persuaserim me abs te diligi, esse quod abs te aliquando petii, & te iam tum mihi praestiturum fuisse credidi, si res illa in tua fuisset potestate, iterum peto. Audivi Xter in fratris illius tui Clarissimi viri Bibliotheca, quandam historiam gallicam de Ludovici illius Galliarum Regis eo nomine Undecimi vita, a Lucdiensi Canonico quodam, multo certius ac luculentius (sic) ab illo, alioqui laudatissimae memoriae historico, Philippo

Comminaeo

453

Commiaco descriptam. Eam iam pridem a multis desiderandam, si per te nancisci potuero (quod nec temere, nec ambitiose peto) pergratum mihi feceris, & quibus cunque conditionibus illum ad me miseris, ipsum prorsus tibi optima fide ac conscientia remittendum, quo tempore iusseris, curabo. Ad res autem vestras quod attinet, audiuisse te non dubito quam nos admirabiliter optimus maximus ille Deus & Seruator noster aduersus potentissimum, nec minus immanem hostem, pro clementia singulari sua, eiusque iam ab tribus annis sit tutatus. Ex quo nunc utrumque hoc tempestas desierit, continuatis alquot induciis, quas nobiscum sibi Rex Gallus communes esse voluit, fruti fecimus & adhuc Dei beneficio perstamus. Ex extremo tamen destituti fuimus, utinam tunc saltem in aliquam saltem firmam pacem desitura. Interea nos idem ille Seruator noster & Sarrientis pacem in his regionibus suis ex. pectare voluit, & annum quoque in hoc non paruam annonae rerumque omnium caritate, talem tum nobis exhibere pergit, ut non desit quod ipse nobis infestissimus hostis inuideat, quibus summis beneficiis utinam minime abutamur. At me nunc priuatim quod attinet, cogit me senectus, licet aliquem clementissime prorsus meum agens, leni manu, negnamque tamen usque adeo et me corporis quidem viribus fractum, quin interdum tonsionum habeam, in hoc vanum interitus, quo tu me quoque velim assiduis tuis precibus iuues, ut per has medias tantas tempestates, in quibus consumpsimus octauus huius vitae annos, hoc ipso mense Iunio

Desiderius

expletus me deprehendit, in illum tandem optatissimum portum intellexeris ap-
pellam. Bene vale Vir ornatissime & domine mihi summe observande, una cum
D Wackero nostro, quem velim meo nomine abs te quam officiosissime salutari. Dominus
Iesus tibi, sanctaeque toti Stadigerorum familiae quam latissime magis ac magis
benedicat. Genevae. Calendis Iunij Veteri calculo CIↃ IↃ XCVII.

Totus tuus, cogente me tremula
manu alienam adhibere
Theodorus Beza subscripsi

Reverendo Viro, pietate & Virtute ornatissimo
D Sebastiano Ambrosio Ecclesiae Stepnsianae
fido doctori, fratri in Christo honorando.

S D. Reverende & doctissime Vir, frater in Domino observande. Quod
de eiecto Sathana Dominus noster Iesus Christus praedixit, eum nimirum
assumptis septem spiritibus se nequioribus domum versam denuo invasurum,
& posteriora prioribus deteriora effecturum: id ab initio Ecclesia ex-
perta est, & nunc experitur maxime. Quare ne nos turbet Flacianorum
in peius proficientium impietas, sed recordemur Sathanam magna ira
percitum in terram venisse, ut cum reliquis ex semine mulieris bellum gerat
custodientibus mandata Dei & habentibus testimonium Iesu Christi; ut vati-
cinatus

cinatus est Ioannes Apostolus. Consolatur nos, quod addit, tempus eius breue esse, & mox futurum ut Dominus Christus liti imponat finem, falsumq. prophetam cum bestia, quam seduxit, vinctos abijciat in lacum sulphure & igni ardentem. Witteberga nunc accidit quod Hierosolymae olim, Ut enim Verbum Domini ex hac profectum per omnem terram dispersum est Apostolorum ministerio: ita & verbum diaboli disseminatum passim per falsos fratres ex eadem prodeuntes. Tandem impietas sine fine & modo crescens, bonumq. Dei semen opprimens, iustam suam poenam, quae in hodiernum diem durat, consecuta est: ita & Witeberga illius vestigijs insistens non impune feret, crede mihi, odium & deploratam malitiam, quam aduersus filium Dei exercet. Tantum patienter expectemus Dominum.

~~Huius~~ Huius latratus & ineptias silentio refutare plane constitutum nobis erat, inq. ea sententia perstitimus annum integrum. Nam parum nobis ocij est, quod multi sint labores in hac Ecclesia, ministri vero pauci. Tum ea videbamus ab aduersario recocta, quae centies à viris doctis erudite refutata sunt. Porro & satis erat nobis, in Confessione monstrasse doctrinam nostram Apostolicam esse, unde colligere per se quilibet veritatis studiosus potest, contrariam esse falsam. Adde quod aduersarij nostri nullam admittant institutionem, auditores autem

nostri

nostri nihil moveantur latratibus illis: Itaque respondendo plane nos ope-
ram lusuros arbitrabamur. Tandem vicerunt fratres per Germaniam
dispersi, illi praesertim qui tyrannide pressi vix audent hiscere contra
novos Pontifices. Quibus ut gratificaremur, sententiam mutavimus,
satius esse rati lupum offendere quam oves Christi tristitia afficere. Ego, cui
respondendi partes demandatae fuere, animo plane repugnante ad labo-
rem accessi, eumque ordinem secutus sum, ut neque omnia adversarii so-
phismata attigerim, neque intacta reliquerim, quae ad rem facere videban-
tur. Confessionem nostram ex professo non repetii, ne ab ea quae
in multorum manibus est lectorem avocarem: tantum ostendere co-
natus fui, immerito eam ab Hosio suggillari. Usus sum oratione
simplici, ne viderer cum adversario verborum lenociniis magis pug-
nare quam causae fiducia. Iudicium defero Ecclesiae orthodoxae, quam ut
communem filiorum Dei matrem demisse audiam, si me compellet. Non
enim nobis propositum est gloriam et divitias ex ministerio quaerere.
Sed gloria eius qui nos misit, nostra gloria est: divitiae, animarum salus.
Typographus Servestanus qui exemplar habet, ante mercatum franco-
furtensem opus absolvere potuisset, nisi domesticis concertationibus
ab iisdem

ab ijsdem spermologis excitatis, impeditus fuisset. Sed sat cito, si sat bene. Antagonista totum quinquennium siluit, non ergo vitio vertet, si & nos ad tempus differamus responsionem. Intellexi nuper ex studioso vestrate Gigantem illum splendore nobilitatis turgidum qui Christum coelo, & te sedibus tuis turbare machinabatur, cum Juliano victum occubuisse. Non erit igitur nunc quod credere vivus noluit, certum non esse vbique, multo minus corpus christi. Rogaui Dn. Peselium, qui Serues tam cogitat, ut exemplaria nostra apologiae tuis literis adiungas, quo animi desiderium expleas. Ut vero totam oeconomiam huius Ecclesiae videas, mitto eam tibi quasi in Epitome descriptam, verum idiomate saxonico. Tu boni consule, & si quid occurrit animaduersione dignum, libere me moneas. Quod res gestas in bello Turcico tam accurate descriptas ad nos miseris, pro eo tibi gratiam habemus maximam, vtque amplius facias oramus. Occidentem Antichristi vis divexat, Galliam & Belgiam ~~divexat~~ infestat, Angliae insidiatur. Sed fortior qui in nobis est, qui in mundo. Ei igitur soli sapienti, omnipotenti, inuisibili & immortali regi Ecclesiam quam proprio sanguine redemit, & nos ipsos commendemus. Bene vale cum omnibus nomen Domini sincere inuocantibus frater in Christo dilecte & honorande. Resalutant te mei symmystae in Domino. Tui fratris

fratres qui tecum certant pro gloria Christi, officiosissime te nobis salutabis. Deus vos omnes roboret, & integros in adventum Domini servet. Embdæ Frisiorum. subito 21 die July Anno 97.

T. in Chro amantiss. Menso Alting.

Fido Iesu Christi servo D Constantino Fabricio fratri summe observando. Altorphij

LVII.

S. Etsi mihi novum non est audire malorum calumnijs non tantum peti: verum etiam morderi, & quidem interdum acerrime, innocentes, & quanquam res ipsa clamat fieri vix potuisse ut istorum rabies intra verba consisteret: nunquam tamen existimavem fore, ut quod mihi narras tu illic experireris: quando quidem tamen ita factum est, habes sane de quo potius in Domino gaudeas, vestræ tuæ conscientiæ testimonio fretus, quam sortem tuam deplores. Cum quid enim prelixatur, certum est causam privatam hic non agi, sed ab eodem illo mendacij spiritu ista profisci, qui & homicidij spiritus est. Doleat igitur potius ille per quem es hac iniuria affectus. Tu vero gaude tibi hic præbitum esse probandæ tuæ patientiæ & fidei argumentum. Deus enim tandem ille noster opt. max. & æquissimus tum suæ veritatis patronus, tum suorum innocentiæ vindex, ijs ipsis oculos aperiet, quorum nunc istos, suis illis, tum voce tum scripto undique petulantissime iactatis tot maledictis

non

non contentos, non pudet autoritate tam impudenter abuti. Tibi vero, familiarem
tuae non est desituros, qui suos nunquam patiuntur eo usque premi, ut opprimantur.
Utinam vero ista non sint toti Germaniae eorum malorum initia, quae sero
ij ipsi deplorabunt qui quos in sinu serpentes foveant, & quid Sathan per
ipsosmet moliatur, imo iam aliquatenus confecerit, non animadvertunt.
Caeterum quod ad exemplar illud manuscriptum attinet, res ita, uti scribis,
diligenter curabitur. Ad res nostras quod attinet, fruimur quidem adhuc
istis inducijs, sed bello iam proxime nos inter Gallum & Hispanum vehementius
non exardescente, valde, sicuti par est, de illius exitu solliciti sumus, quamquam
quae adhuc gesta sunt, magnam nobis spem faciant fore ut huius tragoe-
diae autor istud verum esse non parvo suo malo experiatur Hesiodium
exemplis confirmatum, ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. In
Gallia per Dei gratiam nullis dum artibus potuit nostrorum summa con-
cordia & constantia labefactari. Sed adversariorum odijs magis ac magis
crescentibus nondum video quid sit aliud antea expectandum, quam ut sese
ad extrema perpetranda comparent, nisi Deus velut [illegible] anno 1571.
eius hoc tandem Phrygibus largiatur, ut sapere tandem aliquando malint
quam uno eodemque exitio sese & patriam totam obruere. Sed haec omnia
plenissime utinam ex eo ipso libello Gallico potius intellegere, quam his
literis

literis ad iam XI: et si qua ratione fieri potest Germanice excipiamus velij, ut ab omnibus legi & intelligi possit, vel hanc unam ob causam, ut neminem latere possit, qui nam sint tot calamitatum autores, sive praeterita, sive imminentia spectentur. Nos vero licet tot locorum intervallis dissitos, tamen in Domino coniunctissimos, & ab ijsdem hostibus oppugnatos idem dominus & servator noster, ut spero, sic tutabitur qui unus vere potens est, ut suo tempore novum nobis praebeatur gratiarum actionis de nuis precibus exauditis argumentum, precibus inquam, quas velim existimes, tibi quoque privatim & a me & a toto nostro collegio non esse defuturas. Bene Vale, mi frater, & fortiter ad metam usque perge. Geneva XXVI Iuly veteri calculo CIƆ IƆ XCVII

Tuus totus Beza.

Harum literarum exemplum, si commode poteris, cum Monacus nostro communicare, pergratum illi sat scio, & mihi quoque feceris.

Fido Iesu Christi servo D. Constantino fabricio: fratri ac symmystae summe observando Altorphij

~~X~~ LVIII.

S. Spero, mi amicissime frater, meas bona fide tibi redditas, die sugge ... xionis mensis XVIII datas, quibus & de nostro & Galliae statu certiorem te feci, & te in hac expostulatione consolari studui, prout fraterna illa nostra

nostra charitas iubet, quamuis satis superq; mihi sit persuasum, nihil hic a me
tibi suggeri posse, quae iam ipse non abundes. Illud ergo nunc nihil habeo quod ad-
iiciam nisi hoc unum, ut magis ac magis tibi & tuis applicare quam constantis-
sime pergas, quae tot iam annos in omni temporum genere alijs suppeditasti. Li-
benter ad illud verbum de quo scribis, conscientiae tuae testimonium adijciens Da-
uidicum illud Expectans expectaui Dominum & is tandem sese ad me inclina-
uit. Caeterum tractatiunculam illam de virginitatis origine tandem hic
grandi operi tamen ita vitiose editum, sed maxima certe cum molestia, usq. adeo
corrupte, depravate, misere denique descriptis exemplaribus, quae misistis. Ut
saepissime neq. de sententia constare posset neq. de periodorum distinctione.
Hinc factum, ut nisi omittenda semel fuerit haec editio, vel exemplar unius
seorsim emendandum & describendum, quod perdifficile & molestum fuisset.
Igitur non quod in opere alieno fas esse putem ingeniosum, ne dum curio-
sum esse, sed ita cogente ipsa necessitate, sum usus ea quam mihi conces-
sisti libertate, sic tamen intra modum, ut ne tantillum quidem ab autoris
sententia videri possim discessisse. Fieri vero istud inuito, nec alium postea fu-
turum, quia quod ad illam tractatiunculam attinet, archetypum etiam illud
in aliquot folijs fuerit maculis & literis quibusdam aspersum, quae de re ad
ipsum quoq. eruditissimum virum D. Andream Tucherum [illegible] scripsi.

Cetera in illo archetypo prorsus intacta misi, tibi scriptore, D. Calandrino
nostro, in manus ipsius, quod consilio fuerunt tradenda. Dominum Deum &
Servatorem nostrum spero te tibi ipse vel iam adfuisse, vel adfuturum, ut sis
etiam fortasse Themostocli illud usurpaturus, Perieram nisi periissem,
si modo perire dici potuit, quos Christus sibi a patre donatos tanquam ocu-
li pupillam conservat. Hoc autem ipsum ergo ut brevi ex teipso
intelligam tibi evenisse, quod & spero & opto. Bene vale. Genevae
XX Augusti cIↄ Iↄ XCVII. Tuus totus Beza.

Reverendo, pio & Eruditissimo viro, Francisco
Benno, Sacerdoti Societatis Jesu.

Reverende pater. Exprimam tibi laetitiam, qua sum affectus? lingua
nulla possum. Tu quoque laetare mecum, & Deo gratias age, qui misertus
nostri, eduxit me ex impuris obscurisque locis & collocavit in luce meliore.
Patres tuos meosque ante omnia conveni, & nunc quoque Moguntiaci iis
adsum. O mi frater, si tu me, ego te videam, profecto cum lachry-
mis ruamus in mutuos amplexus. Ah, quam diu haesimus in tenebris!
quam diu per vana circumducti, neglex[imus] vera illa bona, quae sola faci-
unt ad salutem! Sed redimus, redimus tarde quidem. Sed ad be-

nignum

nigauer illum Deum, sero nunquam. Tu votis precibusq. me adiuua, &
qui indignum amore amasti, nunc magis cum nubes aut labes nulla
offecit suspicionum. Quanquam vere & coram Deo hoc testor, in sensum de
religione nunquam steti apud prauos: prisca religio semper mihi proba;
Egimus tamen in locis, in quibus aliter. Sed bella haec nosti, & quam fa-
cile fluctu aut turbine aliquo abripiamur eo, vnde aegre redeamus ad
portum. Epistolam tuam Francofurti accepi, quam Raphelengio dedisti:
Noli quaerere, quanto gaudio & solatio mihi scriptio tua sit, cum re-
creer sola cogitatione amicitiae nostrae & affectus. libellos tuos quos
adiunxisse scribis, non accepi; vidi tamen eos obiter, sed auide, hic
apud patres. Nam est qui te Romae nouit pater Joannes Busaeus:
qui nec amorem tuum me celauit, nec libellos. Cum legero iu-
dicia libera habebis. Nunc in via sum & propero Coloniam Agri-
pinensem, ad illos quoq. patres, apud quos fundamenta posui pieta-
tis & doctrinae. Plura nunc non scribo. Tu me ama: & si amas
fac vt precibus tuis & sanctae societatis iuuer, & in bona via con-
firmer. Moguntiaci. XI Cal. Maij 1591.

Olim & semper tuus

Justus Lipsius.

Ad Quaestionem M. Wenceslai Ottheri
Responsa DD. Grynaei et Bezae.

Quaeris, An tibi liceat manu Crucifixi ligno adhibita, solius nomine Dei=
invocato praestare jusiurandum? necne. Resp. Primum, quum
divinitus sua cuique statio ita tenenda sit, ut alijs detur proficiendi ansa:
Et ita quemque sibi ac suis privatim considere oporteat, ut tamen contra con-
scientiam minime agat: non ausim tibi esse autor ea lege praestandi
jusiurandum, ut manum ad vetus idololatriae instrumentum admoveas.
Etsi enim hoc boni iusiurandum illud habet, quod in solius Dei nomine
concipitur: malum tamen coniunctum habet, quod e diametro cum illius
sinceritate pugnat. Si teipsum consideres, novisti peccatum esse, quicquid
non fit ex fide. Rom. 14. 23. Si genus attendas, scis ab omni
specie mali abstinendum nobis esse. 1 Thess. 5. 22. Si aliorum exempla
spectes, agnosces ea non consuetudine inconsulta, sed lege Dei niti debere.
Si quid ipse aliquatenus Christo alieno ductus id probavisti: non ignoras
posteriores curas uberiori illuminatione respondentes anteponendas priori-
bus, nec ei claudicandum amplius, cuius pedes ac malleolos confir-
mavit gratia Christi. Si Ecclesiam attendas, hanc audiendam esse novisti.
Si denique ipsum Dominum reverenter aspicias, praeclare intelliges, eius solius
judicio

judicio nobis esse standum, qui nobis praecipit ut caveamus ab idolis, cum
in tota vita, tum vel maxime in solenni invocatione ipsius, quae fit cum jus
iurandum concipitur. Secundo, ut cruda nova Christiano quovis
modo movenda sit, siquidem ea concoquenda ad maturitatem, arte christiana
adhibita, adduci patiatur, aliquo modo commovenda esse recte intelligis: plurimum
interest, quo tempore, quo loco, & quibuscum publice aut privatim, & qua
ratione agas. Suadebo per christi gratiam, quod ipse factitavi cum
situs eum locus, & quidem non sine studio eundem publici boni ergo retinendi.
Ego delecti collegarum adhibito, cum uno alterove, in tempore, privatim con
ferrem, contra caussa, in honoribus quibus moveor, placide adductis. Conf
rerem, Anne ad rei tantae praestationem crucifixi lignum ideo adhiberi opi
netur, quod illo Sacrosancta Trias quae sola invocatur repraesentetur? Si
Christum solum repraesentari aiebat, interrogabam, Ecquomodo lignum aut lapis
Deitatem huius refert, ingredus videtur amanter, Ut, si se idonea responsione
destitui sentiat, ipse quoque incipiat haesitare, & in veri investigationem in-
cumbat. Rogarem etiam, Anne a bonae fidei collega & concive prae
stitum ius iurandum cum adhibito crucifixi ligno ratum & sanctum haberet?
Si annuat, rogandus foret, ne amici conscientiam scilicet idoli causa laedi pati
atur? Si simplici inscitiae ducatur, roget, ut qui necessario crucifixi
lignum

lignum adhiberi debere, majorum more, iubet, commonefaciendus videretur
de exemplis aliarum urbium & regionum Augustanam Confessionem am-
plectentium, in quibus nemo est qui ad Sacramenti religionem praestandam
contactum crucifixi ligni opus esse existimet. Et id maiores rectius edocti
desierunt, invocatis Sanctorum nominibus, Sacramento se adstringere, quia
non nisi Dei nomine invocato praestandum cognovissent: ita posteros recte
quoque admonitos pie facturos si idololatriae instrumentum non adhibeant.
Interrogarem eum, cui persuasum foret, contactum istum indifferentem esse!
Annon humanitatis Christianae sit, siquidem nonnullis liceat non sine
contactu ligni illius praestare iusiurandum civium, permittere alijs ut
sine eo nisi iurent, quod conscientia moveantur! Si annuat, ro-
gandus est ut collegas ad eandem moderationem & humanitatem invitet
Qui Deo se commendant, & cum placidis ingenijs erudite conferunt, nec
desinant tum προσευχαῖς, tam de Rempubl. & de privatis benemerendo:
qui etiam theophantas in caeteris, eos qui dolet loco habent, & ἀπροσδό-
κητοις officijs caritatis exhilarant: ut maxime initia senatorum [illegible] non
omnino ex animi sententia dent: Si tamen προλαψεις dextre & ταπεινῶς tue-
antur multum obtinuerunt. Verum enim est hic quoque proverbium: Principia
dimidium totius.

dimidium totius: Jam vero, quae rationes privatim paucos pie asserere possunt, publice quoque ... sunt: tum ut nobis per omnia constemus, tum ut qui in sententiam nostram adducti sunt confirmentur: tum ut alii quotquot ingenui dociles sunt, proficiant. Nec est cur terreamur ... spectro. Ut enim multae veteris consuetudines mendosae sunt: sic multa quae nova videntur ignaris, laude & usu digna sunt. Hoc agamus cum Paulo ut conscientiam habeamus sine offendiculo apud Deum & apud homines semper. Act. 24. 16. Est & illud tum dissimulationis causa cavendum, ne cui, retinendae dignitatis causa jusjurandum cum scrupulo conscientiae praestare compereris. Vivitur enim ut nosti, inter Momos, & inter candidos aestimatores.

Joannes Jacobus Grynaeus.

Roganti, An quispiam iustus tacta crucifixi imagine iurare, nulla tunc crucis mentione facta in ipsa iusiurandi formula, possit bona conscientia iusiurandum praestare, cum praesertim res sit inter bonos etiam, eo de quo agitur loco usitata, & spes sit aliquando ritus etiam istius sensim & sine turba abolendi? respondemus sine cuiusquam praeiudicio: Nos deo gratias agere quod hae Ecclesiae ut & aliae nobis vicinae sint ab ista quoque idololatriae specie repurgatae: nec Christiano quoquam hic ~~...~~ eo ritu iurandum. Etsi enim omnium imaginum

imaginum usum per se minime damnamus: & imaginem Servatoris nostri vere adorandi, ab aliis quod ad prototypum, quod dicunt, attinet, distinguimus: tamen cum tam expresse Dominus sese imaginibus ullis coli prohibuerit, & vix ulla sit religiosior Dei adoratio quam iusiurandum, utpote quo Deus in aeterno suae maiestatis throno, ut summus rerum etiam abditissimarum, & ipsarum conscientiarum iudex, palam agnoscatur: certe non possumus non istum quoque crucifixi imaginem, quae ad iusiurandum sanciendum, vel ad ullam etiam religionis speciem adhibeatur, inter idola numerare, & Deum precari ut omnes & singulas Christianas Ecclesias ab omnibus istis idolomaniae reliquiis penitus repurgatas velit. Etiamsi tamen arbitramur, multis adhuc locis imagines istas citra cultum ipsis exhibitum retineri, sed ad quandam duntaxat Christi recordationem, quod tamen nec sibi nec patribus satis cautum existimamus: minime volumus infirmas conscientias turbare, qui nulla cum superstitione ritum istum ut ἀδιάφορον inter iurandum, more quodam, turbarum vitandarum causa, non refugiunt. Protestentur si inter iurandum testari ipsis liceat, quod non per hanc imaginem, sed per verum illum crucifixum iurent. Singuli interim admoniti ad Apostolicum illud dictum serio meditentur: Quicquid sine fide et haesitante conscientia fit, peccatum esse. Genevae in Pastorum & Doctorum collegio. 11a Decemb. 1592

Theodorus Beza dictusque ex Collegii sententia,
mea manu subscripsi

269

Magnifico & Generosissimo Domino, D Joachimo à Berg Domino in Herndorff & Claden S C M Consiliario Domino mihi summe observando.

"singularis"

S Quod ego iampridem, mi Magnifice Domine, ex illis tuis literis cognoveram, quibus tu me prior, licet immerentem, dignatus es, summae humanitatis atque adeo benevolentiae plenis, compellare: id ego multo etiam magis ex literis illis perspexi quas Generos. D Christophorus, abnepos tuus ex mandato tuo mihi communicavit, pro quo repetito summo tuo in me beneficio rursus tibi ingentes gratias ago, idque eo libentius, quod ex iisdem illis tuis animadvertam meas priores Encomiasticas xxij februarij datas ad te usque non pervenisse, licet Dno Christophoro Georgio tuo a nobis tunc discedenti rerpali commissas. Caeterum, mi Domine, cum te videam, licet hoc praesertim tempore in summo, in summis Reip. totius Christianae negotijs occupatissimum de nostris quoque rebus cogitare de illis sic habeto. Bellum illud quod iam non ita procul à nobis inter Galliae Regem & Allobrogicum Regulum, cuius ditione undique circumcingimur, gestum maximis utrinque viribus coepit & fortassis ad portas usque nostras transibit, misere nos magis ac magis suspensos & anxios tenet, ut qui neque cum illo vicino, perpetuo huius civitatis hoste, conditionibus ullis satis securi, & atque

absq Galli, cui conservatam nostram libertatem, atq adeo vitam ipsam, secundum Deum, debemus, offensione pacis[que] possimus, neq initam cum Gallo societatem abji-cere, neq rursus aperto bello nos committere ab omnibus rebus imparatos, quum ipsi nos ultro exitium accersere merito videamur. In his igitur angustijs confugere nos ad induciarum remedium necesse fuit. quarum ad hunc bonoriis aliquoties repetitarum, & nunc ad Novembris usq Calendas iterum iuratarum fruimur auxilium domicaps prout Allobrogici huius belli satis adhuc prospere & feliciter à Gallo gesti progressus fuerit captum. In hac autem longe maxima sollicitudine nos valde laborantes, utinam boni & pij ubiq omnes multiplices preces iuvare non minus studiose pergant, quam immo verbum, imo Cuius rei testem ipsum Deum appellare non dubito) de vera omni Ecclesia Christiana bene mereri, ne nunc quidem desinentem Genevam omni falsissimarum atq impudentissimarum calumniarum genere magis ac magis opprimere conantur, Idumaeis illis plane similes, de quorum impro-bitate Ecclesia psalmo CXXXV conqueritur. Utcunq vero nos undi-que impetamur, perstat adhuc admirabili unius Dei presidio conservata haec Ecclesia & schola, nullis domi neq in publico statu neq in religione dis-cordijs turbata, & in spe ac silentio, sicut nos ipse Deus iubet, quicquid de nobis

ipse

ipse decrevit, expectans. Ad illud autem tantum Dei in nos per medias istas tam saevas & tam diuturnas tempestates beneficium, accessit alterum et pene maius, quod nos pene unos idem ille Servator noster, ab omni pestis longe lateq. alioqui grassantis contagione prorsus immunes adhuc esse voluit: quibus tantis in nos divinae illius beneficentiae experimentis faxit idem ille benignissimus Pater, ne ipsi nos prorsus indignos praebeamus. Quod autem speciatim ad Gen. D. Christophorum abnepotem tuum attinet, cuius adhuc praesentia haec Ecclesia non parum beneditur, pretiosissimo certe tuae in nos benevolentiae pignore, tibi persuasum esse velim, nos nunquam esse commissuros, ut ullum in nobis officij genus merito requirat: Et ille certe talem adhuc sese hic gerit, ut & pietatis & modestiae singulare nobis exemplum praebuerit & plane consilium illorum, & quod spero, in eodem cursu perstiterit, futurum & singulari totius patriae ornamento, & maximo venerandae illi senectuti tuae solatio. Ad meam denique valetudinem quod attinet, cogit me quidem non sane gravis ullus morbus sed ipsa constitutionis imbecillitas a publico pene semper abstinere, sic tamen domi privatis adhuc studijs intentum, ut res ipsa impudentissimos illos Clamitas & caetera eiusdem farinae monstra cogat erubescere, si quid adhuc frontis illis superest,

qui

qui tam aperte impudenti mendacio, per orbem pene totum, & interiisse me, & ipso-
rum impietatem ante mortem amplexatum, atque adeo ne quid ad hoc inauditae pene
impudentiae exemplum deesset, Genevam meis adhortationibus persuasam (quod
ne cogitare quidem sine horrore possum) "reversam esse sparserunt: Quos ego, Deo
favente, edita rursum mea confessione & ad totam ipsorum pseudocatholicam synago-
gam transmissa, tanti mendacii convincere conabor. Adhibui quoque in hac mea inva-
letudine ultimam manum meis in novum testamentum annotationibus, quas iam
praestarem, nisi meam expectationem ille adhuc fefellisset, qui longe celerius ex-
dendas illas mihi pollicebatur. Et haec quidem hactenus de rebus nostris. Ad
res Gallicas quod attinet, non dubito quin de iis quae fide certissima quoque vobis
illic nuncientur: optima certe omnia sibi Gallos iam video polliceri: & res ipsae
eo videntur nunc inclinare, quod ad humanas coniecturas attinet. Sed qua
tandem inter eos vera pax & tranquillitas esse possit, ego quidem non video,
qui magis ac magis ad oppugnandam veritatem manifeste sese coniurasse, qui-
buscunque possunt modis ostendunt. Audio tamen ab illorum summum in
asserenda vera religionis puritate concordiam aliqua securitatis capita, satis pro
temporum ratione tolerabilia expressisse, si modo meliori, quam adhuc factum sit
fide serventur. Sed istud quis tandem nobis in tantis adversariorum, quo-

"ad papis-
mum"

tidie

tidie magis ac magis odijs praestabit. Is demum videlicet, qui nos adhuc est tutatus, nec sane patietur unquam ut vel minimus quispiam ex ijs pereat, quos ipsi donavit Pater, & pro quibus, ad illius dexteram, etsi non ita ut veteres Eutychiani fingunt, considens, omnia & summam causa, & adversus [illegible] nominis hostes vult & potest. Bene vale, Magnifice mi Domine, una cum tuis, bonisque istic omnibus. Dominus Jesus magis ac magis tibi familiamque tuam sanctae tibi, sanctisque omnibus, in ea quam tibi tribuit dignitate, consilijs sapientissimis et cumulatissime benedicat. Genevae V Octobris: vetere Calendo CIↃ IↃ XCVII.

Amplitudini tuae addictissimus

Theodorus Beza.

Magnifico viro, Generis nobilitate, Sapientia & pietate insigni, Ecclesiae Nutritio, D. Joachimo a Berg: patrono observandissimo S. d.

S. Magnifice Domine: Quum hac nostra aetate nostros habeamus Babylonios, quorum praecipua est potentia: nostros quinetiam Edomeas qui non desinunt conservos caedere: & nobis hic mundus sit Babylon plena confusionum: quid aliud egerimus, quam quod [illegible] ē psalmo 137 in hunc modum annotare soleo. Primum, quoties datur remoti a turba, pia confessione

jnculcatione

invocatione, & gratiarum actione Deum colamus, dicentes cum Daniele: Peccavimus
nos & patres nostri: Tibi Domine justitia, Nobis autem confusio faciei. Deinde
afflicti diu orare pergamus, donec versis rerum vicibus respirandi fiat copia,
& nobis detur psallere Deo nostro. Tertio, eos qui sarcasmis & sardonio
risu nos religionemque veram prosequuntur, ut iniuriam aequiter non patiamur –
qui scimus jam scriptis nostris perpetuo lugendum fore. Quarto, Loci, tem-
poris & personarum ratione habita, Sanctum ne demus canibus, neve mar-
garitas nostras proijciamus ante porcos: Sed nobis & consortibus fidei ser-
vemus thesaurum sanae doctrinae, quem in fictilibus vasis circumferimus. Quin-
to: Dei & Ecclesiae ipsius memores simus, etiam in medijs nostris tentationibus. De-
bet enim sacra haec memoria fidei, poenitentiae & charitatis nostrae index esse.
Sexto: Studeamus autem nomen Dei sanctificare, & laetemur in Domino, quod
sumus Conciues Sanctorum & domestici Dei. Septimo: falsorum vero
fratrum seu domesticorum hostium iniurias, ei ulciscendas relinquamus, qui
serio dixit: Mihi vindictam Ego retribuam. Octavo: Externis hostibus
qui per nostrum latus Deum petunt, tum inprimis extremum denunciemus
finem, cum maxime tumultuantur adversus Sanctos. Ultimo: Approbemus
autem & justa Dei iudicia erga malorum consortium mala sua, si quando

videmus

479

Videmus Sobolem persecutorum regni Christi perire, & nobis caelitus dici: Praeparate filios eius occisioni propter iniquitatem patrum ipsorum, ne consurgant, neq. haeredita te accipiant terram atq. impleant superficiem terrae inimicis. Isa 14.21. Ammi Sanctum senem D. Bezam, cui ad N. T. libros daret, cum illos prius accepissem. Interea aliquoties aegrotavit: Nunc melius tale habere dicitur. Mirum si homo officiosus & diligens non sentiat. Tranquillitatem aliquam Ecclesijs & Reipublicae nostrae Dominus concedit: Utinam ea utamur foeliciter ad Dei gloriam & Sanctorum consolationem. Nemo dubitat Ambianum a Rege receptum: Lesdegeriam magno cum exercitu Allobrogem premere, loca munita ei adimere. Mauricium in Rheni ora feliciter rem gessisse: Tandemq. Mortem Cardinalis Austriae communem esse. Ego vero omnibus precor ut discant omissis terrenis caelestia sectari, & vanitatem mundi relinquere ac Christi veritatem amplecti.

\+ Bene in Christo Vale Vir Magnifice. Dominus Iesus senectuti tuae uterum benedicat, ut ea virides sic & exemplum dicti: Iustus ut palma germinabit: tamq. Cedrus in libano succrescet cum augmento. Plantati in domo Iehovae in atrijs Dei nostri florebunt. Germinabunt in senectute: pingues & virides erunt.

Basileae 3 Nob. 97. Cui Paternitatem tuam colit amatq.

J. Grynaeus.

Mag.co Viro: Nobilitate generis, Sapientia virtute ac dignitate praestantissimo Dn. J. a Berg patrono suo cum fide & obs.ma perpetuum colendo

S.

Magnifice & nobilissime Vir, Domine & patrone reverenter colende. Quid temporis
huius ratio, qui annum novum ordimur, & pietas Christiana postulat, ut Ec-
clesiae & Reip. eximijs Dei organis faustum & felicem omnia sub anni novi
auspicium precemur, idem in harum quoque literarum exordio facere me decet.
Itaque precor Magnificentiae tuae a filio Dei, domino & servatore nostro Jesu
Christo, cuius Genethlia nunc Ecclesia totius orbis Christiani celebrat, Ut
annum hunc ingredientem tibi tuisque omnibus faustum & felicem efficiat.
Cumque scriptum sit in psalmo: Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri
florebunt, & adhuc in senecta erunt germinantes & virentes: imprimis
dulcissimum hunc Immanuelem nostrum, qui nos aspicit in forma ho-
minis cum sit in excelsis Jehova Deus noster, toto pectore oro, ut M T
adhuc longa vitae spacia tribuat propter Ecclesiam, tibique vires animi &
robur corporis augeat & conservet. Ab hoc voto exorsus, quod saepe
multumque in meis ad filium Dei precibus domi quoque repetam: re-
verenter ago gratias M Tuae, quod & consolationem meum pro liberis
suspiciones in bonam partem accepit, & summa cum humanitate rescribe-
re voluerit. Ac mihi quidem ipsi irascor, quod non iam pridem
antea nostris famulis ad M T literas dare, quibus observantiam erga te
meam

meam declararem, tuamq[ue] vicissim benevolentiam mihi conciliarem: Et hoc nomi-
ne gratiam me debere Viro ornatissimo d. J. M. profiteor, quod mihi verecundia
gradum, aut potius pudore subrustico dubitanti stimulos adiecit ac scrupulos
qui me remorabantur exemit, ac vel tandem impulit, ut ad M. T. scriberem.
Quam res ipsa experior ad literas Vir talis eximias, hoc etiam decus addere
ut comitatem praestet in omni officio: Quod est ornamentum humanitatis, non
similitudinis & beneficentiae, approbatione omnium bonorum & laude dignum.
Quantum vero me delectarunt in literis M. T. quod tanto cum affectu animi
sui constantiam in conservanda sancte memoria meritorum Viri incomparabi-
lis, D. Philippi Melanthonis expressit? De quo etsi dubium mihi nullum fuit,
cum etiam ex fama publica mihi constaret te & esse & fuisse semper φιλο-
φίλιππον: Cognoscere tamen ex tuis literis ipsius tanto iucundius mihi fuit
quanto maiorem dolorem & aegritudinem animi mei circumfero propter
ingratitudinem seculi nostri, quo non desierunt [illegible] infestare
omnibus probris beatam illam animam & quicunque, postremo nobis obruere
memoriam tot beneficiorum Dei, quae per hoc organum sanctum Ecclesiae sen-
cti exhibuit. Ostendit hunc conatum pessimorum ac perditissimorum ho-
minum liber recens editus à facultate pseudotheologica Witebergensi, titulo

Refu-

Refutationis tractatus historici clariss. viri D. Peuceri nostri de sententia propri-
ae Philippi in controversia Coenae Dominicae. Collegerunt enim in librum tri-
tum ex omnibus Flacianorum & Ubiquistarum scriptis Epitomio, quicquid
sordium & conviciorum in beatam illam animam usquam extitit salse-
nas, atque novis additamentis auxerunt, ea quidem atrocitate & inhumanitate,
ut si Satan humana voce & stylo uteretur, teterius nihil proferre potuis-
set. Non enim communes saltem infirmitates, quales sunt in
omnibus sanctis, sed scelera, sed proditionem, sed consilium optimo & in-
nocentissimo illi viro tribuunt: Doctorem Peucerum vero illius generum
extreme deformant, nihil tale meritum. Ad quem cum ego his die-
bus scriberem per nostros ad mercatum Lipsicum profecturos, hortatus sum
ut epistolam aliquam graviter scriptam suo nomine opponat, & histo-
riam suorum carcerum per amicos divulgari sinat, quam in parato habet.
Consilium etiam ab ipso petii, num in professione iudiciorum Theologicorum
D. Philippi, quorum editionem ipso sciente atque approbante paro, a me
quoque defensio innocentiae tanti viri suscipienda sit. Misi carmen
quoddam ad Monachum nostrum, quod ad T. quoque M. missurum confido,
Quod ubi legerit M. T. haud dubie suum quoque gemitum adiunget ad
plurimorum

plurimarum bonarum gratiam in eo carmine expressam. Sed & judicem mihi
judiciorum Philippicorum, quae in unum volumen comportata (etiam germanice scripta
continet peculiarem partem [illegible]) hoc ipso tempore ad Bibliopolam Zerunstr.,
nuper transmissa a me sunt, eorum judicem & ipsorum communicationum esse D.
M.tem cum T. M. spero: in quo & epistolae illius mentionem T. M. reperiet, quam
beata illa anima, anno 57 ad T. M. scripsit. Cum enim M. T. tam be-
nigne, tam humaniter respondisset sibi gratam fore inscriptionem huius operis
mei et in sententia, nulli nec alii patrono quam Tuae M. editionem hanc of-
ferre debere, quae quantum optimarum rerum complectatur, utrumque etiam ex indice
animadverti poterit. Atque filiorum & Chronici Melanthoniani praelectiones
(in quibus continuandis, hic quidem ut cum [illegible] simul omnium Xorum ea pae-
[illegible] ad [illegible] tum auditores commemorare solitus est, bonam magnamque par-
tem inventam conferi,) superstite adhuc M. T. in lucem prodeant. Quod in-
stitutum adhuc dependet totum a Bibliopolis ac Typographis, qui in tanto con-
temptu scriptorum Philippicorum, in quorum furore Flaciano & Vbiquistico
illa adolere apud iuventutem satagunt, nescio quam suam iacturam verentur.
Eadem quidem & causa est cur epistolarum Philippicarum, quas iampridem
collegi, editio procrastinetur: cuius inscriptionem & ipsam animo meo destinavi
M. Tuae, ut quae voluntate complectaris memoriam Melanthonis, & ipse bene

meriti

mereri de literis omnibus studeas, non modo huic nostro seculo, sed etiam posteritati constet. Est autem inter caetera beneficia quae M T in Ecclesiam Christi confert, non minimum hoc, quod sumptu tuo alis studia disc[ipulorum] multorum, inter quos rogavit me scholae nostrae lector Nathan Chytraeus, vir pius & doctus, ut locum tribuere digneris uni ex filijs suis, quorum tres habet egregia indole ingenij & iam aliquantum in studijs progressos. In eo etsi non dubito & D M[ag]n[ifice]ntiam causam Nathanis nostri apud T M agere: tamen ut meam quoque intercessionem coniungerem cum modestia illius [?] ... te adolescentum istorum indole bona aliquid apud te praeterea valere [?] ... qui per se deditus [?] rogo et oro. Hoc enim postulat pater ... fiunt aliter ... & cum totus aliquis inter beneficiarios M T ... cauerint, unus uerius ex filijs debeatur ab T M quo loco beneficii, non hoc bene atque utiliter collocabit, cum spes non dubia sit fore, ut aliquando usui ac ornamento futuri sint Ecclesiae & Reip. adolescentes isti, filij Nathanis a prima aetate fideliter instituti. Cum de causa & natu maximus qui in Circulis Academijs uixit multis annis, hoc ipso tempore accersitus est ut sit collega docentium in schola nostra. Et quoniam ostendit M T non ingratam sibi fore commemorationem earum rerum quae ad Remp. pertinent, pauca addam de ijs quae in hac vicinia nostra geruntur

rantur ac fiunt. Corona est Ecclesiarum reformatarum in his locis Ecclesia
Embdana. Ei superioribus aliquot annis multum negotij facessit Comes Ezardus
Frisiae orientalis Dominus, qui in ineunte iuventute ad veram religionis cogni-
tionem adductus, coniugis tamen Suecicae impulsu, Flacianos cognitos ce-
pit & eorum impedimenta varia Ecclesiae obiicit suis subditis in omnibus
civilibus gravis molestusque fuit. Ea res ante biennium causam attulit
Civitati Embdanae, ut vim vi repellere tentaret propter iniurias Comi-
tis atroces & notorias. Sed factum est singulari Dei providentia, ut or-
dines Frisiae occidentalis & Hollandiae ab ipso Comite primum de reme-
dio [illegible], ut ipse quidem nominabat rebellionis, consilia atque authori-
tatem suam interposuerint in tumultu isto cohibendo. Inde Delfsilensis
transactio secuta est, quam Comes Ezardus, tum per filium Comitem
Ennonem, qui nunc sponsus est, ducturus intra unum aut alterum men-
sem, sororem Ducis Holsatiae Joannis Adolphi, nostri atque Daniae Regis
soror ipsi ante annum nupserat, Archiepiscopi) approbavit & confirmavit
non modo subscriptione, sed etiam multis aliis signaculis transactionis illi-
formulam. Postea tamen poenitentia ductus, quod quorundam se invitum
consensisse tum in transactionem ad graviorum periculum evitandum, con-
tra eam multa facere coepit: Cuius mali Embdani, Imperatoris sententiam
ad

ad quam Comes provocaverat, postq[ue] legati totum sesquiannum Hagae
commorati, & cognitio causae instituta fuit, obtinuerunt tandem, quia abo-
lito nomine Delfshilanae transactionis, articuli tamen universi & singuli
illius a Caesarea Maiestate solemniter confirmati sunt, & Comiti serio com-
mendatum, ut sententiae illi obtemperet, cuius se defensorem fore Impera-
tor pollicetur. Sic ergo Deo iuvante, restituta est pax Reip. istius loci,
quae longo tempore dispendium fuit totius Ecclesiae. Mauritius
princeps Auraicus hac aestate tredecim castella & munitiones hostiles, par-
tim deditione partim vi cepit & expugnavit: inter quas Morsa, Borka,
Grolla & Linga, unde toti huic viciniae multum cladis iam ab aliquot an-
nis per praedationes & latrocinia Hispanica illatum fuit. Magna cum
gratulatione exceptus est victor patriam in reditu: sed ut laeta tristibus tem-
perare Deus solet: sic turbata nonnihil est laetitia publica duobus istis
casibus. Primum quod navis una & altera conflagravit incendio orto
ex imprudentia vigilum qui scintillam ignis forte in pulverem tormen-
tarium incidere imprudentes passi fuerunt: cui casu & hominum medio-
cris numerus & tonnae pulveris ducentae & quinquaginta perierunt.
Alter casus fuit, quod absente Mauritio, soror eius, puella ingenio & forma

praestans

præstans, matre Saxonica filia Dni Mauritij Electoris nata, seducta fuit ab Em-
manuele, filio natu maiore Antonij Portugalensis, qui in exilio mortuus est. Qua-
liter hunc casum tulit Mauritius: Nam et pontificius est totus Germanus ille,
et unde vivat, nisi ex alieno beneficio, nihil habet. Cardinalis Albertus
Bruxellis nunc est, restitutus valetudini pristinæ ex morbo, qui post amis-
sum Ambianum periculose decubuit Atrebati. Rex Hispaniæ nuptias filiæ quæ
Hispaniæ infans est, ei permittit cum dote splendida provinciarum Belgij.
Rex ipse senior lectica vectatus est Aranjuez: sed vivere adhuc eum
constat. Gubernationem tamen omnem commendavit filio, unde cala-
mitates tantum sperantur futuræ etiam bellorum in regnis illius. Nam et
Gallorum rex per literas et legatos serio nunc agit cum Confœderatis An-
glis et Hollandis, ut aut plus suppetiarum sibi ferant quam hactenus
factum sit, aut tandem in pace amplectenda consentiant. Se enim nolle
totius belli molem suis humeris solum sustinere: Nolle etiam ut ex
aliorum incommodis, alij prætextu fœderis sua capiant commoda. Du-
cis Sabaudiæ uxor, quæ fuit altera Regis Hispaniæ filia, in puerperio
nuper extincta est. In Italia apparatus belli sunt inter Pontificem et
Successorem Ducis Ferrariæ defuncti. Bruxellis, absente Cardinale ad
Ambianum defendendum, viva defossa est puella constanter professa veritatem

Christi

Evangelij usq. ad extremum halitum. Ea res non parum invidiae creavit Ilis.
suis in Belgio, & difficultates addit tractationi de pace publica. Pestis
anno praeterito passim late in Germania saevijt, & hoc in Saxonia usq(ue)
inferiori, Lubecae, Hamburgi, Luneburgi, Magdeburgi, Brunsvigae, Halberstadij
atrociter grassata est: pepercit tamen huic nostrae urbi clem(enti)a Dei; quam
ex toto pectore, ut deinceps quoque nos sub umbra alarum suarum protegat.
Te cumq(ue) clementissimum Ecclesiam & politicam servis animi familia
[illegible] Tuam parq. [illegible] commendo. Bene & feliciter vale Vir Mag(nifi)ce &
patrone [illegible], & quod nec [illegible] [illegible] [illegible], cum [illegible]
& [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] te & [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] & [illegible]: ac [illegible] [illegible] [illegible] nostrae [illegible] Deo opt.
max. commendent. Bremae prid. Cal. Ianuar. inchoaturi annum
Christi 1598.

M(agnificentiae) T(uae) & [illegible] tuae
amantiss. & obsequentiss.
Chr. Pezelius Theologiae D. & in
Eccl(es)ia Bremensi pastor.

Nobilissimo Viro: pietate, eruditione & virtute praestanti.
Dno Georgio a Dyrem [illegible] ordinis Equestris Silesiaci
decori & ornamento eximio: amico & patrono
suo honorando.

Salutem in Christo. Nobilissime Vir, amice & patrone honorande & charissime.
Cum et temporis huius ratio, quo auspicium novi anni ordimur, & pietas
Christiana postulat, ut Ecclesiae ac Reip. & piis familijs fausta & felicia omnia a
Deo precemur: tum me quoque in hoc decursu literarum facere aequum est: Itaque
filium Dei, cuius γενέθλια nunc Ecclesia celebrat, Immanuelem nostrum, [illegible]
& Rempubl. Christianam, [illegible] sub cruce gementem & difficultatibus
[illegible], quas non nisi divina ope discussas posse liberatam, ardentibus precibus
commendo, & dignitatem tuam omnemque tuam familiam salvam & incolumem
hoc anno servari peto, cumulatam omni genere benedictionis divinae, & immunem
a malis privatis & publicis. Post haec pia vota, reverenter ago gratias
quam maximas animo meo capere possum, nobilitati tuae, tum pro literis
humanissime ad me scriptis, tum pro honorario misso, quorum utrumque
me confirmavit in honesta opinione, quam de tua virtute & voluntate erga me
benevolentia animo meo impressam penitus insculptamque circumfero. Nam & literis
tuis testaris te firmiter retinere memoriam veteris nostrae consuetudinis in Aca-
demia Witteb. & gratam habuisse inscriptionem [illegible], honestissimo
tuo nomini dicatam & consecratam. Et munus eximium ac [illegible] quod
liberaliter (?) tuis addidisti, documentum insigne fuit tuae erga me affectionis plenae amoris
&

et benivolentia. Accepi enim munus dignum te esse, & duas insuper grossos au-
reos, quarum alter desideratissimus est, alter optatum Deo destinatum per te fuit.
Equidem munus & per se amplissimum est, & quia abs te amicissimo, & quidem ex
liberali pectore tuo & amore amantis profectum est, non potuit non mihi & iucun-
dissimum esse & gratissimum. Verissime enim dicitur: In beneficio iudican-
dissima est tribuentis voluntas. Cum autem ad referendam tibi parem
gratiam facultas mihi non detur: Deum opt. max. oro ut pro me tibi gra-
tiam referat, cum filiis Dei promittat, quicquid uni ex minimis suorum
factum sit, id sibi factum esse: Ideoq. ne haustum aquae frigidae la-
tum in suo nomine, cariturum esse praemio. Hic tibi, utriusq. mellitissime
vir, dicitissimi benedicat & benefaciat. Quod facturum esse certo confido. Ego
etiam ut fidelis tui muneris commendator fuissem, aureos quidem la-
garios esse inter liberos meos & nepotes grandiores distribui, & cuiusque eorum
precibus salutem & incolumitatem tuam commendavi, & nomen animis
eorum inculcavi, ut quales illos singuli efficerent, sibi ad totum pro
te facientem, & ut hoc praemium tibi utriusque obligatos se sciant: Et
aureos grossos duos reliquos in thesauris meis reposui ad perpetuam
beneficij tui memoriam. Praefatio libro praefixa antehac anno missa

erat ad

erat ad Typographum, quae si ad manum fuisset tum tecum ederetur, quoniam
inservissem honori tuo sententia. Sed in Introitu, quo ceteris singula lege
ris ac consideraveris, spero recepta expositurum esse; id plus in recessu ha
bet quam in fronte promittit. Nam controversias pleraque quae Ecclesiis
Evangelicis intercedunt cum pontificiis attingit liber: quasdam etiam copiose
explicat. Et dabo operam ut aliquando sub nomine tuo nitidior prodeat, ele
gantioribus quam isti sunt typis expressus. Ut autem de privato meorum
rerum statu aliquid adjiciam, fecit me ante menses novem Deus viduum,
erepta mihi coniuge, quam tibi notam fuisse Witebergae non dubito, cum qua
annos totos triginta & dies integros tres vixit in matrimonii casto & tranquil
lo & concordi, fuit mihi dextera & fidelis socia curarum in Oeconomia &
consuetudine coniugali. Relinquit igitur mihi & liberis meis ingens deside
rium sui & ingravescente senectute mea onus non leve, cum sentiam
mihi cum illa praerepta esse adminicula fovendae senectutis & tuendae
valetudinis quae inter tot labores attritas paulatim fit infirmior. Verum
non ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit ex ore
Domini, in quo sumus & vivimus & movemur: Ipse quoque vita est & lon
gitudo dierum nostrorum. Habeo nunc prae manibus Expositionem

Catechismi

Catechismi Iesuitici, cuius primam partem misi nuper ad Typographum
Francofurtanum, sicut & lemma Consiliorum & Iudiciorum Theologicorum D.
Philippi piae & sanctae memoriae, quam omnibus probis nunc obruere & de-
formare conantur Pseudotheologi qui Witebergae sunt hoc tempore, quorum liber
Eia ßchwulator si forte ad manus tuas pervenit, tot scis ex animo detesta-
beris rabiem efferatae illius maledicentiae, qua non modo D. Lutherus noster
& huius Socer Phil. Mel. contumeliosissime traducuntur, sed etiam per-
latis herum politiis ac iugulatur veritas orthodoxa, & laeditur gloria Filij Dei,
Cuius est ipse vindicet potenti dextra sua, toto enim pectore precor. Ha-
beo etiam paratas ad editionem Epistolas Melanthonianas & partem
aliquam operis Chronici perfecti, sed deest Typographus qui sumptum facere
velit, cum plerique absterreantur contemptu scriptorum Philippi, in quem
adducta sunt apud iuventutem ab illis furijs nihil nisi quod suum est pro-
bantibus. Explicationem tamen Evangeliorum textuum Dominicalium aui-
de nisi intelligo, et de retexendo eo opere cogitem, quemadmodum &
de novem illis partibus argumentorum Philippicorum, quas in unum volumen
collectivam se parum velle Typographus. Sed quid Typhorum voluptatem istis
ortus? alij parumper negotijs occupatum. Finem ergo epistolae hinc facio
inter

inter occupationes non tam scriptas quam effusas, et te tuosque clarum atque iterum dominos [illegible] et [illegible] commendo, Rog. ut [illegible] tuam perpetuo mihi conserves. Equidem laetabor si quid isto tempore umquam a me fieri possit quod tuae dignitati ex me gratum sit. Bene et feliciter vale vir nobiliss. et me inter eos habe, qui tibi merito tuo sunt devinctissimi. Bremae. prid. Cal. Januarij inchoaturus annum Christi 1598

Tuae dignitatis amantiss.

Chr. Pesolus D.

Nobilissimo et Clarissimo Viro D. Nicolao a Rehdigero à Striesa: Domino mihi summe observando.

S. Etsi, clarissime Vir, numquam dubitarim, quin tuam illam in me benevolentiam perpetuo retineres: mihi tamen pergratum fuit ex postremis humanissimis tuis literis hoc ipsum intelligere, quibus novum abs te additum beneficium de Gallica illa mihi mittenda historia fecit, et quam iam antea tibi gratiam referre nullo modo poturam, nunc ego ne habere quidem queam, sicuti par est. Ago vero tibi eo quoque nomine ingentes gratias, numquam, Deo favente commissurus ut ullum in me officium, merito requiras. Fratris tui quidem filio dn. Christophoro huc venienti quicquid in hac mea tenuitate positum est perlibenter obtuli: illum quoque mea domi excepturus, nisi me id facere prohibuisset hospitioli mei angustiae. Sed nec ille adhuc uspiam mea est usus opera, nec ego animadvertere potui, ecquid illa

illâ indigeret, nullam alioqui testificandi grati animi in te & tuos occasionem sciens pru-
densq; praetermissurus. De illa vero historia, quam cupidissime expecto, tunc demum
statuemus, sive supprimenda, sive, tuo quoq; adhibito iudicio, edenda videbitur, quum
eam perlegero, & diligentissime expendero. Suspicor enim illam ipsam
esse, cuius ex rerum Gallicarum Scriptoribus nonnulli quendam Leodiensem
Canonicum auctorem faciunt, & scandalosam atq; maledicam appellant, ni-
mirum quod fortasse acerbissima quaedam a Comineo prodita de Ludovico
XI retexet, qui profecto non satis bona sed ea qua saepe uti solebat fide, Ca-
rolum Burgundum in Leodiis expugnando & crudelissime devastando juvit,
cui Canonicus ille par referre studuerit. Sed de his postea. Ad
illas autem non in me tantum, sed in totam etiam hanc Civitatem & Ec-
clesiam a mendacissimis illis undiq; tanta cum vehementia sparsas crimi-
nationes quod attinet, puto iam istuc esse perlatam nostram Responsionem
quae, tum Veritatis amantibus omnibus, etiam in Causa religionis a nobis ad-
versantibus, sicuti spero satisfaciet, tum istius ad quaevis portentosa menda-
cia struenda comparatae factionis fautores ad istos saltem agnoscendos
excitabit. De reliquo vestro statu satis quidem per Dei gratiam singula-
rem pacato, sed plane adhuc incerto non dubito quin istuc subinde a
vestris cognoscatis. Ad me vero privatim quod attinet, excepta

imbecillitate

imbecillitate, quae me plerunque cogit a publico abstinere, satis ad hanc firmam atque adeo paucis in hac aetate concessam valetudinem experior, adeo quidem, ut nudius tertius concionem habuerim, et nisi quid supervenerit, isto die natalis Domini habiturum me non diffidam, sed totus jampridem istius pene vitae miseriarum istis temporibus pertaesus et totus ad optatissimum illum portum animo properans, quam de re vehementer abs te et omnibus istic nostri amantibus peto ut me precibus assiduis commendare opt. max. Deo et Servatori nostro dignemini, sicut vicissim eundem illum toto pectore precor et vestram Rempublicam totam cum potentissime conservet, et te speciatim cum recte sentientibus omnibus adversus omnes calumnias et turbas tueatur. Bene vale, Vir Clarissime et mihi summe observande. Genevae XXI Decembris veteri calculo CIↃ IↃ XCVII: ubi nos quoque nostrorum indiciarum dies, quos tamen ad aliquod, sed perbreve tempus continuandos speramus

Tuus totus Theodorus Beza.

Magnifico et vere Nobili Viro Dn. Wences-
lao Budowecio a Budowa Caes. Consil.

S. Magnifice mi Domine, rationem nullam invenire possum, qua tibi, sicuti par erat gratias agam de hac tua tanta in me prorsus immeritum benevolentia, ut me literis etiam tuis tuis tis dignatus, ad quas quod tam tarde respondeam

rogo

rogo te vehementer, ut nulli ἀκαιρίᾳ tribuas, sed ita factum relinquas valetu-
dinis imbecillitati, ut maxime quoque necessarias occupationes cogar intermittere,
imo interdum etiam abjicere. Hinc factum memini, ut Launio nostro
scribens, & dictando fatigatus sabellum tibi duntaxat adscripserim. Inter ami-
cam illam inter nos, ut scribis, exortam disceptationem, velim sic componi
ut utrique vestrum in solidum, non usu tantum, sed etiam mancipio addicar.
Quod igitur jam tum facere me oportuit, nunc demum praesto, non meo tantum
sed communi totius hujus Ecclesiae nomine, de cujus tranquillo statu quum
tam esse te sollicitum videam, ut de eo certior fieri cupias, scito Nos adhuc
continuatis ad Aprilis usque finem inter Galliae Regem & nobis vicinum princi-
pem induciis, in quibus ille nos comprehendi voluit, fretos, tolerabili esse con-
ditione, optimo max. Deo & Servatore nostro ita nos adhuc benigne respiciente,
ut et omni quoque pestis contagione licet nos circumcingente, liberi simus, &
annonae caritatem (malum, ut audio toti pene terrarum orbi nunc commune)
minus quam alii multi populi graviorem experiamur, non sine gravi expectatione a nobis
expectato Rotomagentium in Gallia comitiorum exitu, a quo sane pendet
non tantum hic noster, sed etiam omnium Gallicarum orthodoxarum Ecclesia-
rum status. De vobis interim, non vestro tantum, verum omnibus po-
pulis

pulis, super quos invocatum est Jesu Christi nomen, communi summo periculo,
sicuti res ipsa poscit, dies & noctes assiduis precibus sollicitj, quas utinam tan-
dem tam suarum misericordiarum memor, quam tot scelerum nostrorum oblitus
exaudiat. Ad me vero privatim quod attinet, sic adhuc valeo, ut
per intervalla nonnihil in publico meo munere, valde tamen exiguum
praestare possim, in illum optatissimum portum totus intentus, in quem
me properantem rogo te, Magnifice mi Domine, ut precibus tuis adiuva-
re digneris. Etsi vero par erat, nos hic omnes potius de plurimis
maximisque beneficijs tibi gratias agere quam novi quidpiam abs te postulare:
est tamen quod abs te petamus, precati ut id pro humanitate tua singu-
lari ex nobis intelligere non graveris. Iuvenis quidam in hac urbe,
consularj honestissima familia natus Joannes Danielitius nomine, annorum
circiter 19 adolescens in Germaniam missus ut [illegible] generose
potius quam prudenter obijt militatum et, ut nuper pro certo ad patrem per-
scriptum, in quadam excursione non procul Agria captus est à Turcis
& abductus. Optat autem bonus pater senex fieri ullo modo posse, ut
quo sit abductus, & si modo adhuc vivit qua ratione redimi possit, quoquo
modo intelligat. Id autem etsi intelligo vel potius coniicio, perdifficile fore,

tamen

tam barbara illa gente agnoscere: misertus tamen boni senis lacrymarum, petere ab te, Magnifice mi Domine, audeo, ut si quid hac in re potes, hoc beneficii cum fratribus illis tuis precibus adiungere non gravaris, rem profecto charitati christianae convenientem, ac proinde Deo gratam, atque adeo tanto dignam pietatis et beneficentiae tuae nomine, quae civitatem hanc tibi magis ac magis obstricturus.

Bene Vale, magnifice mi Domine. Dominus Iesus magis ac magis in sancto tuenda ipsius sacrae veritatis adversus tum professos tum clandestinos, et in ipsis Ecclesiae visceribus christianismi adversarios, studio te confirmet, et invicta illa sua potentia, cum sancta familia tua, quam potentissime tueatur. Genevae 21 Februarij, vetere calculo MDXCIII

Theod. Beza.

EIDEM

Scias tibi, Vir ornatissime, tam grata fuerunt litterae illae meae, partim illarum argumento dictuo, in quo valde laetor animum nostrum cum ipsa veritate consentire, partim benevolentiae in me tuae, cuius velim magis ac magis tibi persuadeas, numquam me, favente Deo commissurum ut ullo officij genere videri merito possim defuisse. Caeterum quae de rebus Gallicis istinc et aliunde ex multorum et litteris et sermonibus audimus, nos valde sollicitos tenent, ac praesertim quae de summa ac pene incredibili inter nostras

et Valesia

et ἀταξίας & securitate renunciandum. Hinc enim certe, absq. ullo sive Bro-
cardico sive Frigiviliano spiritu (nam hunc quoq. vatem, vel potius hoc etiam
monstrum peperit Gallia) non minus, etsi non tam certo quam verisimiliter, fa-
cile fuerit conijcere horrendas mox secuturas calamitates, quam olim Pythonico
illi spiritui animam Samuelis eruentito, quam percontanti Sauli respondit, &
exitus ipse confirmavit. Sed age istis quae vere sunt apud Deum arcana
praetermissis, de seria potius resipiscentia cuncti cogitemus. Habemus
autem & nos, quo quanto diutius insanit adversus seipsam Gallia, ma-
gis ac magis anxij teneamur: Selandico quidem bello felicissime adhuc
adversus eum principem succedente, qui socerj potentia & Gallica discordia
fretus, hic et nobis & sibi & suis maximum malum ultro accersiuit: sed
re tamen eo adducta, ut sequuturum aliquod pactum mox videatur,
cuius exitus longe maximi in utramque partem erit momenti: Nobis
interim eo, fatali quadam necessitate adhuc nobis arcana, perductis, ut
a Gallicarum turbarum exitu totos pendere nos suspensos oporteat. Itaq.
tibi nunc multo etiam magis quam antea preces assiduas ad illum intendi-
mus, in quem unum proprie intuemur, idemq. in communibus istis pe-
riculis ata, vir ornatissime, bonisq. & pijs istic omnibus, magis ac
magis

magis fieri optamus. Caetera in Ecclesia & schola recte se habent. Mihi perexigua vel potius pene nulla valetudinis eo usque instaurandae spes est relicta ut ullam publici muneris mei partem denique obire possim. Domi privatis studiis ipse me recreo, fruor moderatissima quidem summo erga me Dei beneficio, subinde tamen recurrente cum languore illa senectutis ἀχώριστα συμπτώματα patiuntur, tam lente progredientibus illis, adhibita tandem extrema manu, emendatis meis in novum Testamentum Annotationibus, ut ante alteras Francofurtenses nundinas, non sit absolvenda earum editio. Bene vale vir ornatissime, & mei magis ac magis in precibus tuis quaeso reminiscere, sicut vicissim Deum precor, ut te totamque sanctam familiam tuam quam felicissime & quam potentissime sancto illo suo spiritu regat & conservet. Vale quam dilectissime. Si postremas meas accepisti, cognovisti D. Villartinum illum, de quo tibi scripseram, Constantinopolin fuisse abductum, & agere se tantum ut de ipso vel moderata summa redimendo, quam statim pater ad illum ut mitteremus vel de ipsius cum alio quopiam permutatione agitur: qua in re si poteris illi misero succurrere, pergratum Christianis hic facies. Iterum vale. Genevae XVIII Aug. veteri calculo. Anno ultimae Dei patientiae CIↃ IↃ XCVII.

Amplitudini tuae addictissimus

Theodorus Beza

EIDEM.

S. Magnifice mi Domine, Quod tu de me non modo cogitare, sed etiam ad me tam familiariter scribere dignaris, permagni, sicuti par est, beneficij loco accipio, & gratiam habeo, quam referre nullo modo possum. De rebus autem nostris sic habeto. Afligavandit iam Dominus, ac praesertim toto hoc anno, tribus flagellis, caritate rerum omnium non parua, peste quoque, bello denique has regiones castigauit, sic tamen omnia moderatus, ut longe lateque iustissima ipsius iudicia superarit mirifica ipsius clementia. habent autem inprimis Geneuam nonnulla praedicanda ipsius singularis & plane paternae clementiae occasionem, utpote quam neque adhuc ulla contagio attigerit, neque intollerabilis caritas quamquam ex alieno territorio viventem, grauiter laeserit, & belli inter Galliae Regem & Sabaudum illum perpetuum nobis hostem principem magis ac magis exardescentis, spectatores duntaxat esse noluerit, variis saepe inter illum & nos indicijs, quarum beneficio, incerta quidem, sed aliquam mediocri cum illo quieti usi sumus, eodem illo deo & seruato re nostro nos mirabiliter a varijs illius insidijs tutante, ac praesertim nuper a perfidiosissima proditione, miro quodam modo capta simul & detecta, & capto huius sceleris administro Neapolitano quodam meritis poenis affecto.

asserto. Pendemus tamen adhuc, quod ad huius tempestatis exitum at
tinet prorsus meteori, non modo propter incertum illum et ἀλλοπρόσαλλον
bellorum eventum, sed etiam quod intra paucissimos dies ille noster Lesi
tura sit indicta: et ut nunc quidem res nostrae sese habent, a Gallicarum
rerum statu prorsus, secundum Deum, suspensos esse nos oporteat. Quae cum
ita se habeant, satis intelligis mi Domine nobis magis ac magis necessa-
rias esse bonorum et piorum omnium preces, apud illum, in cuius unius
prudentiam et adhuc perpetuam in hanc civitatulam clementiam toti respi-
cere pergimus. At me vero specialiter quod attinet, excepta consuetudinis,
quantumvis moderata, per Dei gratiam, imbecillitate, quae iubente me fere semper
à publico abstinere, satis tamen adhuc et corpore et animo valeo, Deo ipso
velut caelitus desperatam mendacissimorum istorum impudentiam palam
coarguente, quos cum nihil pudeat, mirum non est tam falsa et tam ridi-
cula quoque confingere mendacia, non in me tantum, verum etiam in totam
hanc civitatem et Ecclesiam toto mundo spargere ausos fuisse, quos festinà
sane, et ita ut merebantur excepit ille, cuius in literis tuis meministi.
Sed de hac re plenius ex nostra hic edita responsione cognosces, cuius
exemplar ad te cum istis mitterem, nisi te audirem iampridem illud
à Dno

à Dn. Salandro accepisse. Caeterum quod ex me cupis intelligere, quomodo prae-dictiones illas Christi putem intelligendas (interpretandas) quae Matth. 24. Marc. 13 & Luc. 21 comprehenduntur, ac praesertim quid sentiam de eo quod Expri-mitur Math: vers. 22, velim te, mi Domine, Calvini nostri Harmoniam con-sulere, unde, meo quidem iudicio, tum alia plurima vere & sapienter Explicata comperies, tum inprimis cum Dominus simul quidem, sed tamen distincte prae-dictiones illas, tum cum esset de solo templo à discipulis interrogatus, coniunxerit quarum aliae ad solam Iudaeorum gentem spectant, quod ad illorum omnem tum civilem tum sacram politiam Excindendam attinet, in quarum numero illa est ad percipienda, de qua tu me percontaris, de servandis nihilominus illius gentis reliquiis, quas adhuc etiam superstare in tanta desolatione vide-mus, & de quibus admirabilis ille Pauli prophetia Extat Rom: 11. vers 25: aliae vero ad ultimum illud, ultimo tandem tempore futurum iudicium uni-versale referuntur. At istos autem arcanorum Dei scrutatores & renovatos Chiliastas quod attinet, & quos saltem veterum aliquot aliqui magnorum etiam virorum Exemplo, qui istum terapius carpunt, illorum praeposterum studium admoneri oportuit, ut a simili, vel potius longe maiore audacia sibi caverent, quid aliud consuluerim quidem ego, quam istos

Christia

Christianorum omnium principum authoritate coërcerj iam pridem oportuisse:
Et cum tantum absit, ut id fiat, ut e contrario quibusvis Civis de quovis
loqui, ac etiam scribere liceat, sapientissime facere, qui omissis ijs, mi-
nime velint istis delirijs sese cum illis vel levissime immiscere, in
id potius intenti, ut tot scandalorum signis etiam plane extraordina-
rijs, ac postrema Romanae tyrannidis a Paulo tam expresse praedicta
subversione, et in illius imperij imaginem ad Romanae matris iuxtam
dumtaxat transformatione, quam ipsis verbis Germanus admoniti, semel
omissa ista annorum, mensium, et dierum supputatione, quam ipse
item Christus testatum patrem sibi uni reservasse, istum demum verum
exitum patefaciendum, diligenter etiam alij etiam caveant, ne, sicut illi
quondam in diluvio, ita ipsi in hoc tam horribili incendio imparati depre-
hendantur. Huc enim certe omnes illae praedictiones spectant, non au-
tem ut sese quisque in illis inaniter scrutandis arcanis et ipsius Dei
maiestatem laedat, et tum sese tum alios frustra fatiget. Et haec quidem
nunc habui, quae tuis illis literis, istinc 12 Septembris mensis datis, et
paulo serius mihi redditis, responderem, Domine Praelatis, Magnifice
mi Domine, ut hanc amplitudinem tuam et sanctos fratrum qui adhuc

istic

istuc superesse audis, suo vere Sancto Spiritu in omnibus instruere, fovere & per potentissimi huius, sub & potentissimi & moderatissimi Imperatoris imperio ac maiestate, pro clementia singulari sua magis ac magis dignetur: Quod hic ab eodem illo Deo & Servatore nostro, non minus vestri quam nostri causa assiduis precibus flagitare non desinimus. Iterum vale inquam, aut potius quam optime & quam diutissime Magnifice mi Domine: & Vester, Tuae sane amplitudini deditissimi nomini sit perpetuo. Geneuae. XV Decemb. vetere Calendario cIↃ IↃ XCVI

Amplitudini Tuae addictissimus Theodorus Beza

EIDEM.

Spero meas esse tibi redditas, quas ad te dedi, Vir ornatissime, die superioris mensis XV. Interea tuas accepi istinc paulo ante datas, mihi quidem per-gratas, quod a te sint profectae, sed tristia multa, tum in praesentia, tum consilii Deus avertat mala malorum consilia) brevi nobis expectanda nunciantes. Utinam non possem Ego tibi talia. Sed incidisse nos jampridem video in ea tempora, quibus proprius conveniat, quod ait noster Apostolus: Palam esse iram Dei e coelo demissam omnem hominum impietatem & injustitiam, ut qui veritatem injuste detineant. Rom. 1. 18. Phryges id est Galli, ne tunc quidem icti sapiunt: Et quinam saperent, ubi Dei veritas non tantum contemnitur, verum etiam persequitur. In Italia nunquam maior

&

et apertiore rabie exarsit Antichristus. In Germania causa non est cur a
nostris metuatur aliqua Pontificiorum conspiratio, si modo istorum Sathanae
flabellorum machinationes eo usque progredi patiantur ii, quorum civili sa-
pientia non desinant, ut incendium, quod magis ac magis apertissime fovent
in flammam erumpat. Huic summo malo horribilem statum omnium
rerum, ac publicae inprimis pacis conturbationem trahenti, non iam legum
iustissimarum minas duntaxat sed ipsas etiam poenas regimenti, nisi tan-
dem ea qua par est autoritate occurratur, horret bonorum, ut arbi-
tror omnium animus cogitare, quae tempestas sit necessario secutura.
Angliae felix ille status tota ab illius vere admirabilis Heroinae incolu-
mitate et vita secundum Deum dependet. Scotiae tranquillitas quoties
iam mutavit! recenter quoque in gravissimo a turbulentis et ad patriae
totius exitium comparatis hominibus excitato motu, divinitus conservata!
A vobis autem et vicinis regnis horrendum illud irae Dei flagellum
vestris omnium cervicibus, non iam imminens sed incumbens, quis adhuc
prohibuit, vel potius inhibuit, quam summa illa aeterni Dei patientia! quae
tandiu, toties, et tot modis laesa, contempta, derisa, quid superest, nisi
ut in furorem illum iustissimum et tandem penitus inexorabilem evadat.

Quid

Quid ergo? nempe quisque quod seuerit hoc metet. Messis autem prostibulum terrarum nouit ille, cui uni sanabile est hoc malum. Et tibi Deo gratias ago quod ad eam usque aetatem peruenerim, ut spem mihi dignam faciat prius ex hac uita excedendi quam ut legem illorum, quas turbulenta haec ingenia auctores non desinunt, calamitatum spectator esse. Haec vale Generosissime et ornatissime vir, una cum sancta familia tua, quam Dominus felicissime conseruet et omni benedictionum suarum genere magis ac magis exornatum protegat. Geneuae Calendis Febru. Anno ultimae Dei patientiae. CIↃ IↃ XCVIII. Theodorus Beza.

Fragmentum Eiusdem ad Eundem.

De Iesuita illo Iosepho Acosta idem ampliis prioribus tuis literis Contum, quod tu postea scripsisti ex alio ipsius libello scripto deprehendisse. Cum enim istos plus satis constet esse hominum monstra, his postremis temporibus scelestissimis Tartareo ex abyssi cloaca ad fulciendam quoquomodo Antichristum Romanum excita, numquam [illegible] nobis [illegible] dicendos arbitror, uel potius magis irrisos quam cum ueritatem maxime simulant, praeeunte hic nobis et ipso Christo Luc. 4. 35. et Apost. in Act. 16

16. 17. 18. Illa vero quae nonnulli, sive Theophrastici, sive illius plane
et aperte insani Bracardi discipuli, aurea secula imaginentur, quorum vel
tantillum moveamur, ac non potius unicum illum nostrum Doctorem a patre da-
tum audiamus haec loquentem Luc. 18 v. 8. Cum venerit filius ho-
minis, num reperturus est fidem in terris? Et tam aperte nostra haec
secula in quibus modo versamur, cum veteris illis diebus Noachi compa-
ratum. Quod denique panici illius terroris exemplum requiris, quo
noster Dominus, et Turcarum et Christi nomen profitentium copias tam
mirabiliter dissipavit, non inepte tibi potius suggeremus ex illo quod
Druidas conflictu, qui meo domini MDLXII contigit, die decembris XIX,
cui, sic Deo volente, ministerio meo fungens et partes aliquam interius
interfui, in quo, post ab adversariis quidem nostris Guisianis, captum Con-
daeum principem, a nostris vero ipsum Connestabilem, utrinque premente
jam nocte ad magnum milliare in pagos vicinos receptum est, vacua
relicta, in qua certatio fuerat, planicie, ubi postridie tam diu jacuerunt
interfectorum ad quatuor et amplius millia corpora prostrata, donec longius
recedentibus utrinque copiis sunt a rusticis sepulturae mandata. Det credulis
superstitibus Dominus ad haec tremenda Dei judicia contremiscere.

505

pro Doctore Phi-
lippo Camera-
rio.

Clarissimo Viro, & mihi amicissimo fratri
Domino Joanni Palidio philophilo.

Quaestio mihi abs te, mi Palidi, summi viri & amicissimi nostri nomine
proposita, me quoque gravissime exercuit, easdem illas causas, quas tu
mihi ordine descriptas perspicueque tradidisti, ante annos quinquaginta & amplius,
priusquam ultro patria, religionis causa excederem, solicite meditantem. Cum
enim neque temere certo loco nascamur, neque fortuito familiae propagentur &
affinitates contrahantur, mutuis inter se officiis magis ac magis devinciendae:
certe nec violanda unquam, licet non nisi gravissimis ac pene inevitabilibus
de causis imminuenda fuerint illa ipsius naturae iura, quorum ipse Deus
autor & vindex merito censetur. Deinde hominis certe non fuerit satis
prudentis, sedibus facile mutatis, & iis neglectis quibus cum amice ac etiam
honorifice vixeris, plurima sibi incommoda vel etiam pericula ultro accer-
sere. Maneat igitur istud firmum, nunquam esse nobis obliviscendum
quid patriae, quid nostris, quid amicis, secundum Deum debeamus. Plu-
rima tamen in huius vitae curriculo fatendum est incidere, quibus non
modo sine culpa, sed etiam cum laude sint illa quoque aliquatenus saltem
postponenda, quae nunc sigillatim expendere nostri non est instituti.
Inter

Inter illa vero non dubito pronunciare longe maximi momenti esse illam
recte & sancte, id est ex ipsius Dei praescripto transigendae vitae curam, &
eam quae inde nascitur, animi sibi bene conscii tranquillitatem: quarum
rerum illa huic etiam ipsi mortali vitae, ista vero caeteris propter quas hic
vivimus rebus optimo iure sit anteponenda. Hoc enim utrumque & ipsa ratio
nobis demonstrat, & celeberrimis sapientissimorum hominum exemplis probatur,
& quod testimonium omni exceptione maius est, ipsius filii Dei, Salvatoris
nostri tum exemplo, tum expressis verbis elicitur. Εὐθυμίαν autem
id est veram animi tranquillitatem, sine qua plane ἀβίωτος est βίος
ii quoque summum in rebus humanis bonum esse recte censuerunt, qui tamen
nec quibus in rebus illa sita sit, nec unde nobis adveniat ignoraverunt.
Sit ergo et illud fixum & immotum, ista duo inter se coniunctissima hic esse
caeteris hic rebus omnibus anteponenda, ut potius quam illis careamus, quibus-
vis incommodis & adversis redimenda videantur. O beatos igitur & fe-
lices (si modo tanto beneficio, sicuti possent, fruerentur) quibus datum est
ibi vel nasci, vel sedem ponere, ubi veram religionem pure profiteri & in
notitia ac timore Domini ex eam quam Deus constituit ratione, id est sincera verbi dei
praedicatione

prædicatione & Sacramentorum administratione magis ac magis indies erudiri possint. Cum autem istis miserrimis temporibus in ijs etiam Ecclesijs, quas aliquâ Deus ab Antichristi tyrannide asseruit, intolerabiles adhuc idolomaniæ reliquiæ supersint, & quidem pertinacissime defensæ: imo etiam, proh dolor, in easdem illas irrepserint & quotidie inuehantur non modo multiplices illæ Libertinorum Anabaptistarum & aliorum eiusmodi furores, verum etiam damnatissimæ illæ hæreses repullulent, partim aperte velut Arrianorum, Ebionitarum & eiusmodi monstrorum sectæ, partim interpolatæ, cuiusmodi est illa Ubiquetariorum Omnipræsentia & Consubstantiatio, ex duobus inter se repugnantibus Nestorij & Eutychetis monstris conflata, & Oralis quam vocant, id est Cyclopica eiusdem Corporis Christi, tum pijs tum impijs communis manducatio, ex Pontificiorum fœdissimis lacunis hausta: Cum inquam hæc ita se habeant, quid pijs ingenus facientum existimas, quos ibi collocatos necesse est grauissime intus angi, nec multo aliter torqueri quam Lothum illum Sodomis habitantem, & Davidem de Kedarenis & prohibito sibi ad Dominj templum aditu conquerentem? Respondeo: multiplici distinctione hîc opus esse. Nec enim paria sunt doctrinæ a sincera veritate aberrantis discrimina, neque par earum conditio, quas ista difficultas exercet. Occurrit denique in hoc negotio

magna

magna circumstantiarum varietas, quarum tamen sua sit habenda ratio.
Itaq. minime censuerim ego statim illis de mutandis sedibus cogitandum, prae-
sertim si quae melioris alicuius status spes supersit. Sit ergo hic sibi quisq.
suae conscientiae recte ex Dei verbo edoctae judex. Expendat diligenter eiusdem
illius Lothi exemplum, de quo Petrus epistola secunda vers VII & VIII: ac
multo magis quid in hac ipsa quaestione dixerit Apostolus 1 Cor. V. XI. Vi-
deat etiam atq. etiam, neq. ipse sibi adulans nec etiam desperans, & quo
modo cum id palam facere nequeat quod tamen a se praetermitti non possit pri-
vatim sibi & suis cavere possit. Deniq. etiam atq. etiam de suis & suo-
rum viribus cogitet, si forte gravius periculum immineat, ne id ipsi super-
veniat, de quo sapientissimus ille: Qui periculum amat, inquit, peribit in illo.
Quod si velit quispiam speciatim de his vel illis, quae hic occurrunt, amplius eru-
diri, Extant haec ipsa de re doctissimorum nostrae aetatis Theologorum, nempe Phi-
lipp. Melanchthonis, Martini Buceri, Petri Martyris, Calvini, pastorum deniq. Tigu-
rinorum responsa in unum libellum contracta, ut alios eiusdem Calvini tractatus
praeteream: in quibus ista mihi quidem videntur tam docte simul & sancte
explicata, ut quis pacandae suae in eiusmodi casu conscientiae serio studiosus
ibi sit reperturus, in quo merito conquiescat. At enim si requiris mi Paludi,

Ut apertius & enucleatius ad ea de quibus tu me summi illius viri nomine percontaris, respondeam, huius quaestionis θετικῶς sed per hypothesin propositae haec esto summa. Ecquis in nostra religione probe institutus, pacata conscientia possit ibi cum sua, recte quoque edocta familia permanere, ubi praeter βδελύγματα papistica in templis non pauca prostantia, Christi corporis & sanguinis, tum omnipraesentia, tum realis in, sub vel cum pane Coenae Domini inexistentia & consubstantiatio, tum oralis intra ipsum sive digne sive indigne ad mensam Domini accedentium corpus traiectio inculcantur: Ubi cum innumeris calumniis & conviciis pro teterrimis haereticis anathematizantur, qui carnis a filio Dei hypostatice assumptae veritatem perpetuam, & veram eiusdem tum in caelos ascensionem, tum in caelis usque ad ultimum illum diem commorationem, tum e caelis reversionem asserentes, nihilominus magnum illud mysterium (ut a Paulo vocatur, & quod in Coena Domini geritur) id est spiritualem quidem, sed verissimam tamen & efficacissimam veri corporis & sanguinis Christi & omnium ipsius beneficiorum κοινωνίαν agnoscunt: Ubi huius veritatis assertores vel sacros coetus frequentare nequeunt, vel haec ipsi praesentes audire & silentio saltem suo comprobare tenentur: Ubi si sese domi placide continuerint, pro Ecclesiae in qua nati sunt & educati

desertoribus

desertoribus & conventiculorum autoribus palam falsitatis accusati, qui variis iniurijs & periculis obiiciantur: Ubi si forte aegrotent non ab alijs quam ab istis Consubstantiatoribus pastoralem consolationem nancisci possint, nisi forte alios ex vicinis orthodoxis Ecclesijs, non sine periculo accersant: Ubi nec alios tutores liberis suis morientes relinquant quam a quibus in hac falsa doctrina erudiantur: Ubi denique spes emendationis nulla superest: Si roges, inquam, mi Paludi; an ijs qui difficultatibus istis premuntur, illic permanendum, an potius inde ad doctrinae sanioris Ecclesias secedendum aut demigrandum censeam? quid aliud respondeo quam id quod ipse feci, & quidem non temere, nec solus, sed summorum & antiquae & nostrae memoriae consilium & exemplum sequutus, quum in ijsdem angustijs in patria versarer. Hoc enim consilium tantum ab eo abesse ut me poeniteat, ut contra expertus quantum caeteris omnibus huius vitae commodis praestet conscientiae pure & libere verum Deum colentis tranquillitas, vehementer doleam non paucos annos mihi atque tanto bono praeteriisse, dum in utramque partem ista pensitans, frustra de hoc nodo sensim expediendo laboravi, quam potius semel divini verbi gladio secari oportuit. Habes, mi Paludi, quid mihi tuum istud postulatum

consideranti

considerantj in mentem venit, quandoquidem id a me fieri voluisti. Id si tibi & amicissimo illi nostro placuerit, magis ac magis in illa sententia permanebo. Sin minus, me tamen numquam poenitebit hoc visum petentibus amicis ingenue & candide scribere, quod ut verbo Dei prorsus consentaneum, sum ipse, sicuti dixi, amplexus & ad hunc usque diem summa cum laetitia in plurimis tum animi tum corporis angustiis maximisque periculis constanter Dei beneficio prosequutus

Theodorus Beza haec dictabam, die quinta Junij, annum agens huius vitae septuagesimum octavum, & eum quidem exceptis novendecim diebus completum. Anno ultimae Dei patientiae 1597 Genevae.

At tu Domine usquequo.

Nobili et Cl^mo^ Viro D. NICOLAO REDIGERO amico & D. colendo

Vratislaviae

Ad D. Monavium mittenda.

Vir Nobilis & Cl^me^

De me scripsisti ad Monavium nostrum; ego ad me interpretatus sum, & vides me respondere. Cuius respondere? amore primum tam insigniter amore tuo; deinde

deinde & verbis, quae internum illum exprimant, & in fronte tibi sistant. To-
tum non potest. Nam duplex mihi in te amor est, alter vetus & à
fratre tuo, olim meo, Thoma Rhedigero, quasi hereditate in te derivatus:
quum tum & colui cum serio & amaveram, certe etiam te istius non sanguine
solum sed magnitudine animi & honestissimarum rerum artiumque studio
vere & germane fratrem. Sed hic novus, qui ipsum te caussam habet,
non nego, praeponderat. Cum sciam ea in te esse quae boni omnes, elegan-
tesque alliciant, detineant, vinciant: & tuo merito, ament te etiamsi non amen-
tur. Quid igitur me oportet, quum ultro tu advocas? Verumtamen fa-
teor, sed hoc magis attrahis, ut vanos istos amantes — proditor intimus
gratus puellae risus ex angulo. Extra iocum, & ex ipso pectore,
carum mihi est haberi inter tuos caros: atque ego si clausum antea
affectum meum habui, via facta, magis nunc aperiam, & ut ignis
per obstantia eluctatus, clarior flamma emicabit. Haec sit prima
scriptio, & quasi contesseratio amicitiae: si restipulaturis & quasi dex-
tram porriges, commeabunt saepius litterarum haec alloquia, & saepissime
cogitatio, ac mente quem in mente habeo, videbo, adsistam, tangam.

Vale

519

Vale Vir Nobilis & Cl^me. Lovanij XV kal. Iunias ∞.I϶ XCVIII.

Tuus, & affectus in te, ut dixi, I. Lipsius.

Magnifico & Nobilissimo Viro D. Ioachimo à Bergen Caesareae Maiest. a Consilijs, Domino suo omni observantia colendo.

S. Magnifice & Nobilissime Vir, priores illas literas quarum V. Mag. meminit, in posterioribus per Adamum Liligium datis, non accepi. Fallor autem ego, aut optime collocatum est quod in Adamum confertur. Degusta enim eius ingenio, deprehendo eum esse in bonis literis non infeliciter institutum, & eorum quae adhuc ignorat discendi cupidum. Statuique etiam eum huius adhibere ad publicam declamationem Theologicam, ad quam se obtulit. Reliquos quoque Mag. V. alumnos, qui apud nos sunt, his diebus convocavi, & ad diligentiam, certumque ordinem in studijs tenendum, praesente d. Doctore Calamino, sum cohortatus. Tractatum de Senectute, tum propter varias distractiones, tum quia illud argumentum accurate tractare cupio, per aliquot menses adhuc recognam & primam: quem V. M. cum desideravit, nolo prodire nisi bene limatum. Serenissimum nostrum Electorem,

proximo

proximo Martio expectamus. In Gallia multi moliuntur reconciliatio-
nem Regis Galliae cum Hispano, qui mortuus perhibebatur: nunc vivum
tantum adhuc dicitur. Sed cum illa reconciliatio plena sit insidijs, & tum
Anglis tum Hollandis suspecta, non desunt qui Regem ab ea fortiter de-
hortentur, quorum sententiam praevalituram arbitror. Mali certe res est
omnis, quod in Silesia vestra luxuriant animi multorum, ac inprimis
quod effrenes & petulantes linguae nebulonum e pulpitis declamantium
viam sternere videntur Antichristo, ut factum est olim per turbas ab Eu-
tychianis & Monothelitis excitatas. Et tamen spero quod Hieronymus
de suis temporibus dicit, multis in locis sanctiores esse & castigatiores aures
populi quam linguas sacerdotum. Miror ego saepe, nos subsistere tamdiu
inter tam multos adversarios, & in tam lacero Evangelicorum statu, &
tanta Heroum penuria, qui ex animo Reip. & Eccl. commodum quaerant.
Id omnino peculiari Dei providentiae est acceptum referendum. Haec
raptim adnotavi. Vale & salve, & in hac veneranda senectute fortis in
Domino esse perge, Vir & Domine beris omnibus honorande. Heidelbergae.
6 februarij 1590.

M. V. addictissimus
David Tossanus.

\#

Ad Illustrem Dominum Joannem Comitem Hanae,
Dnum Lichtenbergae Scotum.

Generosissime Dne Comes, Quod ad quaestionem mihi abs te propositam attinet, Num videlicet summaria excommunicatio, id est, nulla praecedente citatione, usurpari possit in Ecclesia Dei, optarim paulo planius exprimi, quaenam hic vocetur summaria excommunicatio? Possunt enim varia incidere, sive delinquentes personae, sive offendicula admissa spectentur, in quibus ut Ecclesiae paci caveatur, expediat, vel etiam sit interdum necesse peccantes licet absentes pro citatis & auditis potius habere, & quales esse manifeste ostendunt Ecclesiae iudicio declarare, quam expectare ut communi tanto malo sanando nullus amplius futurus locus merito videatur. Huiusmodi exempla nobis non pauca suppeditat Ecclesiastica historia: quando fuit Ecclesiae cum manifestis refractarijs contemptoribus negotium, quorum alij vel ad haereticos & schismaticos damnatos transijssent, vel ad alias Ecclesias confugiendo turbas varijs locis excitarent. Et vero utinam in ea tempora non incidissemus, istiusmodi ἀτάκτων hominibus plena. Sed etiam cum ista incidunt, summa est adhibenda diligentia, & experienda potius omnia priusque iudicium adversus nec vocatum nec auditum feratur.

Extra

Extraordinarijs autem illis praetermissis, quae compendio usus es in hac
mihi abs te proposita quaestione, eorum tibi ad illam sic respondeo.
Quod Deus ipse, cui nihil est intemperatum in illis nostris πρωτοπλάστοις
parentibus lapsis observavit, utpote quos non nisi citatos & auditos
damnavit, & ita quidem ut pene simul remedium adiungerit, & quod ipsa
communis aequitas in privatis quoque ac domesticis negotijs iubet, nempe
ut de nemine, indicta causa, statuat, iudicialis denique omnis cognitio
praesupponatur, reum legitime in ius fuisse vocatum: multo magis
eum ordinem esse in Ecclesia accuratissime observandum censeo, quum
praesertim de ijs scelerate factis agitur, quae si probata fuerint gravis-
simam illam excommunicationis, id est a communi sacramentorum a
Christo coetu separationis poenam, in casus quoque talem futuram, merentur
Ad hoc autem & illud accedit, quum excommunicatio ut medicina
potius quam ut poena capitalis in Ecclesia usurpetur, mitiora prius adhi-
beri debeant remedia quam ad ipsum cauterium deveniatur. Hinc illa
inter majorem quam vocant excommunicationem publice promulgatam
& aliquam ad tempus a Coena Domini suspensionem differentia: quod dis-
crimen in hac Ecclesia Genevensi tam accurate observamus, ut ex quo

hic versor

hic versor, id est ab annis quadraginta [deleted] duos duntaxat, unum insolen-
tius intolerabilem foeneratorem, alterum non ex ipso quorum ministrorum or-
dine obstinatissime, & magno cum bonorum omnium offendiculo errandumque publice
excommunicatos fuisse meminerim. Huc etiam spectant de peccantibus
prius non semel admonendis, ac etiam increpandis, additis quoque interdum
aliis non levibus poenis tam multi veteres patrum canones constituti, quos cog-
nitionis gradus fuisse ordinarie usurpatos constat ex Matth. 18. 15 &
16 & 17, irrito alioqui futuro & apud dominum & in conscientia iniuste
excommunicati cuiusque iudicio: quod & ipsi Christo & eius discipulis usu venit. Ioan
9. 22. Et Athanasio illi magno non semel: & nobis quotidie in
Pseudocatholicorum conventu damnatis accidere consuevit. Sed de huius mode-
rationis temperamento propter infinitas pene temporum, locorum & personarum
circumstantias certa profecto norma perpetua & universalis statui vix, ac
ne vix quidem potest. Satis sit illud tenere, ut quibus huiusmodi
iudicia rite sunt commissa quam religiosissime caveant ne vel mitius leviusque
quam merentur tractando tum sacra polluantur, tum impunitatis exemplo
gravissime in totam Ecclesiam peccetur, vel nimia utendo severitate re-
medium ipso malo peius evadat. Hunc autem motum Spiritus Sanctus
suis

suis procul dubio ipsum implorantibus, minime denegabit. Ad iudicium au-
tem illud adversus incestuosum à Paulo absente Ecclesiae Corinthiacae pres-
byterio tam expresse praescriptum 1 Corinth. 5. 4. quod attinet, cuius Christi,
ut & aliquot veterum patrum testimoniis nonnullis ad summariam illam
de qua dictum est, excommunicationem tuendam, tibi mihi significasti: ap-
ertum hic quoque planius mihi, quod hoc res sit, explicari. Interea tamen
quandoquidem id à me contendisti: dicam hic quoque, sed absque cuiusquam prae-
iudicio, quid de illo Pauli iudicio mihi videatur. Etsi enim in foro
conscientiae ut loquuntur, res illae civiles formulae praecise semper nec pos-
sunt nec debent observari: & Apostoli quoque speciali spiritus dei mensura &
autoritate praediti non pauca extra ordinem gesserunt, quae trahi in exemplum
minime debeant, cuiusmodi est capitale illud adversus Ananiam & Saphiram
iudicium, & Elymae excaecatio, quo etiam non desunt qui illud Pauli
tradere Sathanae referunt: tamen nihil summarie in illum incestuosum à
Paulo factum animadverto. Non enim privatae sunt illae de ipso Sathanae
tradendo accipiendae voces Pauli, quam à Corinthiis illum vocari audiri &
nomen publicari: sed merito colligo mihi Apostolus ita fuisse publicum & per-
vulgatum illius incestuosi scelus, ut huius illum Corinthii vocare negle-
xissent.

Xissent: eum tamen iampridem ut plus satis convictum & excommunicatum esse, & postea tam longam in illo scelere perseverantem, ad audiendam solius causae rationem quam ad totius cognitionem iudicio sisti presbyterij oportuerit: Et ita rem acceptam & gestam fuisse Corinthi censeas & alterius eiusdem Corinthi Epistolae cap 2. vers 6. illum videlicet ad presbyterium vocatum ita fuisse gravissima illorum increpatione & sceleris sui confitendi perculsum, ut eum Satanae tradere supersederint, & de ipsius in suo scelere detestatione resipiscentiae testimonio admoniti, eandem longius adversus illum progrediendum esse non censuerunt. Et haec quidem habui quae tibi hac de re responderem, quae nudius [illegible] a te accepi, non quasi rem tantam pertractarim, sed satis mihi fuerit tibi in genere & vere summatim de hac summaria excommunicatione tibi potuerim respondere. Genevae 3 febr. anno ultimae Dei patientiae 1598. Theodorus Beza

Fragmentum Epistolae ad Ill.mum Landgravium Hassiae Wilhelmum.

Nosti optime omnium C. T. certaminum istorum & initia & progressus: Nosti quaenam instrumenta in his tragoedijs Satan adhibeat, & quid per ea sit effecturus, nisi clementissimus pater caelestis istius conatus longius

adspectus

progressus impediat: nimirum, aut ea ipsa haeresi, qua Orientis imperium euer-
tit, Germanicas omnes quae Papatum exuerunt, Ecclesias subuersurus, aut
eas inter se commissurus, ut, quod praedictum est in Apocalypsi, plaga
bestiae sanetur. Haec autem cum uix ulli, ne Theologis quidem, melius
quam C T sint perspecta, superest ut Deum opt. max. precer Illustrissime
princeps, ut T C temporibus maxime necessarijs, heroico illo spiritu in-
duat, ut illustre sit et omnibus gentibus ac seculis ipsius gloriae conspicuum
organon. Ego uero, quod unum mihi relictum est, preces istas, mini-
me ut spero, inanes futuras, assiduas adhibebo. Credo mihi ostendere ego mi-
nimus eorum qui ueritatem aduersus istos tuentur, et mihi constaret
ipsismet etiam testibus, praeclaros istos ἐξαρχοποιοὺς communionem debere
et piorum conuentuum non minus refugam quam Pontificij excommunicatores inui-
sum me Christum et agnum benedictum; audirem ego me ignis poena,

aiunt

tam iniquis iudicibus (quales fortasse ex ipsismet eorum fautoribus de-
ligerent) subijcere, nisi ipsos tam perspicue quam sol lucet, non tantum hae-
reticos, sed etiam prorsus impios ex ipsis eorum scriptis demonstrarem.
Fiat ergo voluntas domini, non minus iusti iudicis quam misericordis patris.
Et incipiat suum iudicium a domo ipsius. Quod si non reijciantur

nunc

nunc quoque primogeniti, ut olim Ismael, Esauus, Ruben & Davidis fratres?
At T C princeps Illustrissime, quoque Ecclesiae tuae nutritiis, magis ac magis
benedicat Dominus: quod futurum etiam confido, & quidem tanto illustriore
futuro Ecclesiae incolumi: quanto paucitas & sementum eorum infirmiores habuerit
propugnatores. Raptim. Genevae IX Aug. CIↃ IↃLXXX. Th. Beza.

Epistola Regis Galliae scripta ad Theodorum Bezam.

Monsieur de Besze, puis que les Seigneurs de Geneve ont esté contraincts de prolonger la tresue avec le Duc de Savoye, iusques à la fin du mois de Septembre, pour leur bien & conservation: Je suis content prendre en bonne part ce qu'ils en ont faict. Car je n'ay embrassé leur amitie, & la protection de leur liberté, pour en tirer commodite a leur dommaige. Il est vray que par raison ils devoyent m'en advertir, suivant nos traictés, ainsi que ie leur escris, les asseurant de la continuation de ma bienveillance, laquelle je vous prie leur confirmer & leur dire, que si les affaires que j'ay sur les bras me permettoyent de faire pour eux plus que ie ne fay, que je les rendroy bien tost contens.

Mais

Mais ie suis si chargé des despenses, & mon peuple (de la seule ri-
chesse duquel despend la mienne) est encores tres paouvre, tant à
cause de la guerre, que de la sterilité des dernieres annees, dont i'espe-
re que Dieu le relevera avec le temps: & seray lors tres-aise de gratifier
les dits Seigneurs, comme je le feray de continuer à vous tesmoigner en
toutes occasions la bonne volonté, que je vous porte, Priant Dieu, Mons.r
de Besze, que il vous ait en sa Saincte garde. Escrit à Paris
le XXI jour de Juin 1597

Henry

(H. IV)

De Neufville.

Magnifico et Nobilissimo Viro, Domino Wences-
lao à Zedlitz è Neukirch, Ducatus Lignicensis
praefecto, Domino mihi summe observando.

Enimvero, Nobilissime & Magnifice mi Domine, absit ut unquam mihi in men-
tem venerit de tua ad literas meas responsi tarditate, quam veras & apud
me postremis tuis excusas, vel in sinu meo conqueri: quin potius, sicuti
par est magni beneficij loco semper habui quod meas accipere legere ac

etiam

etiam gratas habere digneris. Huic eidem benevolentiæ in nos singulari tuæ acceptum fero, quod tam atroci iniuria, non mihi tantum, sed huic toti civitati a perditissimis illis nebulonibus insperata, tantopere fueris offensus. Sed opt. max. Deo & servatori nostro sit laus, qui simul hac in re iustum sese il- lorum iudicem, & suorum assertorem ostenderit. Cuius enim illos, alioqui callidissimos in huiusmodi flagitijs veteratores eo potuisse devenire non miretur, ut tam absurdum, & quod tam manifeste mox esset redar- guendum mendacium, in tota Europa, tum voce, tum evulgato scripto spar- gerent! Vere igitur sese Deus noster in istis ostendit eum esse, qui quo- ties libuit, hominum & corda habeat in manu & improborum impediendis consilijs, nullos, ad hoc ipsum habeat, quam illos paratiores. Altera vero ex parte ausim testari, me, quem illi speciatim impetiverant, reipsa expertum esse, quam verax sit Dominus ille noster in hac quoque fœderis cum Abrahamo & credituris omnibus initi particula, Benedicen tibus tibi benedicam, & maledicentibus tibi maledicam. Neque enim dubito, quin illi non paucos a se stultissimo isto mendacio averterint, & Dei beneficio, piorumque precibus servatus, ipse mihi videor & animo in veri- tatis

tatis cognitione confirmatior, & ipsa corporis valetudine fortior factus, Deo sic illorum mendacium utrinque non tantum redarguente, sed contrariis beneficiis permutante. Sed & Genevam ipsam idem Deus opt. max. sicut mirabiliter & in Evangelii sui professione & in sua sanctae libertatis statu plane admirabiliter, adversus omnium tot hostium & vim apertam & omnem versutiam adhuc conservavit, nunc quoque mirifice confirmat, & ut speramus domitaque quaeque stabilitur. Quid si etiam dederit Dominus, ut, quod omnes fere sibi serio polliceri video, pax illa, in qua & nos comprehensi sumus, inter duos illos potentissimos reges inita, bona fide observetur, & in Ecclesiis Gallicis profitendae palam veritatis libertas reipsa obtineat, edicto regio ipsis concessa, quis non in hanc exclamationem erumpet? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris! idque non modo quod id flagitet ipsa tanta & tam repentina, atque adeo tam felix mutatio verum etiam quod potuit ille ipse Deus ipsius potissimum Antichristi interventu & opera tantum hoc opus confecisse comperietur. Sin vero vel aduersariorum perfidia & fraude contrarium evenerit, vel dominorum peccata tanto beneficio mun-

dum

dum fraj prohibuerint, suos tamen ille procul dubio supra vires, quas ipse suis
subministrat, tentari, nedum perire, ne unum quidem patietur. Tantum igitur
hoc nobis Dominus donet, ut sicuti nos sancto suo spiritu, ex hoc mundo, pro
ineffabili sua misericordia segregauit: ita magis ac magis a mundi sordibus
eodem spiritu repurgati, et in unius ipsius εὐδοκίαν nobis tot τεκμηρί-
οις testatam, intenti excubemus, ne imparati deprehendamur. Faxit idem
ille, ut, quemadmodum spem non vanam vobis fecit, alicuius ab illo im-
manj tam prope vestris ceruicibus imminente tyranno liberationis, illa tam
felici et pene inexpectata Iauarini propugnaculi expugnatione: sic ea vici-
nis et remotis omnibus populis consilia, et eas vires suggerat, quibus ille
quam longissime arceatur, vel etiam dignas Mahumetismi et oppressi or-
bis christiani pœnas luat, sicut olim Assur et Babylonem, illas duas sui
furoris virgas, postquam illis ad castigandum suum populum usus est, in ig-
nem abjecit. Et certe tyrannis illa Turcica, ut humanae res sunt
omnes, quas presertim Deus non fixit, ita iam uidetur sua mole in ruinam
aliquam propendere, ut (si is esset christianorum principum etiam non
uniuersorum animus, qui esse debuit) si non debellarj, at certe eo
adigi

adigi facile posse videantur, ut de seipso tuendo potius quam de longius promovenda tyrannide fuerit deinceps cogitaturus. Sed ut de reliquis populis taceam, qui in sua ipsorum viscera saevire non desinunt, quis hoc de Germanis ipsis, licet huic periculo proximus ausit sperare, quaecunque tandem comitia de his rebus instituantur, nisi tandem quorundam miserabile furentium desperata intemperies serio coerceatur? Sic enim eos appellare cogor, qui falsissimo tuendae veritatis Zelo tecti non prius desituri videntur, quam simile quoque bellum in ipsius etiam Germaniae sinu accenderint. Sed hoc, age, potius clementissimus ille Servator avertat, et saltem potius prohibeat, ne istorum scriptitatorum calamis, quibus nihil tale meritos, immo etiam solo paene silentio illorum impudentissima mendacia refellentes, confodere non desinunt, in gladios convertantur. Sed ecce plus satis tristibus istis omissis, ad laetiora progredior. Dn. Joannes Paludius, vir et pietatis et doctrinae apud te quoque spectatae, apud nos, et in hoc ipso meo hospitiolo, decimum quintum iam mensem agens, ex quo huc ad nos cum Generosissimo Domino Georgio Sigismundo a Zastrisell rediit, magnopere me cum illo nobilissimo suo discipulo

527

pulo, longe suavissima consuetudine recreavit, & mecum saepissime de plurimis et maximis virtutibus, quibus dignitatem illam tuam cohonestas, ac inprimis de tua perpetua in orthodoxae religionis professione constantia, certissimo reli-quarum illarum virtutum condimento, colloquutus, compellandi tui deside-rium in me excitavit, cui propterea acceptum fero, quod mihi, licet imme-rent, singularis illa tua humanitas tribuit, ut me videlicet in tuorum cli-am numero recenseas. Cum nunc in Galliam, ac longius etiam, cum illo suae fidei commisso domino iturum, & feliciter, Deo dante, hac obita peregri-natione ad suos, ac praesertim ad Principem suum & ad te rediturum. Spero tibi multo quoque quam antea gratiorem futurum. Nam certe, vel mul-te me minime vana coniectura fallunt, vel eum sese, tum pietate, tum probitate praebebit, qui maiorum etiam gratia non indignus videatur. Re-ce vale, etiam atque etiam in Domino, Nobilissime & magnifice domine, cum tuis omnibus, quibus felicissima omnia ex animo precamur. Ge-nevae XXVII Julij, vetere calculo CIↃ IↃ XCVIII.

Magnificentiae & Nobilissimae tuae Dignitati
addictissimus Theodorus Beza.

+

Ad Ecclesiam Genevensem.

Clarissimi viri, symmystæ plurimum observandi: Magno nobis fuit sola-
tio, in tanta rerum perturbatione, quod Christianæ vestræ φιλαδελφίας
tam præclarum nobis exhibuistis testimonium. Si per amplissimum vestrum
Senatum nobis licuisset Cœtum hunc nostrum legatorum vestrorum præsentia
cohonestare, fuisset tam gratum, quam quod gratissimum. Quod si rursus con-
veniendi sese obtulerit occasio, vos mature invitandos curabimus, ut pos-
sitis, siquidem ita visum fuerit, quemadmodum per literas instituistis nos-
trum probatis, coram testari quam sinceræ sanctam nobiscum colatis concor-
diam. Quod reliquum est gratias vobis agimus, quantas possumus
maximas pro Christiano vestro consilio de veritate præcepta in Eccle-
siis nostris conservanda, & de doctrina nervis quos in Ecclesiasticæ
εὐταξίας norma constituimus firmiter stabiliendis. Utrumque pro
immensa Dei misericordia fideliter præstare conati sumus: Et idcirco
cum frequentes huc convenissemus, corruptelis omnibus & ἑτεροδι-
δασκαλίαις damnatis, Schismaticis quoque & dissidiis profligatis, veri-
tatis Evangelicæ & apostolicæ παραδόσεως capita ex utriusque testamenti

tabulis

tabulis diligenter examinavimus, & formam verbo Dei praescriptam summo contentu comprobavimus, ut ex illa Ecclesiae nostrae probe edoctae in unum corpus cum sanctis omnibus coagmententur & crescant in templum sanctum Domino. Valete plurimum observandi fratres. Deum patrem obnixe rogamus ut Ecclesiam & Rempubl. vestram protegat, & sanctis laboribus vestris magis ac magis benedicat. Datum Mompelij. prid. non. Iunias. Anno temporis nouissimi 1598

Vobis addictissimi, & pietatis vestrae amantissimi
Pastores & Seniores Gallicanarum Ecclesiarum
in Synodo congregati; Et omnium nomine

Beraldus Synodi moderator electus   Montingnius Martaldus Assessor.

Ecclesia Genevensis ad Tigurinos.

Mittimus ad vos, Reverendi viri & summe observandi fratres, Gallicae nationalis Synodi literas Eucharisticas, ex quibus intelligetis, quam & utiles & iucundae fuerint illae vestrae ad eam conventum adhortatoriae utpote quibus ita Deus, ut & nostris eadem prorsus sententia scriptis,

benedixit

benedixit, ut summo omnium contentu tum confirmata fuerint, quae nunquam
prius recte fuerant constituta, tum denique ad conservandam Ecclesiarum
& in doctrina & in Ecclesia concordiam, sedulo fuerit prospectum. Ad hoc
summum Dei opt. max. & servatoris nostri beneficium accessit & il-
lud, quod paucis ante inchoatam synodum diebus sub-
latus è vivis Serranus, ab ipsa quidem pene pueritia in hac schola
ut etiam Lausannensi educatus, & multis egregijs donis instructus,
sed maximas profecto turbas in Ecclesia, sub conciliandae suas cum tene-
bris, oblata imperitis hominibus specie, daturus, idque tanta cum fidu-
cia, ut & ex nostris nonnullos in aliquam talis concordiae spem induce-
ret, & adversarij Gallicas iam Ecclesias, si non omnes, saltem plerasque
ad se transituras confiderent. Hinc factum, ut quoniam ille tam re-
pente, & tam nobis opportune, idque una cum uxore, uno & eodem die
nulla cum morbi ullius contagiosi suspicione mortuus est, illos non
pudeat spargere, fuisse à nostris illum veneno sublatum, eadem illa
conscientia nimirum, qua non ita pridem tam foeda mendacia de hac
Ecclesia, & de me quoque specialim per universam Europam scriptis etiam
editis

editis sparserant: Sed benedictus sit Dominus Deus noster, fecitque ut quam illi sunt in mentiendo desperate obstinati, tam nos simus in asserenda veritate non constantes. Caeterum una cum hisce literis Eucharisticis perlata sunt quoque ad nos acta illius Synodi, sed gallice & satis prolixe descripta, nec fere aliud quidque continentia quam communis in doctrina & Ecclesia consensionis professionem, & peculiaria quaedam in nonnullis Ecclesijs oborta, non magni neque momenti, quae tamen si ita volueritis, describenda & ad vos transmittenda curabimus. Ad res autem nostras quod attinet, vicinus nihil quicquam adhuc, post istius pacis publicationem mutavit, imo per eosdem suos latrunculos pergit huius territorij rusticos misere vexare. Nos semper, ut spero, rectam conscientiam servabimus, sub eius praesidio, qui superius residet. In Gallia magis ac magis audimus omnium animos in maximam alicuius tranquillitatis spem erectos: quae expectatio utinam neque nos neque illos fallat. Bene valete in Domino Reverendi viri & summe observandi fratres. Dominus ille & Servator noster, vos in opere Sancto suo magis ac magis confirmet. Genevae Calendis Jul. CIↃ IↃ XCVIII

Vester totus Theodorus Beza, totius collegij pastorum ac doctorum Ecclesiae Genevensis, nomine ac mandato.

Ornatissimo Viro, Dn̄o Wenceslao a Zedlitz, Illustris-
simi D[omi]n[i] Lignicensis à Consilijs: Domino plu-
rimum honorando

S[alutem]. Cùm tuo singulari, Ornatissime Vir, in D. Carolum Liberum huius
Reipublicæ legatum, in ipso tum humaniter excipiendo, & modis omnibus
adiuuando propensione, ita totam hanc quoq[ue] Ecclesiam & Scholam tibi obstrinxerit,
ut, nisi, quam nullo sane modo referre possimus, gratiam habeamus, nos
omnium hominum maxime ingrati merito censeamur. Quod igitur unum
in nobis situm est, hoc tibi gratis animis offerimus, quamuis videlicet ob-
scuræ potius à nostræ sortis hominibus professæ, & perpetuam huius tuæ
in nos humanitatis, quamdiu quidem spirabimus, recordationem: Deum
optimum max. vicissim precati, Ornatissime Domine, ut te tuamq[ue] sanctam
familiam, quamplurimis suis donis, magis ac magis auctam quam diu-
tissime & q[uam] felicissime, domi & foris saluum & incolumem præstet.

Geneuæ. 30a Augusti 1593

Dignitatis tuæ addictissimus Theodorus Beza.
suo & totius Geneuensium pastorum ac doctorum
collegij nomine, 75 annum agens, vacillante
sicuti vides manu: Cæterum tamen Dei beneficio
satis pro ætate valens.

593

Fide chri serius, D. A. S. verbi dei in aula Heid. ministro, fratri & symmystae obs.

Ad M. Abrahamum Scultetum, Theologum in aula Electoris Palatini.

S. Duplici me simul beneficio, & maximo quidem utroq. affecisti, Vir eximie, & summe observande frater, uno quod me non indignum esse existimasti, cui propius innotesceres: altero quod huius nostrae coniunctionis tam felix initium esse voluisti, misso ad me tam pretioso munere, sive ipsius argumentum & materiem spectemus, sive quam in ipsius usu explicando diligentiam adhibuisti. Est enim profecto nobis, ut tu recte iudicas, hoc praesertim tempore, tum ad totius Ecclesiasticae historiae cognitionem, tum ad speciosas illas adversariorum autoritate vetustatis abutentium obiectiones refellendas permecessaria sanctorum & eruditorum patrum lectio, si quis modo minime imparatus ad eorum lectionem accedat, & in iis tum discernendis scriptis, tum legendis iudicium, quanto hic opus est, adhibeatur. In hoc autem utroq. magnum operae precium mihi videris praestitisse, proposita aetatis qua quisq. illorum vixerit observatione, & addita librorum singulorum analysi: in quo labore si te constanter Dominus uti permiserit potes, quo longius progrediaris, eo plura tibi hoc nomine debebit universus omnium aetas

vera pietatis studiosorum cetus. Caeterum fuit & hoc mihi pergratum, quod
M. Melchiorem Mollerum, non iam tuum unius, sed nostrum mihi commune(m),
datum esse voluisti: quo(m) abest ut patiar ullum in me officium desidera-
ri. Ad res nostras quod attinet, utinam possem laetiora nunciare. Prin-
ceps ille majorum suorum similis, nec aliter huic Reipub. totus immi-
nens quam Athenis olim Philippus, nuper Alpes transgressus, duarum vici-
narum nobis praefecturarum ipsi a Bernensibus restitutarum Ecclesias
omnes, contra pacta & conventa, rursus ad Antichristum traduxit: aliis prae-
sentis principis metu territis, aliis animum repugnantem dissimulantibus.
plerisque de nulla re minus quam de nostra salute sua cogitantibus. Deum
plag. suo tristissimo, iustissima haec esse contemptum divini verbi sui ul-
ciscentis numinis indicia testificantibus: paucissimis denique, ac pene
nullis constanter perstantibus; quae res nobis illam ipsius passionis Domini
nobilissimam historiam, ipsis pene oculis intuendam subiicit, ex ipso
Dei, quod ad nomen attinet, populo, qui clementem Christum tam faus-
tis acclamationibus exceperat, quinto post die Pilatum ad eum crucifi-
gendum suis vociferationibus adigente, imo etiam paucissimis, et quidem

mulierculis

muliercula exceptis, pendenti quoque in ipsa cruce assistante. Ista vero tam
tristia, quum vix ac ne vix quidem possint absque gemitu audiri, satis
intelligis, quanto cum merore a nobis ex tam propinquo spectentur. Satis
autem est nos clementissimus ille Deus & servator noster, admirabili illa
sua benignitate complecti pergit, non modo suppeditata nobis copiosissima vin
demia quae procul dubio tristem caritatem moderabitur, sed etiam conta
gione, quae, quum penitus desijsse caepisset, repente paulo post apparere
coeperat, rursum sic repressa, ut nulla pene videri possit: tamen
hoste tam potente, & non aliter in nos quam ipsos maiores assueto, ad
nostras pene portas sedente, & in omnes tum Antichristo, tum Hispano
socero gratificandi, tum amplificandae suae ditionis occasiones intento, la-
boriosiore pene sollicitudine afflictamur, quam si aperto bello peteremur. Et
ad haec mala accedit & illud longe maximum, quod bellica tempestate
vicina tota regione devastata, publico exhausto aerario, locupletioribus
denique civibus propter intermissum commercium ad egestatem redactis,
eo denique civis maiorem quam nostri ipsorum rationem, fovendi communi bello
habuimus

habuimus, sic domi curandis rebus tuis occupato, ut parum admo-
dum de exsoluendo debito, nedum de referenda gratia laborare uidea-
tur, satis istic ipse eam nostri amantibus omnibus perspicis, nunquam nobis
magis necessariam extitisse omnium ὑμετέρων ἀδελφῶν opem,
id est assiduas & quidem ardentissimas ad eum unum preces, cuius so-
la manus potest tot tantisque simul urgentibus calamitatibus mederi,
et cuius praesidio praestat adhuc quantum potest, huius ciuitatis li-
bertas, Ecclesia & schola. Ad me uero priuatim quod attinet, si
corporis debilitatem excipias, quae me a publico ministerio abstinere
cogit, satis belle ualeo, priuatis studijs, quantum haec aetas & vale-
tudo patitur, vacans, & in hoc unum intentus, ne in ipso portu im-
pingam. Qua in re tu me, sat scio, precibus tuis adiuuare minime recu-
sabis, sicut vicissim opt. max. illum nostrum βραβευτὴν toto
pectore precor, ut vos istic omnes magis ac magis in opere sancto suo
laborantes confirmet, & tibi specialim domine obseruande frater, sicut
in Illustrissimi & vere christiani principis aula personam Nathanis
illius

illius serio agendam demandavit, sic quoque fortem illum & constantem eiusdem spiritum largiatur. Bene Vale. Geneva XXII octobris, veteri calculo Anno 98

Tuus totus

Theodorus Beza.

Magnanimo Viro Dn. Ioachimo à Berge: Maecenati elegantium ingeniorum: & stemmatum & sapientiae laude eminentissimo.

S. Vir Magnifice: siquidem & hoc sancti, beatae iam memoriae: senis Melanthonis dictum tibi probatur: Cuncta fere dei opera fiunt per media contraria: estne cur simulem propositum iuvandi ipsius Ecclesiam & in vita, & ubi ad dominum migraveris habitabim, minus? ... Bene autem viro magno in Christi regno, mirum videri possit, desplicere tua consilia mundo deditis Satrapis, qui terrena tantum sapiunt: nihil autem minus illo dignum quam dominicos placare muneribus! Nam & satius est iratos habere quam risum Sardonicum ipsis ciere, & auri sitim accendere, non restinguere, & supplicium fieri mundi filiis. Bona certe a deo sunt qui & illa ... & sancte agentibus providit est. Ideo & ...

rupiae illud tuum est in dispensatoris: Domini, ut promi condi diuitis erga
omnes a quibus inuocatur. Erit igitur tuae pietatis constanti pectore rem
gerere & cum Dauide dicere: Etenim quis sum ego, aut quis populus meus
ut obtineamus vim sponte offerendi huiusmodi? Nam ex te sunt omnia
& a manu tua accepta, reddimus tibi. Propositum tuum gratum est
bonis: ingratum est malis: Sacrificium laudis est coram Domino: Ama
igitur illud mutuans ab Dauide nobis exprimi in terris magnitudinis tui. Nam
hic cui superior est Deo, aut (vel interdum fit) Deo per spiritum illumi
nante, nunquam poterit cogitare ac pie facere? Cum placuerint opera hominis
Deo, conuertet etiam inimicorum corda ad pacem. Placet autem tuum illud in
stitutum Deo. Proderit autem, id quod tibi viro cordatissimo perfacile est,
inter medias cogitationes humanas cogitare & de vicibus earundem. Donec
mundus hic stabit, alternam suarum rationem Deus habere non desinet, sed
ita ut alias inducias, alias calamitates moderetur. Certum est autem res
nostras in aduersis manere bonas, in secundis terrena esse fluxa. Porro
cum experiare & constantissime videres alias uti alias abuti Caesarem &
Sancti sepulchrale sibi indulgent? Vel tua mentis perspicacia tibi pre
nunciat

nunciat, & quos tu vobis Ecclesiae destinasti dissimilitudes [illegible]. Jam si in ordinario hominum vnus gratias agat tibi, [illegible] Deo, anne tibi displicebit [illegible] Redemptoris [illegible]? Non arbitror. Hoc etiam cogitatis fieri posse, ut e numero eorum quorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], alter [illegible] Melanchton, [illegible] sapientiam sortiente. Sed Dominum Jesum oro, ut [illegible] Spiritus sui ita te fulciat, ut fide vincas non tantum Italicos [illegible], sed & mundum, & eius principem. Bene vive & vale Vir Deo & bonis hominibus chare. Basileae postridie Calend. Oct. 1590

T. M. reverenter observans

J. Grynaeus.

Magnifico & nobilissimo Viro Dno Henrico a Kreckwitz Illustris Glogoviensium Ducatus [illegible] Regio vigilantissimo, domino in Adelsdorf & Simsen &c domino mihi summe observando

S

Magnifice mi Domine, facile mihi fuit perspicere ex iis quae ex[illegible] tuo mandato, generosus filius tuus D. Christophorus me [illegible] est, pertinere te magis ac magis in illo tuo [illegible] sancto laborantes Ecclesias adiuvandi studio, in illis [illegible], si non [illegible], quod [illegible] sperare [illegible] desperata [illegible] intemperies, [illegible], tamen paulatim [illegible] [illegible], quibus magis ac magis

gis, proh dolor, agitantur. Macte igitur esto, mi Domine, isto tuo tam sancto
et tam multis necessario Zelo, neque te unquam patere ullis difficultatibus, ab istis
vere pijs et huic dignitati tuae convenientissimis cogitationibus abduci, quibus
etsi prospicio mox destituros qui se integros perdeant: facies tamen quod te de-
cet, et quod esse optimo max. illi unico Servatori nostro gratum, aliquando
apud ipsius tribunal experieris. Sed et illud rectissime facis quod in
his controversijs, quas subinde miris modis interpolatas hostis ille noster per sua
flabella magis ac magis accendit, ita cupis erudiri, ut liquido rem totam pernos-
cas, ne forte dum remedium huic malo adhibetur, illud ipsum vulnus ex-
ulceretur, de quo tamen sanando laboratur. Caeterum quid in his Ecclesijs
ut et alijs quamplurimis, etiam longissime dissitis, summo consensu doceatur, non aliun-
de melius quam ex ipsis earum Ecclesiarum inter se comparatis confessionibus intelligi
posse puto: Et ego quoque, sic ferente meae vocationis necessitate, sic studui
pro virili quam clarissime potui explicare, ut omni obscuritati imo etiam
verborum ambiguitati nullum, sciens prudens, locum reliquerim. Ista propterea
generosissimo filio tuo indicavi et studiose legenda et expendenda proposui,
cuiusmodi sunt speciatim, Tractatio de Coena Domini, primo opusculorum meorum
tomo

tomo comprehensa pag 211: deinde altera illa quaestionum & responsionum parte de Sacramentis in textu eorundem tomo pag 324: Epistola denique mea secunda Bonae Tilio, & quinta Clemenas [illegible] turbatori inscripta, de quibus non dubito, quin ex ipsius filij tui literis plenius, quid ipse allegandum existimaverit, cognoscas. Quod si quid praeterea tibi in mentem venerit, de quo me per contendum putes, praesto id quoque [illegible], pro mihi concesso spiritus veritatis modulo, cuius cognitionem Deus ipse testis est, sincero studio me semper quaesivisse. Ad generos. autem ipsum filium tuum quod attinet, sic quoad omnino factum. Illum confido, in ea qua coepit pietate, modestia, & omni morum honestate perrexerit, unaque te spe illius apud nos peregrinationis ponitebit: nec dicerit etiam hic nobis te pro hoc [illegible] & Schola gratias agat, quod eum & praesentia tua honestare fuerit ille tibi [illegible] dignatus, & praeclaris etiam honestissimae vitae exemplis ornare, quae etiam [illegible] eiusdem gentis apud nos studiosi imitentur. Ad res denique nostras quod attinet, mediocris nostrae hic est status, quod durantibus nostris indicijs secundum Deum accepimus [illegible]. Sed rerum Gallicarum [illegible] adhuc status, a quo tamen [illegible], secundum Deum, dependemus, & adhuc [illegible] principes, non in quaerenda pace

sed

sed ad vim & arma comparatus animus nondum pateat, ut certam aliquam &
firmam quietem sperare possimus, nisi forte minime fallit & animi sui
sententia bellum istud, & inexpiabile illud, tum ipsius Hispani, tum uxoris inter
vitus illum vicinum nostrum melius consilium capere & sibi etiam ipsi prudentius
cavere, ipsa necessitas cum sit inimicissimum coget. Ad me vero privatim quod at-
tinet, adhuc iisdem, etsi per Dei gratiam cum nullo gravi dolore coniunctis, se-
nectutis gradatim ingravescentis incommodis, eoque tamen premor indies reliquum
vitae, ut me domi contineam, & a gravioribus etiam studiis abstinere cogar, ideoque
vero magis & magis intentus, ac in portu impingam. Tu vero Magnifice Do-
mine, perge me quaeso, quantumvis immerentem ea qua coepisti benevolen-
tia prosequi, & ardentius illis tuis precibus iuvare: Sicut vicissim tibi polliceor
Magnifice & Generosissime mi Domine, Deum opt. max. precor, ut te Cale-
[illegible] sua istic nobilitatum, una cum tua tota Sancta domo omni benedictio-
num suarum [illegible] genere cumulet, & in iis quae vos istic a Rege
immanissimo [illegible] contra [illegible], & similis tuis consiliis conventus fame
magis ac magis proficerent. Genevae XXIV Novemb. veteri calculo clɔ lɔ xcvij.

Amplitudini Tuae addictissimus
Theodorus Beza

Ad Doctorem Roslerum Medicum Reipubl. Frankstainensis

S. libellum & sententiam meam περὶ συμβόλων δειπνικῶν, καὶ μάλιστα περὶ κλάσεως τοῦ ἄρτου tibi probari gaudeo. Est enim ingenuorum ac piorum, veris sententijs cognitis, licet a nostro sensu aut verbis discrepantibus acquiescere: Quod si ἐργολάβοι vestri, αὐτοκατάκριτοι plerique, nunc facerent, minus turbarum Ecclesia haberet. Nec dubito pias mentes graviter sauciari & cruciari, cum κατάκρισιν nostrae doctrinae quotidie aures circumsonant, nec spes ulla emendationis appareat. Quod si effundantur etiam manifestae blasphemiae in Deum & fidem Christianam: nihil certe solatij pijs obtrudi potest praeter illud quod dicitur: Exite ex ea, popule mi, ne participes sitis peccatorum eius, & ex plagis eius accipiatis. Si exire non liceat, consulatur conscientiae per ingenuam confessionem, cuique loco competentem, & tunc succurrat illud: Beati qui sitiunt & esuriunt iustitiam, quia saturabuntur. Poterat hoc ad quaestionem tuam de propositione sufficere, An orthodoxus possit illorum nomine & salva persona & conscientia accedere ad Coenam Domini in ijs locis in quibus, non secundum Chrj institutionem

nem, quae fractionem omnino requirit, panis dispensatur, nec de Sacramen-
to hoc, neq. de aliis articulis controversis pure docetur: sed respondebo di-
lucidius, breviter tamen. Trimembris est quaestio de communi-
catione licita: I cum Ecclesia orthodoxa, sed ritum fractionis non habente,
quales sunt Ecclesiae in Hassia Mauritianae, & quaedam viciniae, Item
Bernenses, Basilienses & similes. II Cum Ecclesia, praeter omissionem
fractionis etiam oralem manducationem defendente, sed absq. monstroso
dogmate ubiquitatis, cuius modi nunc esse arbitror Lutheranos multos, qui
vocant, etiam in Silesia; nescio an & vestra. III cum Ecclesia ubiqui-
taria tuente manifestos errores contra articulos fidei. De his con-
formis hactenus fuit nostrorum Theologorum sententia. Primum:
Ab Ecclesia orthodoxa propter defectum fractionis non esse faciendam se-
cessionem, cum doctrina fundamenti & ipsius Sacramenti pura est, etsi nae-
vus sit in ritu. Haeret enim naevus is non in essentia Sacramenti; sed
in integrali parte Ceremoniae, quia serendum κατὰ τάξιν oportebat quidem
adesse; Culpam vero defectus praestabit non qui communicat &
defectum agnoscit ac patienter tolerat, sed qui dispensat, si possit corrigere
nec faciat, vel Magistratus, si ministros impediat. Sic igitur frangi
debet

debet pariter, ut frangatur caritas & unio Ecclesiae recte sentientis. Ad secundam respondetur, Orthodoxum cum Ecclesia interspersa corporalem praesentiam in pane defendente, bona conscientia communicare non posse, dissimulata sua confessione: quia facit se suspectum approbationis falsae doctrinae & idololatriae, contra praeceptum fugite idola. Ore fit confessio ad salutem: Qui me confessus fuerit etc. Dat ergo scandalum infirmis, & Deo honorem debitum non tribuit. Malum enim nec facere nec simulare licet. Posse tamen concedimus his conditionibus, primum: si ministerium purius ibi aut in vicinia non habeat, aut invitus ab eo arceatur. deinde: si communio cum errantibus non habeatur aut exigatur tamquam symbolum approbationis falsae & improbationis verae doctrinae. tertio: si ante communionem ingenue edat confessionem apud ministros suae sententiae sine ambiguitate, & ex ipsis cognoscat, an in hac confessione vera persistentem velint & possint bona sua conscientia admittere, atque hunc eius petitioni ipsi assentiantur. quarto: si eandem confessionem veritatis etiam alias suo loco non defugiat, nec dissimulet, praesertim postulatus. Quod si ministri sic facientem recusent admittere,

potius abstineat, patienter ferens iniuriam cum superstitiosorum et errorum societate laedat conscientiam, aut sine profectu se et alios turbet, et succurrat illud Christi: Beati qui esuriunt: et Augustini: Crede et manducasti. Culpa non quod careat communione non est ipsius sed ministrorum iniuste ipsum excludentium: Et Sacramenta sunt homini Christiano necessaria tamquam signorum, quando videlicet secundum institutionem divinam uti illis datur aut permittitur; non autem sicut ipsae res signatae, sine quibus salus non consistit. Non enim privatio sed contemptus sacramenti damnat: Reg. scandali, si quod ex abstinentia a sacramento apud infirmos et non ignorantes nascitur, culpa in ipso erit, sed in ministris. Si autem a ministris sic faciens admittatur, accedat nihil dubitans: quia et fundamentum salutis in tali Ecclesia retinetur, idemque Christus docetur qui in nostris: etiamsi aliqui defectus et naevi in ea haereant, quorum culpa non communicanti, sed dispensanti et defendenti naevos imputatur. quia item autoritas et usus sacramentorum sicut totius ministerii non ex personis ministrorum.

rum pudet, neque illorum errores aut peccata possunt recte utentibus insti-
tutione divina obesse aut praeiudicare: quia denique error de orali man-
ducatione per se nec laedit fundamentum, nec est proprie de articulo fi-
dei, sed talis de quo ex articulis fidei fieri debet iudicium: e contrario
vero spiritualis articulus est fidei. Hanc simplices Lutherani non ne-
gant, sed ei opinionem oralis eius, quasi vesti novae panniculum vete-
rem impexum assuunt. Neque polluitur recte sentiens cum utitur mi-
nisterio errantium, & ceremonias etiam humanas servat, si modo erro-
res diserte & constanter improbet, neque verbis vel factis aliquid per se
impium & verbo dei repugnans committat, & humanas traditiones se non
habere pro cultu profiteatur. Sic enim & prophetae & alij sancti
in veteri testamento, & Christus ipse & Apostoli utebantur ministerio
sacerdotum, qui multis modis corrumpebant doctrinam & cultum Dei:
sed interea nihil ipsi faciebant per se impium aut prohibitum a Deo:
errores autem Pharisaeorum & Sadducaeorum aperte & acriter taxabant, tanquam
veritatis doctores. Hoc olim fuit consilium Dni Vestri, praeceptoris mei,

cuj

cui hactenus & Ego subscripsi. Si quis tamen putet istis suam con-
scientiam nondum liberari omni scrupulo: is rectius fecerit si absti-
neat, quam si dubitante conscientia accedat. Quicquid enim non fit
ex fide, peccatum. Ad tertiam demum respondetur:

Cum Ubiquitarij & fundamentum fidei aperte laedant, omnes fidei ar-
ticulos de Christi persona, passione, morte, resurrectione, sessione ad dexte-
ram Dei, reditu ad iudicium horribiliter depravantes ac transfor-
mantes in Capernaiticam, & veram doctrinam furenter insectentur
ac blasphement, nec orthodoxos vera Ecclesiae membra esse ulla ratione
agnoscant, & quantum in ipsis est conciliationem omnem impediant,
& Ecclesiam schismate horrendo lacerent: orthodoxos igitur horum coe-
nam nunquam bona conscientia accedere aut expetere nec posse nec de-
bere magis quam pontificiorum Missam, quâ non dissimiliter arti-
culi fidei de Christi officio ac merito depravantur, imo abnegan-
tur, proinde & fundamentum laeditur. Hoc enim laeso aut
everso, iam non super Christum sed super arenam aedificatur, proinde

corruit

corruit, & conscientias curabit, sive aurum sive argentum videatur. Sed nolo hic esse prolixior: Tu jam vide cum quibus vivas: & consci entiam excute quid ferre possit, ne vel domum tentes, vel tibi laqueum nectas, aut aliis scandalum praebeas &c. David Pareus.

Ad Wenceslaum Otther: Consu lem Reip. Swidnicensis.

S. Amicus noster Winklerus obdormivit in Domino, ut ex funebri concione cognosces, sepultus apud nos honorifice: Et me Dominus nuper lethali morbo ex nidore musaei recens incrustati contracto ad portas mortis deduxerat: sed reduxit clementer. Ad scrupulum, qui te premit, vix habeo quod ad eximendum respondeam: An jusiurandum praestare liceat digitis crucifixo impositis, quaeris? "Agnoscis enim in conscientia non magis hoc licere quam prostratum adorare idolum crucifixi: quandoquidem jusiurandum cum suo ritu est sanctissima quaedam adorandi species. Sed hoc potius quaerere videris, quid tibi inter conscientiae & conditionis periculum consilio faciendum judicem."

"Imo, non hoc quaeris:"

Et ego

Et ego constringor brevi spacio, intra quod extremus nundinarum Au-
riga hinc discedit, ut si maxime habeam expeditam viam, eam
explicare tibi subito jam nequeam. Hoc solum nunc habeo: Con-
scientiae primam & summam tibi habendam rationem. Nam hac laesa
fides laeditur: fluctuante iis iurandum peccatum est, iuxta id, quod
etiam a Desa mentionem facit. Quicquid non fit ex fide, peccatum est.
Si ergo immediatum tibi videtur vel conscientiae, vel fortunae peri-
culum: sane hoc potius quam illud iudicabis subeundum. Grave enim
est θεομαχεῖν. Sed agnosco & alterius partis gravamina. Ergo
neutrum tibi suadere putatur integrum. Utinam mediam inisset viam
queamus. Si ἀδιάφορον dixerit quis, crucifixo manus im-
ponere inter iurandum, reclamat Scriptura & conscientia tua: nec
ego diluere possum. Obstat enim prohibitio divina: Non adorabis
sculptile: puta nec ipsum, nec Deum in ipso. At vestra iuratio
est Christi in idolo invocatio, utcunque verbis id non exprimatis:
Nam symbola, verbum & ritus consentire oportet. Ut ergo
iurantes

iurantes digitis sursum levatis hoc volunt, iuvet me deus, qui sursum est in caelo &c: ita iurantes digitis crucifixo impositis, hoc volunt: iuvet me Dominus qui est in hoc crucifixo, vel per hoc repraesentatur: quae ido-lolatriae species à Pontificio idolorum cultu nescio an differat. Et novi ἀδιάφορα saepe fieri peccata: sed peccata suo genere fieri ἀδιά-φορα non novi. Utinam invenirem hic exitum tutum, quem tibi monstrarem. Monanius scribit suasisse se tibi ut habeas rationem conscientiae, & simul consideres quid ad aedificationem, non ad destructionem faciat. Consilium bonum est: sed ratio utriusque hic simul praestandi difficilis. Si legisti aliquando Tertulliani librum de corona militis: intellexisti facile, quod christianus ille miles licet ἀδιάφορον esset gestare vel non gestare coronam in capite, tamen ne indirectum approbare ritum gentilium capitibus coronas in sacris gestantium, maluerit coronam manibus gestando se christianum prodi-dere, etiam cum capitis periculo, quam libertate sua cum scandalo abuti. Sed paucorum factor est haec fortitudo. quae licet à deo omnibus

praecipiatur

praecipiatur: tamen etiam a paucis aliquando professa, non omni-
bus probatur, etiam fratribus: sicut nec militis factum ab omnibus
Christianis fuit approbatum: quod proinde laudandum & defenden-
dum suscepit Tertullianus. Ut maxime igitur adiaphorum
esset sic iurare: tamen propter approbationem idololatriae, cum qua
videtur coniunctum, Christiani militis exemplum abstinere suadet.
Et rursus tamen non minus infirmitati quam conscientiae tuae con-
sultum cuperem: maxime cum ex protestatione tua intelligam, te
pollicitum collegis ritui recepto non amplius contradicere. Ali-
quid forte erit, si inter iurandum digitos quidem crucifixo,
perinde ut ligno vel sceptro, vel mensae, vel libro (quem aliqui
adhibent) admoveas: mentem & oculos nullatenus admoveas:
sed sursum ad Deum dirigas. Sed manebit nihilominus apud
alios approbatae superstitionis species. Potius ergo da operam
antequam redeat iurandi tempus, ut, re cum theologis vestris commu-
nicata, ritus εἰδωλολατρείας corrigatur. Viam hanc
tibi

tibi monstro. Pastoris, ni fallor, vestri, Pelargi (cui tu forte
suspectus eris) filius D. Pelargus Francofurtensis professor ab ortho
doxa sententia non fertur alienus. Per hunc igitur animum patris tenta
re posses. Scripsi ad eum valetudinis tuae, vel etiam in thesi quaestione
proposita. Si per D. Monavium id agas, minus erit laboris aut
periculi. Haec cursim. De nostris rebus vix habeo quod scri
bam certum, cum videantur satis incerta, non tam ob vicini hostis
grassationes quam propter domestica mala. Servabit tamen Dominus Ecclesiam
suam in terris. Vale. Raptim. Heidelb. 6 April. 1599.

David Pareus.

X

Generosa & antiquae nobilitatis Viro, Domino
Wenceslao Morkowsky de Zastrisell, Do
mino in Boszkowitz & Letoricz, Marchionatus
Moraviae Senatori & S. C. M. Consiliario
domino summe observando.

Theodorus Beza Gratiam & pacem à Domino.

Dubitare me non patitur pietas illa singularis tua, Illustris & Gene
rose mi Domine, quin licet tibi minime debeat, quod te in communi

admonitus

adversus illum immanissimum hostem, periculo, publice & privatim dies et noctes exerceat, saepissime tamen de huius quoque civitatis Ecclesiae & scholae statu cogites. De istis igitur sic habeto. Genevam idem ille opt. max. Deus & suorum servator, qui tot iam annos sua unius tum potentia tum clementia, servavit, adhuc porro tuetur: triplex illud flagellum, belli videlicet, pestis & caritatis annonae admirabiliter plane moderatus. Nam & a contagione plerisque vicinia locis grassante, nos ne tentari quidem passus est: & continuatis cum hoste, quo tum potentissimo tum inimicissimo undique circumvallamur, induciis, mediocrem nobis quietis speciem, bello quoque inter Gallum & illum nobis vicinum principem non procul a nobis accenso, & quotidie magis ac magis fervente, ad hunc usque diem concessit: annonae denique penuriam sic temperavit, ut ipse quoque hostis habeat quod nobis invideat. Sed ut satis novit Dominus admotis etiam stimulis subinde expergefieri oportere, nobis profecto nec antea defuerunt πολλὰ τοῖς ἐσθλοῖς ut ait ille vates, χυδαῖα μεμιγμένα: neque nunc desunt multo asperiora quae nobis imminere videantur. Ut n. omittam illam

quam

quam & millies iam antea, & recenter quoque experti sumus fluxam Vicini fidem, quae facit ut in ipsis induciis vigilantia operosiore (laboriosiore) pene quam aperto bello sit nobis opus, iam inde ab initio belli civilis, quo tam repente & contra ius omne appetiti sumus, ut nisi insperatum nobis auxilium aliunde supervenisset, opprimi nos prope fuerit necesse, non aerarium modo, sed etiam quicquid desumi ex publico & a privatis plerisque potuit, plane fuit, partim nobis ipsis tuendis, partim eius vicissim rebus adiuvandis expositum, a quo tam opportune tantum acceperamus beneficium, & retinendam eiusdem benevolentiam, cuius praecipue metu Vicini illius nostri odium & saevitia coercentur. Itaque satis intelligi potest, crescentibus una cum bello, bellicis sumptibus, in quas extemporaneo difficultates haec per se tam tenuis Respublica inciderit, non tantum istis sumptibus exhausta, verum etiam (quod huius mali caput est, satis quidem prospecti, sed quod vitari tamen nullo modo potuit) exteris etiam non paucis creditoribus, & quidem praepotentibus obstricta. Ad haec accedit & illud summum incommodum, quod Rex illi temporis quidem

quidem illius sumptus, sicut conuenerat, sibi, & quidem merito, imputauit,
quorum si bonam saltem partem nobis Dx promissa persoluisset, non deesset
quo creditoribus plerisque, quod iustissime sibi debetur reposcentibus, aliqua-
tenus saltem satisfieret: Sed in isto perpetuo Gallicarum rerum tam tur-
bulento statu mirandum non est, illi, non sane, ut arbitror, optimam &
suo tandem ut sperare audemus, tempore reipsa prestandam voluntatem
sed facultatem adhuc defuisse. Nos interim opt. max. Dei toties
experta bonitati, ac etiam iustissimae & pressae necessariae nostrae defen-
sionis causa illustrissimis comitiis freti, & stetimus adhuc, & deinceps, ut sperare
nos ipse iubet, in omni quam tandem dabit exitum interdi prestabimus.
Hac autem in re nos illud quoque confirmat, quod tam feliciter & citra
sanguinis effusionem dedita nunc ultro in Regis fidem Armorica
quam vocant Britannia, quae unica provincia adhuc pacanda resta-
bat, non temere speramus futurum ut Gallici regni tranquillitas, si
Dominus illam bonorum tandem precibus concesserit, tum subditos
ipsos suo Regi bene reddat sicuti par est obsequentes, tum foris com-
munem illum hostem, quantumuis inexpleta ambitione furentem, ad

saniora

sanioro consilia vel inutilissimum pertrahat. Habes Generosissime Domine plenam nostri publici status narrationem, quae te inter ceteros sat scio, magis ac magis ad preces pro nobis concipiendas accendat. Ad me vero privatim quod attinet, facit quotidie ingravescentis aetatis imbecillitas, licet a saevis illis omnibus morbis qui senectutem fere comitantur, adhuc plane immunis, ut in publicum rarius prodeam, in hoc unum pene intentus, ut in ipso portu minime impingam. In hoc autem statu me totum sicuti par est versantem, quaedam de mea quoque Bibliotheca subijt cogitatio, haeredibus quos in patria habeo, nulli usui futura & quam tamen hic me defuncto in varias partes distrahi minime velim: qua de re ergo ut ex ipso D. Paludio cognoscere poteris, quid inter nos, adhibito etiam Dno Sigismundo sit actum & quod illi tam fere tibi non ingratum considerat, ut illam etiam iam nunc istuc transportandam censuerint, paucis quibusdam mihi servatis libris, qui in hac aetate mihi ad reliquum huius mei curriculi spatium conficiendum sufficiant, & qui bona fide tunc, aut etiam citius reliquos subsequentur. Est autem res omnis tu tuo, mi Generosissime Domine, arbitrio posita: Hoc enim vel

unicum

Vnicum mihi satisfaciet, imo permagna me laetitia afficiet, si à me ad
tam illustris familiae dominium pervenient. Quod si non sane ut tra
ditionis pretium sed ut tuae benignitatis testimonium huc mittendum propte
rea censueris, missum illud omne velim, ut non mihi, non libris vel ag
natis, quos hic nullos habeo, non meis qui in Gallia supersunt, & quibus
ultro patrimonium iam olim meum cessi, sed partim viduae meae caris
simae & benevolentissimae, partim pauperibus missum arbitraberis. Cae
terum quoniam cogitare te, & quidem merito, de Dn. Sigismundi patrue
lis tui continuanda in Galliam peregrinatione, & ipsi adi[illegible] nostro
monitore Dn. Paludio cognovi, quod etiam salius futurum existimo, qui
si in Italiam proficiscerentur, non dubito quin quibus in locis diutius
versari debeant, sapientissime constitues. Quolibet autem eos loco
manere volueris, absit ut ea de re admonitus ullum illi in me,
summe alioqui ingratum futurum, officii genus in ipsorum apud ami
cos meos sive in ipsius Regis aula, sive alibi commendatione non in
utili fortasse futurum, merito requirerent. De hac autem ipsorum
peregrinatione bene sperare me iubet tum professus Gallico, [illegible] pro

partim

Sextum cum Ecclesiis ut audimus facta, pacatior quam antea fuerit status, tum ipsius Dn. Sigismundi docilitas & erga Monitorem observantia: tum inprimis Dn. Petiidij in opus discipuli sui tam studiis quam bonis moribus informandi, perpetuo intentus animus. Bene vale Illustris & Generosissime mi Dne. & nos prioribus tuis Deo opt. max. & vnico Servatori nostro magis ac magis commendare perge. sicut illum vicissim tibi pollere precari non desinimus et vos istic omnes invicto illo suo robore eluctari immanissimum illum Christiani nominis hostem vestris cervicibus imminentem quam potentissime brevi & conster- nare pergat. Geneuae. XXI Martij, veteri calculo: Aº vltimi temporis

cIɔ Iɔ XCVIII.

Generosissimo Domino Wenceslao Morkowski de Zastrisel, domino mihi summe obs.

S. Bibliothecam illam, mi Generosissime Domine, ad Vos iam pervenisse gaudeo, & quod tibi tuisque familiis grata sit, mihi gratulor. Sed praetermittere nolui aliud quoddam observantiae erga te meae genus de quo tamen etiam pro arbitrio tuo statues. Ante aliquot annos incidit in meas manus, non casu certe, sed divina providentia sic ferente thesaurus meo judicio non parvus, liber videlicet divina,

quum

quam Pentateuchum appellant, Constantinopoli, sumptibus Iudaicae Synagogae
quae illic est & Adrianopoli frequentissima, adiuncta interpretatione Ara
bica, Persica, graeca communi, & vetere Hispanica, omnia ante satis mul-
tos annos, in usum Iudaeorum per tot varias gentes dispersorum sicut inscriptio
testatur, edita. Hunc thesaurum, quem maximi facio, existimaui
vim magni fore usus nobis quoque Christianis, & vel propter novitatem
fore ut a permultis expetatur, neque adeo spissum erit opus, ut nimis
magnum sumptum haec editio requirat: imo tales Dn. Paludio nostro
monstraui rationes, ut sumptus facile ex distributione exemplariorum
recuperari queant. Quod si nobilissimae vestrae Castrisellianorum fami
liae placuerit huius editionis beneficio Christianum orbem afficere, id
est eruditos omnes, peregrinarum illarum linguarum magis ac magis
cognoscendarum desiderio accensos: Ecce vobis hunc quoque thesaurum
offero, & libens dono, ut ex mea nunc vestra Bibliotheca prodeat in
lucem: cuius exemplaria hic retinui, quid super illa re tibi videbitur
expectans, & si tibi placuerit, ut hoc ipso in loco excudatur omnem
operam tibi ex animo praestiturus ut quam emendatissimum hoc opus
edatur.

edatur. De quibus vero omnibus coram plenius te commonefaciet D. Paludius

Philisphius noster, cui consiliorum meorum rationem omnem, (de hoc videlicet opere),

& cui prae alijs, quod scio, libentius tale committes negotium, quiq. aliorum

quoque eruditorum consilium in hac tanta peregrinatione de hoc opere exp-

plorabit. Valde autem me afficit, quod ipse Dns Sigismundus has

res intelligit, ipse curare velit ea quae non tantum ad suae familiae splen-

dorem, verum etiam ad bonum publicum spectant, & ita bibliothecam suam

illustrare ac alijs notiorem reddere. Quod superest rogo, ut hoc

quicquid est, boni consulere, & quid de hac re tota consilij meis mihi

vel per literas vel per D. Paludium significare non graveris. Bene

Vale Generosissime Domine. Geneuae X Jul. veteri Calculo ClↃ IↃ XCVIII

Generositati tuae Amplitudini addictissimus

Theodorus Beza

Clarissimo, doctissimo optimo Viro, Domino

Joanni Calvino, Theologo, amico observando

Qui has tibi reddidit, Vir clarissime, Jacobi Alegij frater est: illius qui

superiori hyeme apud te istic fuit. Quanta sit autoritas Regis Navarrae

in aula non satis nobis constat. Certe creditoribus Germanis nulla adhuc

in

parte est satisfactum. neque enim obitus adhuc datus est, neque responsum est, neque de summa pecuniae, neque de pecuniae huius ullo fructu. Hic si quid potes: ergo fac aliquid, quod laetari possit.

Nos hic dum arbitri esse volumus, & componere litem inter Theologos nostros & D. Zanchium: parum gratiae a theologis reportamus: imo pro inimicis habemur. Opinor te vidisse praefationem meam ante scripta quaedam Buceri Eucharistica: in qua quia honorificentius de te & Oecolampadio & Zwinglio & Martyre loquor, quam ipsi velint: effecerunt ut eam edi magistratus vetaret. Sed sum etiam in nostros Genenses ὑπερλουθεριζόντας non solum τραχὺς, verum etiam ὀλέθριος. Effeci tamen ut his diebus Magistratus illis edixerit, ut ne quem posthac in concionibus condemnent, doceant non insectentur: & desinant σουζομινίζειν. deinde ut conventum nullum habeant absque professoribus literarum: totus enim ille constabat ex Creaturis Marbachianis, et ipso Zanchio, ita ut concionator Gallicus καλλὸς minime πρόσωπον non intelligeret tamen λεε-ναρίζοντας: quae ipsorum est elegantia βαρβαρίζειν τῇ γλώττῃ.

Sed ecce dum ego pro doctrina pura certo & laboro pro peregrinis: malam

accipio

563

accipio gratiam ab Otomanno nostro: qui nos putat Euttelos esse, & totam Galliam tamquam arbustulum non arbitratur duos posse alere: cum tamen me jamdudum tedeat harum rerum: neque suscipiam mihi in causis aut publicis aut amicorum. Sed calumniae mihi molestae sunt: apud principes. Sed de his alias. & Bellum istud me non posuisse: quia totum per occupationes non possum ponere. Vale, Vir clarissime. Argent. 29 May 1591

Sturmius.

Maximo Theologo; literatissimo homini: optimo Viro: Domino Theodoro Bezae.

Quod scire cupis de dissidio quod inter me & hos consiliarios Viros & Theologos est, paucis accipe. Scis provocasse me a iudicio, & spoliatione Rectoratus ad Cameram Imperialem: ubi congressus sum de magnis & insignibus iniurijs, quae positae sunt in libello meo accusatorio. Adversarij postularunt tempus unius anni ad respondendum quaerelis meis: statim de principio. Impetraverunt deinde alterum annum. annos duos occupati fuerunt in meis refutandis, & refutanda Nullitate, ut vocant. Commissa fuit deliberatio tribus consiliaritribus de hac re, quomodo mihi resistendum esset. Magna conspiratio

facta est

facta est. Contulerunt hi tres consulares consilia cum Theologis. Illorum patronus fuit Doctor Ludowicus Gremppius, meus scilicet vetus & antiquus amicus: qui ducentos et septuaginta duos adversus me attulit articulos. Huic advenit sicuti triarius Pappus quinquaginta tribus. Caeteri quoque Theologi centum & tribus articulis. Gremppij articulis respondi: nullum omittens. Ad omnes etiam Pappi articulos respondi, nullo praeterito. Theologorum articuli huiusmodi sunt: ut partim ad me non pertineant: sed ad ipsos Scholarchas & Conventum Academicum. Qui ad me spectant eiusmodi sunt ut sint refutati in Gremppianis & Pappianis articulis. Vis autem scire, quibus Ego de criminibus accuser? Primum est perjurium, quod violarim pacem constitutam in dissidio, quod fuit inter Marbachium & D. Zanchium. quam tamen pacem ipsi profregerunt. Alterum crimen est blasphemiae, qui sanctissimam illorum doctrinam de persona Christi hoc est de Ubiquitate, cognominarim Dianam Ephesinam mammatam. Tertium est seditionis: quod populum conatus sim concitare contra Theologos & pastores. Et in hoc crimine conciones suas seditiosas vocant necessarias defensiones ministerij.

Si interrogas quid igitur reliquum sit? Ego posteaquam inaudivi istos articulos relatos & exhibitos fuisse in iudicio camere, iniussu Senatus: re ad Senatum non relata: Scripsi supplicationem ad Senatum: cupiens scire, an haec sit voluntas Senatus: & an Senatus velit subscribere istis articulis Grempianis? Ad hanc supplicationem mihi nondum responsum est tot iam praeteritis mensibus: & sentio Senatui non liquere: & spero eum non subscripturum. Scripsi etiam alteram supplicationem ad iudicium camere, postulans commissarios: qui testimonia audiant Senatorum qui aut omnibus actionibus aut plerisque omnibus interfuerunt. Nam cum antea prius Ego condemnatus sum & spoliatus rectoratu: quamque sciverem causam meam agi: quoniam indicta causa: non citatus: non auditus ut oportebat spoliatus sum: & quoniam exclusus fui e toto Senatu: & res ita secreto peracta est: ut nullum idoneum testem habere queam: necessariam habeo senatoria testimonia postulare. Illud ubi resciverunt me postulare: supplicationem scripserunt ad Cameram: deprecantes ut ne Commissarij decernantur: esse enim rem novam & inauditam. Sed haec ipsa supplicatio & deprecatio nondum exhibita est Spirae. Ubi exhibebitur: mittetur ad me exemplum: quod quotidie expecto.

Praeterea compulsoriales: quas impetravi a Camera: & compuli eos. ut quicquid vel Actorum esset vel scriptorum quod ad me perti-neret: quicquid etiam in Academia de me actum esset: id omne transmitterent. id quod factum est. Habes rem totam. Eventum non vereor malum: sed sum animo forti. Somnum mihi haec contentio unius horae nunquam impedivit. Sed respondi certe prolixe & plene: singulis eorum articulis meam refutationem subijciens: quo res evidentius aperiretur ad veritatem cognoscendam. Istud scriptum mitterem tibi profecto magnum: si describi posset paucis hebdomadibus. Sed haec ad te summatim. Vale vir clarissime Herbertei. 21 Augusti

Ioannes Sturmius
Rector

EIDEM.

Quaeris quo in loco causa mea sit? mediocri sane, ut ego confido. Mihi de stipendijs meis nihil imminutum est: & usque in hunc diem omnia mihi sunt soluta. Provocavi a decreto quod factum est de meo Rectoratu ad iudicium Camerae Imperij: & ibi causa mea cognoscenda admissa & suscepta est. Ita vero huc usque egi ut Senatus intelligat me

verbo quidem

5-67

Verbo quidem cum Senatu contendere: reuera autem cum tribus inimicis meis, consularibus apud nos hominibus, Iacobo Molshemio: Michaele Lichtestegero & Abrahamo Heldio: & aduersus Molshemium actionem iniuriarum institueram: sed in hac actione demortuus est. & post prouocationem meam & eam in iudicio admissam statim aduersam valetudinem habuit qua paucis mensibus est consumptus: & ei praeuenerunt ut si uixisset diutius, non habiturus erat locum dicendi sententiam, quoties de meis rebus meaque causa esset futura deliberatio. Et ante sex menses etiam Lichtesteigerum in ius vocaui de iniurijs: & hic usque moras traxit, ut uix tandem ipsum ad contestationem litis pertraxerim: & obtinui decretum quo remouetur a deliberationibus, quoties de me deinceps agetur. Quantum ad causam ipsam attinet Camerae: toto biennio non potui obtinere Responsiales ad meum libellum gravaminum. usque adeo callidi sunt in differenda causa, & nunc tamen contestatum responsum habent: & Senatu iussu, miserunt Spiram ad Aduocatum: veriti ne non Senatus sit probaturus illorum exceptiones. Videtur tamen res inclinata esse ad compositionem. & melior pars Senatus censet transigendum esse & me restituendum. Et in hanc partem inclinant Dux Casimirus, & dux Joannes

Joannes Bipontinus: Comites Palatinj. Ego autem componi non patiar
nisi in integrum restituar: & conabor illa tria obtinere: ut molesti esse de-
sinant adversarij mei: de gratia de mendicatione orali: & de mendicatio-
ne in perpetuum: & de virginitate corporis Christi. Habes summam totius
negotij. Nisi bene restituar, spero advocatos meos, quos habeo optimos
Spirae: bene probaturos & demonstraturos ὑστερίαν idest Nullitatem
tam, ut vocant, decreti Senatorij. Dictum esto satis. Si quid ob-
scurum erit aut mutilum tu tuo acuto ingenio & prudenti iudicio facile
poteris perspicere quid sit, & quid agendum sit. Vale Vir claris-
sime & sanctissime. Northemij 30 Iunij Anno 83. P.S. Tu scribis
mi Carissime Beza: mortuos esse quibus succurrerim: qui iam vivunt
res alias agere. At non est mortua obligatio quam habeo: & adstrictos
teneo horum heredes: Regem Navarrae, Principem Condaeum: heredes Ami-
ralij & Domini Andelotij: quos oportet monere. Tu enim nosti quod
ysterum sit hac in re & in his aerumnis meis effatum. Rursum vale
Vir summe cl. & Xophilestime

Joan. Sturmius
Rector mea manu s.

EIDEM

Metrio ne sero epistola tua mihi reddita sit. fuit enim mihi XIIII Apr. reddita, quam tu Cal. Apr. scripsisti. Certe mihi gratissima fuit, & adhuc est. Semel enim & iterum & tertio, & amplius relegi. Habeo gratiam de tua in me cura & studio. Mitto literas Dñis Curatoribus ad Synodum de mea ca- ... officiam ut Senatus suam commendationem addat: quam puto per amicos iam impetratam esse. Scribo ad Synodum prolixe: totam historiam complectens omnium temporum quæ ad hanc prævaricationem rationem pertinent: metuens pauces esse qui illorum temporum habeant memoriam. Prolixitas fastidiosa est: sed tamen est necessaria. Exemplum mitto tibi: ut si fortasse inde aliquid haurire possis quod tibi prosit ad commendandum & defendendum me: id inde excipias & in meliorem partem interpretatus ea ... ostendere possunt. De mea causa & de iudicio Spiritus in causa mea nihil scribo: ne videar rei pecuniariæ causa suscepisse causam & defensionem ... : id quod fecisse videri nolo. non enim feci. Impetus meorum adversariorum inclinatus est, ut scribo: ad compositionem & restitutionem mei. Sed ego nihil transigere potero, nisi deserant mendicationem illam crassam oratam: & mendicationem sempiternam.

al-

atque etiam ubiquitatem corporis Christi vel in scriptis palam vel priva-
tim in scholis serio defendere. Haec tria si obtinerem: putarem me satis
multa obtinere. Si tamen quid praeterea me facere velis: fac ut in tempo-
re sciam. Sed scias me omnem opinionum velle fugere pertinaciam: etiam
pervicaciam. Utut enim est resp. noster status: tamen verecundia &
modestia valde melioris parti placere, hoc est potiori. Et hi etiam ipsi
qui numerum suffragiorum augent & minus sunt literati: humani-
tatem & mansuetudinem laudant. Clevantij & Balbanorum
quorum mentionem facio: nihil enim scio quid egerint, aut quid ac-
ceperint. Nihil enim mihi vel scribunt, vel nunciant. Non tamen me vis suo
aliquid suspicari vel metuere: magis illos sua quam mea quaesivisse & quaerere.
Ignoscat mihi deus si falso suspicor. Velim autem me falso suspicari. Itaque
ego istud in tuum sinum tibi soli effundo. Posteaquam hoc scripsi, venit
mihi in mentem, brevem epistolam scribere ad Synodum: ut quibus otium est, &
velint causam cognoscere, habeant prolixius scriptum, ex quo aliquid intel-
ligant: quibus vero non vacat, aut qui prolixitatem non amant, ex hac
epistola intelligant, quid velim, & quid requiram. Si pecco in alterutro

horum scriptorum

Scriptorum: quod si id corrige tua autoritate & tua interpretatione: qui causam melius nosti quam omnes. Et a quo puto melius naturam meam & consuetudinem intelligi quam a ceteris omnibus. Vale Vir clarissime & optime. Northemij 22 April.

Tuus tuus

Joan Sturmius
Rector

EIDEM

S. Nisi turpe esset adversarijs cedere, facile excitari possem ut etiam in Pireneos montes ad Danaeum nostrum confugerem. Sed tamen in his extra Pyrenaeis non debeo negligere existimationem suam, neque deserere causam bonam: propter calumnias & contemptum istius illiterati & impudentis & fuccati in Ecclesias Christi nebulonis. Sed ecce frater Aulae 12 Nob. mortuus. Dux Casimirus liber factus est propter Aulae Palatinae et alterarum factus. Causa etiam mea quotidie meliore loco esse incipit. Sed etiamsi restituar: non mihi iucundum erit versari inter ingratos & impudentes discipulos meos: Sed hoc hactenus. Scripsi ad regem Navarrae. Vides vir ornatissime hos fontes usuras & Gangrenam per universam urbem repentem. Cuius ne liberationem & prudentiam potius quam professionem & vel ad stultitiam simplicem cognominet!: Ego certe certe mihi, mi Beza, ceteris militibus Coronatorum comparari non possum: ut tolerem animos in ijs tam diu versari & volutari & cruciarij

ciari velim. :: Non mihi satis est tragelaphum istam politicorum meorum [illegible] sed
considerare etiam quas molestias, curas, sollicitudines, angores susceperim in
[illegible] annis :: Vale mi Dux [illegible] in Domino nostro Jesu Christo; Iterum vale
Vir optime, & prudentissime & literatissime. Northemij 6 Novemb. 83

Joan. Sturmius
Rector

Von Gottes gnaden Augustus Hertzog
zue Sachssen Churfurst

Wirdiger lieber Andechtiger und besonder, Uns ist euer Buchlein,
so Ihr newlich wider D. Nicolaum Selneccerum, mit eyner furgesetzten
praefation an uns in druck aussgehen lassen, sampt dem derwegen an
uns gethanen schreiben, zue handen kommen. Ob wir nuhn woll eyn
sonderlich gnedigst gemuth und guete neygung zue gelerten Leuthen tra-
gen, auch woll leyden mogen, das sie nutzliche bucher dargeschriben: So
haben wir doch ein sonderlich hohes wichtiges bedencken, uns in die
gefehrlichen disputationen, so etliche Jhar anhero von dem heyligen nachtmall
unseres herrn und heylandts Jesu Christi furgefallen, und noch taglich fur
stehen, und ohne auffhoren gehanndlet werden, einmengen, und ein ziehen
zue lassen. Dan noch deme die reyne, und dem wortt Gottes,

das

Des herrn Christi einsetzung, und der Augspurgischen Confession in Irem rechten verstandt gemesse lehre von solchem heyligen Nachtmall nun uber viertzig Jhar bey zeyt des Ehrwirdigen herrn Lutheri, und dersider in unsern Landen, Gott lob und danck gleichformig gehalten, unsere Universiteten, Schulen und kirchen auch derselben in einem rechten verstande und Confess mit eynander stehen, Darauff auch die Confession, deren sich unsere Theologen und Superattendenten unlengst alhier Christlich vereinigt, gerichtet ist, So seind wir vermittels Gottlicher hulff entschlossen darüber mit allem ernst und Christlichem eyfer zuhalten, und nicht zugestatten, das etwas Zwiedrigs eingeschoben, oder auch wir, und unsere Landen in einigen ungleich oder misverstand und Zwiedrigen verdacht bey andern derwegen gebracht und gezogen werden mügen. Begern und ersinnen demnach genediglich Ir wollet uns mit solchen Zuschreybn furthan verschonen, Inmassen wir d selbigen gleich stilschwen bezugeschriben und wolten nichts libers denn das allgemeyne Christendomt mit eynhelligem gedencken mochte untereynander ruhigk bleyben, und wir seindt euch mit genaden gewogen. Datum Dresden den xxij Maij Anno LXXij

Augustus Churfurst

Dem wirdigen unserm lieben andechtigen und besundern herrn Theodoro Beza, der heyligen schrifft doctorn und professorn zu Genff

574

287

Copie de la lettre de Madame La Sœur du Roy escritte de Nancy le 23 de juillet. 1599

Monsieur de Besze, Ayant trouvé la commodité de ce porteur, je ne l'ay pas voulu laisser passer sans vous mander de ma santé. qui est bonne, graces à Dieu. pour celle de la conscience, elle est tousiours semblable, faisant profession de la mesme Religion en laquelle j'ay esté nourrie des le berceau. Si ce n'est avec mesme liberté, que je faisois a Paris. pour le moins est-ce, avec resolution pareille d'y vivre & mourir, moyenant la grace de dieu. Au reste, je suis la plus contente & heureuse du monde, de vivre parmi ces princes qui m'honnorent extremement, quelque constance qu'ils voyent en moy de perseverer en la Religion. En quoy je vous prie m'assister de vos sainctes prieres; Et en asseurer les gens de bien. Comme de ma part je supplie le Createur, qu'il vous donne, Monsieur de Besze santé heureuse & longue vie

Catherine

(de Bourbon soeur de Henri 4)

VI Titulus operis: cuius mentio fit supra.

pag. ab hinc

Laus sit ei, cui quicquid est, id qui est acceptum ferre tenetur, quod excitavit nos ad excudendum librum refertum delitijs, quinq. nimirum quintas legis descriptas lingua Assur, cum Haphtaroth (id est locis prophetarum accomodatis ad sectiones legis) & quinque voluminibus. Porro ad juvandos pueros filiorum Israelis, vtq. linguam expeditam habeant ad loquendum eleganter, visum fuit ad iungere expositionem scripturae lingua graeca & barbara · id est hispanica, quae ambae linguae visitatae sunt inter filios populi nostri qui est in transmigratione hac profana, quae est in dictionem & derisionem Iehuda & Israelis, qui habitant in regionibus Togarma idest Barbaria vel Turcarum. Praeterea ut omnis filius Israel nihil praetexere excusationis possit quo minus Parashas suas (: id est legis sectiones quae quotannis in synagoga absoluuntur) percurrere possit integre: visum est extendi duos textus Biblicos & unam expositionem cum unoquoq, atq. etiam expositionem chaldaicam Onckelozi

&

et commentarios R. Salomo Jarhi, super quem sit pax. Dominus vero accinxit nos robore ad excudendum hunc librum, & munificavit nos ad imprimendos multos libros, ut lex resideat penes Israëlem. Fuit autem initium huius editionis in principio mensis Tammuz, anni à condito orbis 5303 Constantinae in domo parua typographorum Eliezer, qui filius est celebris divinis gloriosae Rabbi Gerson etc. memoria cuius sit in benedictionem.

Hic est titulus tomi primi. In titulo tomi sequentis etiam additur de lingua Arabica & persica.

Eximio Christi servo, D. Henrico Bullingero Tigurinae Ecclesiae pastori fidelissimo.

S. & gratiam à Domino. Mitto tandem ad te, mi pater, aureum tuum libellum gallice conuersum, serius longè quam vellem, et quam tu optares ni fallor. Verum ubi causas intellexeris, culpa me omni, ut arbitror liberabis. Primum enim quo tempore mihi redditae sunt literae tuae adeo graviter laborabam pituita, morbo mihi planè domestico, ut per totos viginti dies ne dictandi quidem laborem sustinere potuerim. Postea

quum vis

quum vis mali tota in molarem dentem incubuisset, & chirurgum ac
cersivissem, qui eum evelleret, nec enim amplius ferendo huic dolori
par esse poteram, ipse prae imperitia confregit, maxilla etiam graviter lae
sa, unde alius dolor etiam gravior est consecutus. Ita mensis pene totus
mihi periit. Recepta valetudine, librum sumpsi in manus, nec ante de-
stiti quam absolvissem. Conversum Genevam ipse meum tuli, ut si ibi
excuderetur, castigationi praeessem. Ibi ab amicis sum admonitus, alte-
rum fore necessarium, vel ut adscriberetur Genevae nomen, cui ita Rex
noster est infensus ut vel eam unam ob causam ab ipso etiam libelli con-
spectu abhorreret, vel ut oppidi, atque Typographi nulla fieret mentio,
quae res suspectam etiam libri fidem faceret. Alienum autem urbis
nomen usurpare non licere. Ego igitur quid facerem, quum praesertim
de ea re nihil ad me scripsisses. Lausannam scilicet conversum eum
ad te mitto, ut tu potius istic excudendum cures. Curabis autem
ut qui castigationi praesint non tantum gallicum idioma, sed etiam
scribendi rationem teneat, & summam in castigando diligentiam adhibeat.
Censeo porro ut D. Margaretae Regis sorori unum etiam atque alterum

exemplar

exemplar offerendum cures. Est enim ea princeps multis ornata vir
tutibus & purioris quoque religionis amans. Itaque vel ea res una for
tasse libello tuo audientiam faciet. Quamquam profecto multa sunt ex
quibus coniecturam faciam, vix fore ut quicquam proficias. Sed utcunque
res ista sit cessura, non dubito quin ab universa dei Ecclesia magnam
hoc opusculo gratiam inieris, atque a nostris praecipue Gallis, quorum gratia
hunc tibi laborem suscipiendum putasti. Sed accipe quod mihi in
mentem venerit, quum haec scriberem. Quae sit Caesaris & pontificis
coniuratio adversus Gallos & Helvetios, nemo non prospicit. De Anglis
non patitur nos ambigere Caesaris inexhausta ambitio & Pontificis
in Ecclesiam odium insanabile. Itaque ad utriusque impetus frangen
dos atque impedienda consilia, nihil aeque profuerit ac si tres istae
gentes adversus communes hostes consenserint: nec dubito quin hanc
consensionem Gallus magno redemerit. Sed ea certe iniri a nostris
nec debet nec potest, nisi religionis vinculum accedat. Quid si igitur
Helvetii coniunctis Anglis Gallo persuadeant ut communis & perpetuae
in Christo concordiae causa non quidem religionem mutet (nec

enim

enim id ipse concederet) Verum in legitimum ac liberum sacrum trium nationum concilium consentiat? Non desunt in historijs exempla quibus, Caesare praesertim atque repugnante Pontifice, Gallos Reges istud fecisse constat. Honesta est & equissima postulatio, & quae fortasse Regi non displicebit, si quis cordatus ac prudens istud illi persuadendum suscepit, hoc praesertim tempore, quo Caesaris potentiam metuit, pontificem habet exosum. Pugnandum erit cum Episcopis & Cardinalibus, sed nonnulli inter eos à religione non sunt penitus alieni (hoc enim audeo affirmare) Caeteri, qui permulti sunt, de ventre litigabunt. Itaque si qua spes illis ostenderetur, sua illis beneficia non peritura, fore ut uxores ducerent, profecto essent mitiores. Si qui ex animo favent papisticae religioni, illi sane pauci sunt & si petitionem tam bonam, tam repudiaverint, Regi triceps non immerito suspecti esse poterunt. In summa, etiamsi hoc impetrari non poterit, nihil tamen ea res nobis incommodi attulerit. Itaque cum hoc mihi in mentem venisset, quamquam vanum fortasse & inane est somnium: putavi tamen id ad te perscribendum, ut de eo aliquid etiam cogites. Sed de his hactenus. Venio ad Hieronimi

Venio ad Hieronimi caussam. De eo quid sit Geneuae constitutum ex D. Calvini literis intelliges. Obsecro, mi pater, ut tibi persuadeas, quod verissimum est, nihil esse a Geneuensibus praetermissum ut illum in viam reducerent, illum omnes haeretici partes implevisse. Nam cum manifestissimis scripturae locis revinceretur, quum suis etiam responsis teneretur implicitus, quum blandissime moneretur, ne sua pertinacia eam ipsam confirmaret doctrinam, quam verbis oppugnaret, tandem hoc etiam adiecit, Ecclesiam vestram scriptorum causae suae patrocinari. Et tamen non desunt qui hominem non malum esse dicant, atque etiam commendent. Nempe bonus ille est qui summa cum impudentia pestilentissimas blasphemias non tantum in ipso Ecclesiae coetu, coram pastoribus, seditiose ausus est proferre, sed etiam huc usque pertinacissime tueri. Nisi forte non sunt hi errores, eandem gratiam dicere omnibus offerri, omnes a Deo ex aequo ad salutem vocari, itaque in singulis positum esse recipere aut reijcere, quos Deus providerit & praescierit isti oblatae gratiae se accomodaturos, illos electos vocari, ea enim esse

enim esse in illius conspectu praesentia, atque ideo fidem futuram praevidere Deum, cuius respectu certos homines eligat, item incredulitatem, propter quam alios reprobet. Eramus scilicet electi, quia credituri eramus non autem electi sumus, ut crederemus. Fides causa erit electionis, non effectus. alioqui enim, quum ad alteram partem ventum est, dicendum etiam esset incredulitatem non esse causam reprobationis sed effectum. Ex quo sequeretur Deum esse peccati authorem, Deum velle iniquitatem, in Deo esse contradictorias voluntates. O bellos argutos & subtiles syllogismos. At ego contra. Non vos me elegistis, dicit Jesus, sed ego elegi vos. Fides Dei donum est. Tradi nos oportet regenerari, doceri. Haec cum non contingant nisi paucissimis, peculiarem gratiam dari certis hominibus quis negabit? Si peculiaris haec est gratia, cedo quibus est peculiaris? electis à Deo ante jacta mundi fundamenta Ex bono suo proposito ut sancti essent, non quia sancti essent futuri. Jam vero si ab aeterno illi sunt electi, alios esse ab aeterno reprobatos, nemo opinor, praeter Hieronimum affirmabit. Si fides electionem sequitur, incredulitas quoque post reprobationem

tationem collocanda. At ego in sacris Scripturis hoc non invenio.
Dicit Scriptura, Cuius vult miseretur, quem vult indurat. nec dicit
indurat eum qui non credit (quamquam et hoc verissimum est) sed quem
vult ut ostendat voluntatis dei supremum esse gradum. Praeterea
cum inducit Paulus ille, impios adversus hanc doctrinam discep-
tantes his verbis, voluntati illius quis restitit? si externum docli-
na vera esset, debuit Paulus ista cum Hieronimo respondere:
Immo vero blasphemia est dicere hanc esse Dei voluntatem, vult
enim Deus omnes salvos fieri, Deo non placet ut quisquam pereat.
Deus quidem vos nunc vult perire, sed quia noluistis credere
quum vobis obtulerit gratiam credendi, quam vos repudiastis
& vestram voluntatem infirmam noluerit adiuvare. ~~Hec~~
dixisset Hieronimus, egregius Dei gratiae patronus & dignus
cuius infirmitatem summa cum mansuetudine feramus. Quid
autem Paulus ille ad tertium usque Caelum raptus? An negat
hanc esse Dei voluntatem, & quidem eiusmodi cui restiti non
possit? quae certe si falso dicerentur ab impiis, iste ferre non
potuisset.

potuisset. Immo fatetur haec esse verissima, & ut semel oes humani
ingenij obiectiones diluat, provocat ad Dei arcana, & tu homo, inquit
quis es &c. Haec est solutio absolutissima. Certum enim est Dei
voluntatem nec tyrannicam nec iniustam esse. Itaq. in his rebus
& ceteris plerisq. Sufficit mihi ~~[illegible]~~ scire τὸ ὅτι, nam περὶ τοῦ
διότι quisquis laborat, ille plane videtur θεομαχεῖν. Ergo
quod ad salutem attinet, omnia Deo tribuo. quo ad reprobatio
nem, Dei non tantum praescientiam sed consilium & decretum aeter
num in hac etiam parte agnosco (nec enim electio sine repro
batione potest constitui) & tamen culpam oem in hominem con
iicio. Si quid humanum ingenium contra conatur afferre, non au
dio, & semel sic concludo. Dei haec est voluntas, Dei hoc con
silium, cuius causa mihi quidem incerta & incognita, Deo tamen
certissima constant & verissima, qui non novit iniquitatem, &
certissima est totius iustitiae regula. Nolo adversus figulum
meum disceptare, & haec doctrina non adducit ad desperationem
immo vero confirmat adversus omnia tentationum genera, quum
intelligo

intelligo salutem meam non esse in me positam, sed in Dei proposito, quod semper unum atque idem est. Vocavit me Deus externo atque etiam interno suo Verbo, ut testificatur mihi Spiritus qui intra me ingemiscit & suspirat ad Deum suum, Obsignatae sunt in me illius promissiones virtute Spiritus Dei mei. Audierunt aures meae Verbum Dei, recepit mens & illi est assensa per Dei gratiam, Viderunt oculi mei, palparunt manus, Dei Sacramenta, quibus coniunctus per fidem Spiritus sanctus Christi me participem facit. Haec sunt Electionis meae argumenta. Cui secus libuit argumentari, illum ego sino cum Deo disceptare. Haec est, nisi fallor, sobrietas quam sectari debemus, nempe non abhorrere ab hac quaestione, quam innumerabilibus locis Spiritus Sanctus diserte explicat, & quae fundamentum est salutis nostrae, sed eam ita tractare ut Scripturae fines non transiliamus, ac sensui nostro Dei consilia subjiciamus. Verum quo me tandem ista tractatio provexit! Obsecro te, mi pater, ut hoc etiam feras. Si posthac tibi haec non plane intellexero, aliud argumentum captabo.

castabo. Si quid etiam a me est peccatum, conabor a te admonitus
emendare. Sed huius rei indignitas ita me commovit, ut me ipse
non potuerim continere. Crede enim mihi, mi pater, gravius est hoc
malum, quam credere videaris, nec frustra metuo ne hac scintilla mag-
num & sanum incendium excitet in Ecclesia Dei. Faxit D. Jesus
servator noster, qui nullos ex electis suis perire sinet, ut brevi re-
stinguatur. Quod ad D. Calvinum attinet, res est illi cum
pluribus monstris quam possis suspicari, & sane si hic essent qui il-
lum paulo acerbiorem esse conquerentur, mirarentur unum hominem
tot pariter molestiis posse sufficere. Ad me quidem quod attinet
illius potius modestiam & patientiam admiror, quam acerbitatem
queror. Hoc dico propter rumores a quibusdam sparsos, qui in
hoc negotio & plerisque aliis acerbum & horridum Calvinum fingunt.
Quanta autem in eo fiat optimo viro iniuria, illi demum intelli-
gunt, qui hominem penitus norunt. Certe tantum abest (hoc
testor tibi coram Domino, mi pater) ut hec illi nota inuri possit,
ut contra pudoris ac modestie singulare exemplar in hac causa fuerit

si monstra spectes, quibuscum illi sunt decertandum. Sed ipsa sibi
virtus abunde patrocinatur. De his autem plus satis. Quod su-
perest, mi pater, jam olim te admonueram fore ut te literis meis
plane obruerem, quod sane factum vides. Mihi tamen persuasi
hanc meam tibi παῤῥησίαν quantumvis copiosam non displicere
quae spes ne me fallat, te etiam atque etiam rogo. Dominus Jesus te servet
Ecclesiae suae incolumem, et in his turbulentissimis tempestatibus in-
victum praestet sancti sui Spiritus virtute. Salvere et valere te
jubeo cum tota tua familia, atque item Dominus Viretus et caeteri fratres
cum uxore mea. Domino Pellicano, Theodoro, Laelio, cum tuis collis
simis generis et tota denique Ecclesia rogo ut meo nomine salutem plurimam
dicas. Iterum vale. Lausannae pridie Idus Januarii

Theod. Beza, plane tuus

Eximio Christi servo Domino Henrico Bullin
gero: patri mihi plurimum observando,
Tigurinae Ecclesiae vere fido pastori

S. Velim te sic interpretari, quod ne nunc quidem ad illas tuas
postremas

postremas respondeo, ut scias non deesse mihi verum & iustam defen
sionem, cuius te ipsum iudicem facere non dubitem, sed me tamen malle
aliquod spatium & tibi & mihi ad hoc quicquid est concoquendum
praeberi, quam affectibus indulgeri, quod me quidem minime decet. Tibi
enim libens paternam autoritatem & tribui semper, & tribuo: Aut
dubitare de mea sinceritate videris, spero tamen is inter & vos
omnes esse qui fui, & qui esse debeo. De rebus gallicis nescio quid
in aula moveri coeptum est, quod cuiusmodi sit nondum intelligimus.
Occitanorum legatis nondum responsum est: Interea quales cunque
sunt induciae. Quotidie huc transeunt ex vestris finibus non
nulli, miserabili plane vultu & habitu: Caeteri quos a tergo relin
quunt, feruntur non multo melius habere. Poloniae Regem alii per
Germaniam brevi transiturum affirmant, alii intra paucos dies Lug-
dunum futurum asseverant: Ego nihil certi habeo. D. Tilegeri
literas hoc ipso die mihi redditas ad te mitto, ex quibus rem
cognosces longe maximi, ni fallor, momenti: Eas velim ut remittas
quum fueris tabellarium nactus. Bene vale. D. Iesus te ser
vet, mi pater. Tuus enim est

velis, nolis Beza.

EIDEM.

Mitto furiosum scriptum Davidis & Blandratae adversus Maiorem,
quod velim ut per eundem nuntium remittas. Tene non rem Chri-
stianam devenisse? Sed ita oportet, ut qui probati sunt, mani-
festi fiant. O Simlerum nostrum, quem Dns admodum feliciter
in hanc arenam produxit, cuius libellum legere, ac, quod minimo ne-
gotio faciet, graviter, ut illi vel ipso Satana deteriores merentur re-
futare. qui si aliud exar non habeat, retineat hoc unum quod se
falsum videtur. Maioris librum non puto me vidisse, qui certe
in nonnullis videtur optimam causam non optime defendisse, quod
scis interdum veteribus etiam illis accidisse. Sed hac via quis
tandem melius quam Simlerus noster videit. Ego quoque, Deo favente,
faciam quod debui Dominus, ut nostrarum Ecclesiarum consensus pos-
teris sit testatus. Cupio scire an nostri Athanasii dialogos legeris
& quidnam tibi de illis videatur? Mitto novas in Phoebadium
Castigatiunculas, quas amicis divides. Legi Chemnitii librum
multo dico quidem & erudite, sed verbose scriptum, ubi ea attin-
git quae sunt extra controversiam. Verum ubi ad rem ventum est,
aperte

aperte prodentem a quo spiritu proficiscatur. Proderit tamen magnopere
quum ea ponat, ex quibus sua ipsius commenta evertit: & Brentianam
ubiquitatem satis aperte tollat, ut Lutheranam, illa certe nullo. Si quid
ipsis ineptijs esse potest ineptius, ineptiorem stabiliat. Brentius enim ponit
antecedens & consequens, utrumque quidem falsum, at inter se tamen con
sentaneum. Isti vero, ut sint ipsa vanitate vaniores, negato antecedente
consequens affirmant. Ego Castilium respondere, sed punioribus: & ita ut
violatam a nobis fidem conqueri non possint, quam Landgravio dedimus:
etiam si iustam ipsi occasionem millies praebuerint. Sed dies mali sunt
et modo non prodatur veritas, patiendum est quod nos potius quam illos
deceat. De Synodo gallicae futura, nisi hostes contra edictum, impedie
rint, brevi ad te scribam plenius. De Basil. negotio nihil possum
laeti eminus, & multum imperitum Serio editum cum illis fuisse.
Simonem enim illum mihi persuadeo, vix fuisse, nisi Danais iam ur
bem occupantibus, aperte quoque ausurum. Sed prospiciet Deus his quoque:
& fortis est Dominus, etiam rebus desperatis. Bene vale mi
pater, & hanc nostram importunitatem boni consule. Dominus Jesus
Deus noster verus & aeternus, te collegasque fratres potenter in opere suo
conf

confirmet ac custodiat, mitiget poenas peccatis nostris debitas, Satanam conterat sub pedibus suorum, donec ad plenam suorum glorificationem adveniat. Geneva 26 Januar. 1571 Tuus Beza.

Testamentum Brentij nondum vidi. Certe si valet definitio testamenti a summis consultis tradita, non meretur testamenti nomen, quum mortuus sit Christus, qui sic ubique est, ut apud se tamen non sit.

EIDEM.

Iam opinor, tum ex Heidelberga ipsa, tum ex meis posterioribus literis abunde cognovisti, quis fuerit causae optimae exitus in illis comitijs. Spes erat aliqua de Lipsensi conventu. Sed vereor ut satis firmi sint a quorum constantia pendent religio. Augustum enim audio, quum antea moderatior esset videretur, repente prorsus alium esse factum, quam sperabant. Deprehensus est in ipsius aula proressor a Crembacho subornatus. Misistus ad Joannem fridericum Imperialis cancellarius, qui de dimittendo Crembacho serio cum ipso agat. Haec utinam ne sint maximarum calamitatum initia. Scis affuturos Ephoros omnes Augustanae confessionis ordines, Cal, ut aiunt, Septembris.

Vtinam

591

Utinam Anglicana et Scotica Ecclesiae sese cum nostra Communi Confessio-
ne, publico aliquo scripto coniungerent, et suos eo et ad impediendos
saltem quorundam conatus mitterent. qua de re ad Londinensem Epis-
copum, itemque in Scotiam ad Cnoxum nostrum diligentissime scripsi.
Sed velim te, vosque adeo omnes, mi pater, id quoque sedulo vestrisque ...
apud amicos curare. literas autem vestras, nisi forte commodiorem occa-
sionem ipsi habeatis, si ad me miseritis, curabo statim optima fide Londi-
num perferendas. De Gallicis autem, quin hoc factum sint non dubito.
In Belgico, quum viderent nostri non quaeri Christi gloriam, sed
alios quidem nihil praeter licentiam captare, alios de solis suis pri-
vilegiis tuendis cogitare, et se interim, ut externum tumultum an-
theres carpi, edita rursum pura confessione, absque ullis armis, sese ad
ferendam crucem parantes, in apertum prodire, et conciones habere
coeperunt. Utinam postrema primis respondeant, et his inceptis
faveat Dominus. Lugduni adversarij ad arma conclamarunt, prae-
fecto urbi non modo conniuente, sed prope etiam instigante. Nostri patien-
tissimos sese praebuerunt. Causa nulla erat praeter confictos rumores.

Audimus nunc tumultum deijsse. Sed hoc quidem non dubium est
quin sola occasio opportuna ab hostibus, ex ipsius etiam [illegible] to-
tos certatim expectetur. Itaque omnes illas Ecclesias in quibus non puto
pauciora trecentis millibus capita contineri, non aliter tibi iam commendo
quam gladiis iam cervicibus omnibus illis crudelitas imminentes. Quod
ad nos attinet, certum est hanc Ecclesiam tanquam scopum quendam peti.
Et iam hic in proximo, id est in oppido, quod quatuor circiter horarum
itinere a nobis distat, Nemorosium habemus, cuius novam uxorem,
Guisiani viduam, duo illi fratres Cardinales Sanctissimi, Lotharingus &
Guisianus, una cum multa illius familiae clientela comitantur. Aiunt
etiam Sabaudum ipsum affuturum. Itaque nobis vigilandum & pre-
candum est, si unquam alias. Vivimus tamen interea, & quidem
feliciter ac pacifice, Dei beneficio, cui nos totos committimus. Sed ista
te nescire nolui, ut tanto ardentius pro nobis precemini. Fratres te
plurimum salutant, & quidem in primis D. Colladonius, nuper novus
in Theologicam professionem allectus. Cupio te plurimum salvere, mi pa-
ter, una cum Dominis & fratribus plurimum observandis D. Gualthero,

Wolfio

593

Vol[p]hio, Simlero, Lavatero, Zvinglio, Hallero & reliquis, quos o[mn]es Dominus, cum familiis incolumes servet. Geneva. 16 July 1566

Tuus Beza.

EIDEM.

Haec habeo quae nunc scribam. Scis initam esse pacem [inter] Anglum [et] ...um inter vicinum & hanc urbem. Video hinc evenire quod metuebam, non modo, quia quis sit illius animus ambigi non potest, verum etiam quia de, ... o[mni]a acta sunt, [illegible] nihil, cum tamen in hypothesibus sit τὸ κρινόμενον. Ita visum est iis qui dum nos liberatos volunt, maxime bello nobis nocuerunt & interim egerunt sua sic satis commode. Si conquieramur video fore ut omnis ... i[n] ..., quod aquam turbaverit. Si non conquieramur video, nisi Deus medeatur, idem nobis eventurum atque Amyclis quae silentio perierunt. Haec igitur foris nunc est nostra conditio, quam tecum deplorare volui, ut Deum tanto ardentius pro hac Ecclesia & schola propter Christum exores precibus. Domi summa pax & concordia in Domino: postis tamen ab hinc dies decem in urbe superiori (est autem in inferiore gymnasium & Chalinus etiam noster) satis acriter recruduit, sed quam speramus brevi per Dei nobis Dominus...ius propitium posse pollicemur. De Gallicis rebus

nostri

nostri die superioris mensis 27. perrupta hostium acie, in oppido Bar,
quendam quod Renati Ducis vocant ad Ligerim & Charitatis oppidum nuper
deflexerunt. Carolus cominus sequuntur. Interea non desinunt pacis larvam
obtendere. Principes qui Heidelbergae convenerunt, miserunt legatum ad
Regem, qui ad pacem hortetur. Sed ad clavum sedente ipso Satana, quid
boni sperari possit non video. Cum bonum illum heroem Fratris sui per
nefarium tam sceleste interfecerit, sentiunt palam nesarij in aula gallica &
Amiralij quoque vitam sitiunt. Bone Deus tu haec vides, & inulta, ut spero,
non sines. Caeterum qui tibi has literas reddit, intimus nuper Regis
cubicularius & bonae Reginae carissimus, nunc qui Christi crucem
caeteris anteposuit, quum istuc esset transiturus, petijt a me literas quae
aditum ipsi ad te aditum patefacerent, Is se interprete apud te egebit.
Vir est bonus & mihi penitus perspectus, quem velim ut qua omnes
soles humanitate excipias, & in ijs quas ultro propter Christum subijt
calamitatibus soleris, vel potius confirmes. Bene vale, mi pater.
D. Gualtherum, ceterosque collegas symmystas ac fratres observandos meo
tuo salutem precor. Legi nonnulla in Illyrico, quae nullum unquam
fuisse

fuisse arbitror impudentiorem plagiarium, ut qui meorum longe maximam
partem, ne mutatis quidem verbis descripserit. Sed illud sane crimen non
video, quo nomine vocari mereatur, quod atque adeo merebitur ac Satanicae
frontis est, ut D. Calvinum & me sceleratus nebulo audeat in suas partes
pertrahere. Sed de his alias ut spero, copiosius. Iterum vale. D. Iesus te
custodiat ab omni malo. Genevae. 8 Julij 1570 Tuus Beza

Eximio Christi servo, D. Henrico Bullingero
Tigurinae Ecclesiae vere fido pastori, Dno
ac patri mihi plurimum colendo.

S. Primum tibi gratias ago, mi pater, quod ad me inter caetera mi-
sisti luculentum specimen Andreanae tum impudentiae tum etiam im-
probitatis. Constitui iam ab eo provocatus turpissimis & indoctissimis ca-
lumnijs uno quaternione tum ad hanc bidnanam ipsius scriptionem
tum ad eius atroces expostulationem respondere, ita (si adsit Dominus)
respondere, ut ligam hanc serpentem esse inter omnes gyros sic con-
volvere, ut nunquam se possit evolvere, nisi coram ijs iudicibus a qui-
bus ipse malim damnari quam absolui. Quod oplastes illud nescio
quid elenchi libelli mei paginis, posteriore editione insertum, esse potius
per

praetermiserim, sito a me certo factum indicio, non ut hoc parterem, quod potuisti opinor ex ipsa precatione satis intelligere, sed ut istos a precibus ad receptas revocem, quod tamen scio me non impetraturum. Certum est Satanam nunc velut in angulum detrusum nihil non tentaturum, & multo etiam effecturum apud eos, qui utinam sic non provocarint iram Domini, ut iam nullus sit remedio locus. Quid tum vero? Si pertinax fuerit Satan, cur non erimus constantes? Ego quidem, mi pater, sentio & animum & vires in causa Dei mihi adaugeri. Quod si etiam in medio certamine vocer a Domino, minime tamen me poenitebit in hoc stadium esse ingressum. Puto tibi esse renunciatum quid moliatur ille e Brentii fascinatus in optimum illum principem, ac plane Phaenicem, de cuius salute sane aequum est nos quam maxime esse solicitos. Servet eum Dominus, & faxit ut eius causam, quoad tempus erit, ita ut par est, commendatam habeamus. Nam nisi ego vehementer fallor, aut nisi Dominus semel iam constituit Germaniam in reprobum sensum traditam perdere, ex illo tanquam ex speculo, debellabitur Satan, nisi nobis

597

nisi nobis desimus. Scripsi olim ano nro de articulis illis Iustificationis, quorum ipsum autorem esse non credo, quamuis satis animaduertam ista magis ei placere quam par sit. Sed tamen nihil non de eo spero. Hesshusium ad me scribitur nuper fuisse Francofurti non multo aliter oberrantem quam spiritum illum quaerentem requiem nec inuenientem. Utinam uero Dominus pro sua misericordia istos ἀδεσπότους tandem compescat. Caeterum miror te nihil rescribere de meis ad Redsulum principem literis, quas tamen ad vos misi, cuiusdam mercatoris negligentia tandem redditas. Rogo ut, an eas acceperis et miseris rescribas: Interea nos ad cupidius respondendum, si eo opus erit accingemus. Alius uero triplex mihi labor instat, in quo ualde te rogo, ut Deum pro me interpelles. D. Caluini nostri chartae omnes mihi euoluendae sunt, unde, ut spero, thesaurum plane incomparabilem eruemus, quamquam in re tamen summum adhibendum erit iudicium, quod utinam Dominus nobis suggerat, ut omnes Ecclesiae emolumentum inde percipiant, sine cuiusquam boni offensione, quod sedulo curabo. Edendum est mihi praeterea nouum testamentum gallicum, non sine annotationibus breuissimis simul et

quoad

quoad eius fieri potuit exactissimis, quoniam praeterquam quod Galli mei
sunt et leues et negligentes et multae lectionis impatientes, multis qui
hoc iam tentarunt, non satis feliciter successit, Illustr. patriae hoc offici-
um a me postulanti me totum libentissime impendam, cuius laboris
specimen duntaxat edidi in latino minore quod nuper ad te misi, maius
etiam ministri pollicentur, si occurrerit qui eius ad te perferendi onus
non recuset. Tertius labor est omnium maximus, Ciuilis
nimirum belli historia, cuius commentarios vix tandem undique
nunc collegi, tantae molis, ut camelum nedum asinum possint obruere.
Sed hoc postremum, ego tibi in aurem dictum velim. Haec mihi
extra ordinem nunc incumbunt, quibus nisi solis obrui me necesse
est, nisi adsit mihi Dominus, quem precor ut saltem vigilantem seruu-
lum suum reperiat. De Gallicis rebus quid possim tibi polli-
ceri, si varia utrinque factionis principum ingenia et malorum audaciam
spectes. Sed rursus bene spero, quum in eum respicio, de cuius
gloria agitur. Cardinalis cum suis nihil non molitur, ut in rebus
desperatis. Non desunt qui se opponant. Rex egregiae quidem

est

est indole, sed juvenis est, & vix credas quam varijs & multiplicibus con
silijs regatur. Rex est tamen, cuius nominis authoritas apud Gallos
praesertim, tantum valet ut vix credas. Interea affirmo tibi nostros egregio
animo esse, & quotidie crescere Coetus, quos tandem patientia superiores
fore spero. Deprehensae sunt Armallij literae, quarum exemplar habeo,
manifestae conspirationis luculentum testimonium continentes. Mansfel
dius quoque & Bolvillerus dicuntur cum Cardinale allocuti, quae consi
lia spero fore malis consultoribus pessima. Caeterum ex ijs quae ad
te Lugdunenses fratres mittunt, cognosces quantopere expediat istos
perditos, qui nunc suorum commodorum causa, Basilea relicta, Lugdunum
migrantes, inchoare simul sua illa portentosissima & exitialia conantur
ut totam Galliam inficiant, nullos neque in vestra Ecclesia neque alibi
usque invenire, quorum nominibus suo more ad spargendum suum
venenum, & paulatim opprimendam presbyterij authoritatem abutantur.
Rem totam ex ipsorum fratrum literis cognosces. Hoc tantum ad
dam, causam hanc ei maioris esse momenti quam plurimum intersit
praeclusos esse primis istis irrepentibus aditus, ne quo postea facile se
insinuent

insinuare possit. Itaque hoc negocium, mi pater, tibi & collegis omnibus
non aliter commendo, quam si de rerum omnium summa ageretur. Expec-
tamus ultimum diem huius mensis, in quem Sabaudus nobis frustra re-
clamantibus [illegible] [illegible] cognitionem reiecit, quod negocii caussa
nulla est cur vobis de integro commendem, quibus hanc Ecclesiam &
scholam summae curae esse minime dubito. Interea nobis nunciatum est
illum sibi, pseudo Episcopi nostri nomine, novam iniuriam apud Caesarem quae-
rere. Nos vero & nostros & nostra omnia Deo committimus, & interea
pacifice, Dei gratia, pergimus. Fratres omnes te salutant: Ego
vero nominatim & te & omnes collegas ac fratres mihi plurimum co-
lendos iubeo plurimum salvere. Quod iuvenes illos tibi a me commen-
datos demum rursus receperis, perinde accipio, ut beneficium in meipsum
collatum, & parentem spero huius tuae in ipsius liberos humanitatis memorem
fore. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus tibi magis ac magis
benedicat, & te Ecclesiae suae incolumem conservet. Genevae 3 Maij 156[illegible]

Tuus Beza

Gallicum etiam exemplar confessionis ab illo perditis Lugdunensibus fratribus
exhibitae

exhibitae istuc mitto, quod a Dno Gualthero nostro, si opus sit, cum latina
quam istinc videi cum misisse typis excusam (contra circiter nefariorum
hominum ad turbandam Ecclesiam in Dania) comparetur.

EIDEM.

Remitto ad te, mi pater, fratris illas Basilienses literas et quam tibi ha-
beo, quod illas mecum communicaris. Nos hic, Dei gratia valemus et
nostro more pergimus. Coniurati ex Bernensi ditione sese receperunt in
agrum Sabaudicum. Ex captivis duo sunt capite truncati; qui ad mor-
tem usque perstiterunt in sceleris confessione, et pie alioqui mortui sunt. Ser-
vabit nos procul dubio Dominus, cuius gloriae ipsius interest hanc
Ecclesiam, quam praecipue adortus est Satan, salvam et integram manere.
Calvinus noster luctatur quidem suo more cum morborum agmine,
sed nunc vicissim mihi videtur fortiusculus factus. Balduinus
rursum nos lacessit, altera rursus edita Cassandri et sua farragine
pro Ecclesiasticis traditionibus, cui necessario respondebimus. Casta-
lioni ut video, nimium verus vates fui, cum dicerem Dominum brevi
ipsius blasphemias ulturum. Quamquam nolim ego de mortuis iudicare. Sed
ex illis libris in suspicionem adducor, ne ab illa schola meum libel-
lum

lum acceptum fuisse, ut si voluissem aliquā infamia eam aspergere.
Id verò nunquam mihi in mentem venit. Ac proinde si quando ad illum
scribes, rogo ut aliquam eius rei mentionem facias, si modo ita faciendum
iudicabis. O miserum illum senem, qui ne Diabolo quidem placere
potuit, cum sese ei venditaret. Horrendum sane Dei iudicium,
quod utinam omnes animadvertant, & in eo proficiant. De Gallia
scripseram Guisianos suas querelas instaurare. Tandem itaque ex au-
thoritate Regis composita res est, ut ante triennium, nec vi nec
iure de ista controversia agatur, intra quod spatium spes est omnia
transactum iri. Guisiani fratres obviam ierunt Cardinali, quem
certum est in aula expectari. Non dubium est etiam quin Conci-
liabulum Tridentinum ab eo obtrudatur. Sed ministri omnes nostrarum
partium proceres nunc in aula convenerunt, & spero eos fortes fore.
Verum quidem est Regem esse puerum, & qui a foemina regatur,
& qua foemina? Sed tamen ut res illius regni nunc sunt, vix cre-
dibile est posse pacificationum edictum abrogari. Expectamus quis
sit in provincia tumultuum & seditionum adversus nostros exitus tandem

aliquando

aliquando futurus. Occitani Papistæ ausi sunt in aulam mittere qui postularent, quasi communi omnium illorum populorum nomine, ministros semel extrudi. Duriter excepta est à rege illa legatio, adeò ut responderit se in patibulum agere decreuisse, quotcunque de abrogando pacis edicto facient mentionem, quoniam, inquit, scio meam hanc coronam ob violatum Januarij edictum, ruinæ ultimæ proximam fuisse. Hæc ad me certis literis sunt perscripta. Interea videas precibus opus esse si unquam alias ad frangendos illius perditissimi filij velut externos in eo regno conatus. De Brentianis Catechismis sæpe iam scripsi, & quibus doni[?] sciebam semper meminero. Neque enim dubito quin vafer ille Cardinalis hac potissimum parte nos adoriatur. Sed vincet procul dubio veritas: & de gallicis Ecclesijs hac in parte optime spero. Quicquid audiero diligenter ad te perscribam. Bene vale, mi pater, cum tota fratrum mihi colendiss. coetu. D. Jesus vos omnes tueatur & sanctis vestris laboribus benedicat.

Geneuæ. 24 Januarij. Tuus Beza.

D. Blaurerum nostrum cupio salutare: cui cum et rogo ut quæ de reb. gallicis ad te scribo, subinde communicatum velis. Hæc perscripseram Rhotomagi

magis quum hes, quos vocant, Hermanicae status in amplissima quadam
basilica, Brissaci praefecti regij iussu coacti essent, & Papistae quidam
assentator non alia jactaret quam Tyrij olim in gratiam illius Agrippae,
quidam ex nostris, a quo ad me hac de re literas habeo, continere se
non potuit quin exclamaret, nihil iam aliud expectandum quam ut terra
blasphemum absorberet, Et ecce tabulatum corruit, qua ruina multi
sunt interempti, multi vulnerati. Statim ergo conclamatum ad arma,
quasi res esset ex composito a nostris acta: sed quum totum esset
nostros fuisse Papistis permixtos, adeo ut communis esset calamitas, &
inter eos qui gravissime fuerant vulnerati, is etiam numeraretur, qui
vocem illam ediderat, vanitas huius calumniae statim apparuit. Lu-
tetiae quoque parum abfuit quin magnus motus excitaretur, interfecto
a quodam ex nostris Charrio improbissimo homine, una cum alijs duo-
bus insignibus Guisianarum partium ducibus. Sed postea compertum est
privatas inter illos inimicitias fuisse. Eodem fere tempore in Genofevae
id est Dianae Parisiensis fano, quidam Papista obstinatissimus nescio quo
furore actus panaceum illum Deum sacrificulo ereptum manibus con-
trivit

[illegible] . Statim in carcerem pertractus, & rogatus cur hoc ausus esset, respondit se vitæ tædio id fecisse, & aliquin Huguenotis esse infensissimum. Eodem die suspensus & postea crematus fuit. Regina mater postea, ut papistis gratificaretur, regem nihil tale aliquid optantem, in publica supplicatione per mediam urbem, ad illud usque forum traduxit, acclamantibus quidem initio Papistis, sed nec percultis, quum rarissimis nobilibus stipatum regem viderent. Quid plura? In Normannia pago vico quodam, cum magna quum in cœna missa cantatur, feles ex quibusdam latebris irrepens sacrificulum invasit, crustulum illud fatale pabulum vorant, & spectantibus omnibus evasit. Res est certa, & Papistas nunquam fuisse ullo spectaculo magis perturbatos.

Eximio servo Dei D. Joanni Calvino patri mihi inprimis observando, & Genevensis Ecclesiæ fidelissimo pastori.

S. Recte alicubi scripsisti afflictiones esse gignendæ patientiæ instrumenta. Nam hoc a me impetrarunt istorum canum rabies ut ipse mirari incipiam quomodo tam multa nunc patienter audire

sustineam

sustineam, quae paulo ante ne suspicari quidem potuissem quum minime in medium commoverem. Absit enim ut isti canes suo latratu nos a nostro officio vel minimum abducant, quod unum certum est in his certaminibus esse Satanae propositum, cuius furiis isti perciti insaniunt. Narrabo tamen tibi, quod nudius quartus accidit. Vester Pseudalcibiades, seu mavis Plautinus Pyrgopolinices, quum hac praeteriret, in aula cuius hospitio suas scilicet victorias jactitavit: quid ni enim vinceret, ubi nullum hostem haberet? Sed audi quo sit processurus. De te dixit, quae ab homine impurissimo & qualis semper fuit proficisci possent. Deinde cum ad Virelum ventum esset, Iste inquit quia blandior est subornatus fuit, qui nothum illum alliceret, & proposita vitae spe ab eo impetraret ut nos quibusvis criminibus oneraret. Hoc ego inquit illum tentasse aperte dico, & si negarit comprobabo. Habent enim principes in manibus certa utriusque rei acta testimonia. Haec ille. Hic vero putes omnia haec ab ipso esse conficta, eo ipso die cognovimus ex idoneo teste, nunc circumferri non modo hanc famam, sed etiam rerum gestarum commentarios in

quibus hoc diserti sit scriptum, quid ex quoque quaesitum, quo modo, quo tempore, quid responsum sit. Denique ut scias quam sint diligentes harum rerum scriptores, non modo ne errent quid gestum sit, sed etiam confin-gunt, quicquid libet. Hinc conjice in ipso sinu reip. vestrae ad hunc non modo exploratores sed etiam hostes versari, quod quidem non dubito quin facilius animadverti quam corrigi possit. Sed tamen non potui non istorum te monere, ut quoad eius fieri poterit, huic malo occurratur. Neque rem temere acceptam refero, sed ex eo auditam, qui neque contemnendus est auctor, neque vobis malevolus. Sed quid interim nostri viderint? nempe praeclaram nobis occasionem oblatam putamus, quam ne per somnum quidem ausi eramus sperare. Eam vero non constituimus negligere, quo primum tempore ille cum suis istac transierit, et ex nostris civibus plerique ~~hoc~~ ita ~~intentum~~ ~~ita~~ hoc accepisse, ut sperem eos officium facturos. Cur enim ajunt iste non audeat, qui hominem tam perspectae innocentiae tantis sceleris accusat? Sed alibi collocatas esse spes nras oportet. Nam videtur mundus qui antea desipiebat, nunc demum furere incepisse. Verum, mi Galter,

ut ne

Ut ne meliora nunc proferam, ex(tra?) saltem Democriti in re prorsus con-
traria constantiam imitemur, qui, ut ferunt, quum videret, quae
de spiritibus alii multi philosophi disseruerant, et ipsius discipuli for-
ti in tenebris magnos quosdam tumultus repente excitassent, quibus
hominem perterrefactum putabant a sententia discessurum, dissimile
inquit pueri ineptire. Nos vero quanto magis ab ista stolide securitate
et prophana impietate procul absumus, Dei gratia. Imo vero nonnunquam
quamvis saevi et feroces nobis hostes immineant: tamen age ita simus de
victoria securi, ut nulla nos sollicitudo impediat, quominus in
medio certamine, et in mediis ipsis curis ipsorum conatus suaviter
rideamus, Domino Deo nostro freti, qui quum pro nobis pugnet, dig-
ni sunt hostes nostri, quorum potius dementiam commiseremur, quam
ut ipsorum minis de gradu deiiciamur. Sed nec ego insigniter
desipio, qui haec ad te perscribam. Omnino tamen haec ego vo-
lui exarare ut intelligeres me corpore quidem convaluisse, Dei gratia,
(Audisti enim opinor, me superioribus diebus aegrotasse) sed animo
nihilo magis valere quam antea, cuius rei certius periculum facies

ubi

ubi ad te venero. Nam constitui tibi totos quindecim minimum dies ita esse molestus, ut posthac presentiam meam non sis requisiturus. Indicentur autem feriae extremae hebdomade quae istam consequitur, quod tibi significabo, ut equus ad me mittatur. Nam ita me afflixit diuturna agrotatio, ut ne deambulationi quidem sufficiam. Quicquid temporis postrum per valetudinem, atque etiam amplius quam possim, annotationibus impendo, quod velim Stephano nostro significari, cuius desiderio vellem ut diligentia mea par esse posset. Beraldus huc advenit cum familia, & te magnopere salutat. Spero ipsum strenuum nobiscum in opere Domini facturum officium. Sed scribendi finem facio, ne nihil sit quod praesens commemorem scilicet. Mi pater, vide ut valeas, ut Diabolus ringatur & ipsius emissarij omnes crepent. Dominum Jesum Christum Dominum nostrum precor ut te indies magis ac magis confirmet, & Ecclesiae suae conservet. Vix possis credere quantopere de te laboret Blaurerus noster, vir optimus a quo huc breves literas accepi, sed valde pias & religiosas. Optarem ut vel verbum unum ad eum scriberes, ex quo intelligeret, quod ipsi

cras

cras respondebo, te non modo non frangi animo, sed etiam istis tem-
pestatibus magis ac magis confirmari. Rogo ut de eo agites per otium.
Laus. 24 Septem. T. Be: filius tibi in Domino
addictissimus.

Eximio servo Dei D. Johanni Calvino
patri mihi inprimis observando.

S. Hodie mane reddidit mihi tuas literas bonus ille vir, quem mihi com-
mendasti. Nos ut spero, officium faciemus. Miraris te nihil ad nos scrip-
sisse de iis quae a nostris quinetiam acta sunt in Morellani nostri nego-
tio, nisi iampridem divinassem te non aliter accepturum esse fratrum si-
lentium, quam si diserte scripsissemus ista nobis non placere. Sed tamen ut
dicam quod res est facit nostra paupertas ut quodammodo tantos thesau-
ros vobis invideam, ita tamen ut nobis nihil decessisse cupiam. Sed
sane, misere nobiscum agitur, ita inquam misere, ut non habeam quod
querar. Certum est in nobis in Synodo (nos capitula vocamus) potius
ultima pati quam ut istum apertum Epicurismum feramus. Quod futurum
sit potes prospicere, nempe ut vel Dominus (quod utinam fiat) istorum
animos repente immutet, vel, impleta mensura, iram Domini subeamus.

Habebis

Habebis nos igitur cum tota Ecclesia commendatos in tuis precibus
multo magis quam unquam antea, ut et nobis constantia, et illis bona mens
donetur. In illis cogitationibus nondum potuit invenire locum noster
Passavantius. Sperabam tamen fore ut legati vestri lecto aliquo nuncio
nos ita reficerent, ut gestiens animus aliquid suggereret Passavantio
non indignum. Sed neque hac perfrui nos siverunt, neque quod saltem a
Ross. sperabamus, qui aliis de rebus satis copiose ad Iacobum nostrum
scripsit, dignati sunt saltem uno verbo nos recreare. Ita haeremus
suspensi et sinunt nostri sollicitum esse et meticulosum amorem, inter-
dum etiam in sinistram propenderemus. Vide ergo, mi pater, ut quae
quid nobis expectandum est, tandem resciscamus. Vestra enim
nostra sunt, ut tibi satis esse persuasum scio. Robertus noster
nondum mihi significavit, quid Basileae sit actum. Scripsit sibi pla
cere ut Antonius noster Veteris testamenti translationem conferat, et
ego utilissimum novi. Utrumque curabitur, sed ea lege, quod ad me [praeterea] attinet, ut
quod in priore nostrarum annotationum editione non potuisti praestare, illud ipsum
nunc diligentissime praestes, ne bis fiam Epimetheus. Sed ecce

pone

prius praeterieram, quod periculosissimum erat. Ex Hobrachii literis ani-
madvertisse mihi videor omnino placere Deo nostro ut felix illa pax,
cuius sola cogitatio me gestire cogit, per alios conciliatur quam per istas
hominum larvas qui nos nimis diu eluserunt. Sic placet Domino
infimos omnium hominum deligere, dum cessant illi, in quorum potes-
tate omnia posita videbantur. Nobis ego nullo modo cessandum puto.
Tu signum dato, et stationem nostram nobis attribue, quam ut
spero ad extremum usque spiritum servabimus. De Legatis, puto te
nosse Helveticos iampridem in aulam venisse. Miror quod Germanos
reliquerit, quum Wirtebergensis tam prolixe nobis omnia promisisset.
Audivi ex quodam rumusculo ipsum esse in Galliam profectum ex
Francofordiensi conventu, quod mihi non potui persuadere. Si ita est,
non dubito quin ipse causam urgeat. Nam aut ego vehementer
fallor, aut in hoc principe multum residet pietatis, quantum quidem
ex ipsius oratione et vultu perspicere potui. De humanitate
et comitate nihil dico, quia iampridem didici principes ipsos ista-
rum virtutum larvis, quasi hamis solere homines inescare. Utinam
tandem

tandem audiamus fratres nostros aliquantulum saltem nostra hac opera recreatos. Et certe is est rerum nostri Tyrannici status, ut a Domino cogendum esse speremus ad illud ipsum Christi regnum stabiliendum quod ...ere moliebatur. Vides quo nec nostro quidem aestus abripuerit, quando quidem tecum non nisi per literas colloqui possum. Bene vale mi pater. D. Iesus sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Laus. 15 Julij.

Th. Beza filius tibi in Dno addictissimus.

Carolo Passano meo.

S. Iampridem invitus taceo, et nunc pauca scribo, quoniam aliter fieri non potest. Recte adhuc omnia. Copiosum et validum equitatum habemus. pedites sunt tardiores. quoniam paulatim mittuntur, sed simul atque pars advenerit, recta ad hostem pergemus. Nihil aeque nos torquet atque Eccl. sordes, ne quid asperius dicam. Exercui Andagavis usque capitis periculo. Vel parum vel nihil potius profeci. Sed in diruendis aris incredibilis impetus, quem ne hic quidem impedire ulla ratione potuimus. Denique omnia sunt repente immutata, ut prorsus ad hoc spectaculum obstupescam: quia ne centum quidem annis hostes, etiam

si

307

si essent victores, ea possent instituere, quae duarum horarum labor uel in hac una urbe diruit. tantum abest ut meliorem suam conditionem effecerint. Utinam, Utinam possem ad te mittere, quae his diebus ultro citroque dicta, facta, & scripta sunt. Sed non possum in ista viarum obsessione quoniam sine tabellariorum discrimine nihil eiusmodi tentare possum. Areopolitani tamen tibi suppeditare poterunt omnia, uel Tigurini potius, quoniam huic nostris visum est ad eos legatum mittere, sed cum valde metuo. literas tuas accepi, datas 21 April. in quibus de Veracij nostri reditu agebas. Nostri proceres magnam & tibi & illi gratiam habent. Verum ille non aliter quam captiva & quidem suo more id est ambigue & malitiose loke respondit. Nos interea non stertemus, quamquam ista procrastinatio incredibiliter me torqueat, cui tamen non video quomodo possimus satis tam posse mederi, nisi stupidi isti & sordidi ingenium suum mutent. Pastores nostri & ego, ac denique omnes, Domine, Dei gratia, bene ualemus. Utinam is sit nostrorum laborum exitus, quem optamus, & sane speramus. Bene vale cum amicis & fratribus omnibus. Deus te servet mi pater, & me huic, rebus prorsus confectis, tibi, id est mihi ipsi restituat.

Ampl

Ampliss. senatum Casio venerentur meo nomine una cum toto Collegarum Coetu salutari. Ignoscat tempori quod plura non scribam, nec amplius charta sit opus. Trunnerius tandem ad patrem suum migravit. Obierunt quoque Anemarius, Tenimondus & Lergius.

Ornatissimo Viro, D. Philippo Camerario, Illustris Reipubl. Norimbergensis à Consilijs, Domino mihi summe observando Norimbergae.

Plurimam tibi salutem toto pectore a Domino Deo & servatore Unico nostro precor: Vir clarissime & mihi summe observande: longe maximam temporis partem in lectulo decumbens, & sola tamen Virium imbecillitate, mente vero tuta, per singularem illam servatoris nostri Unici gratiam placidissima, me ipsum in illa certissima spe consolans, quod brevi futurum confidam, ut tot myriadum sanctorum à condito mundo in beatam illam quietem receptorum beato coetui, & tot tantisque quos carissimos, amicis adiunctus, optatissima illa quiete, quam spe possidemus, in aeternum, reipsa tandem τετελεσμένος perfruar. Eandem esse tuas preces in Domino gratulatus non dubito, liberisque & amicis istic qui supersunt omnibus gratulor, &

mihi

minis debitores Christo. Ad publicum autem statum nostrum quod attinet, is est qui eorum esse solet, quos mundus iste infelix magis ac magis odit Christos, id est quod ad istos quidem attinet, plane fluctuans & incertus: qui tamen iacta sursum anchora in medijs procellis quantumlibet iactatus consistit. Vos autem quaeso pergite magis ac magis nostri apud illum meminisse, a quo toti unico pendemus: sicut vicissim dies & noctes Vestri memores esse pergimus. Genevae pridie Calend. Septembris 1599.

Tuus totus Theodorus Beza, annum agens huius vitae, per Dei gratiam, octuagesimum primum: corpore quidem tot annis & laboribus debilitato, sed animo adversus Ad Jesuitas illos & capitales veritatis hostes Capucinos, item qui sui & aliorum mensuras.

hec omnia sequentia erat scripta elegantissime ipsius manu.

Ad Nobilissimum Virum, D. Joannem Bocanowskj: Camerarium Regis Poloniae. in Bobrinsko.

Benedictus esto Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, de omni benedic
tione spirituali in te, mi Domine, tam manifeste collata. Placet enim
mihi Apostoli exemplum sequenti, meum istud ad literas tuas Bobrinsko
ad 28 Maij datas, responsum ab ea gratiarum actione auspicari, a qua
fere consueuit ille suas, cui similibus scribens inchoare: minime ve-
ritus ne dum & Domini spiritum in te laudo, & tibi optime de nobis
merenti gratias ago, vel tu epistolam aliquam captasse, vel ego tibi as
sentatus fuisse uideri merito possim. Gratulor igitur tibi & quidem
vehementer in Domino, quod tua tu simul homine vere christiano
nobis, non tantum magna apud Deum laude, sed etiam imitationis Christo
digna, tum literis ipsis tuis, totis veram christianam charitatem spiran
tibus, tum adiumento ipsis minime certe parca, sicut ille vocat, sed
vere munifica plus beneficentiae praestitisti. Simul enim &
ipsi Deo pergratum opus, hanc viduam & eius liberos tam liberaliter
& tam opportune adiuuans, praestitisti & quo rarius eo commenda
bilius, charitatis in amicum illum nostrum D Michaelem Verinum,
liberis defunctum, praeclarum exemplum huic toti Culteri Germanici prae:
buisti

buisti, et factus es alter istius sanctae familiae pater. Rependat igitur pro misericordia sua singulari Dominus, quod est in te & per te operatus, fecitque. ut tu quidem per eandem ipsius gratiam tuis in hoc nostro Christianismo similis esse, vel potius teipsum superare perges: nos vero hoc exemplum tuum feliciter tui pro viribus imitemur. illa vero familia (quod sane Deo favente futurum confido) sese magis ac magis hac tua tanta beneficentia non indignam fuisse reipsa testetur. Quae tu vero misisti, quingentos illos videlicet polonicos quos vocas aureos florenos, curabimus quam optima fide & pro tuo ex animi tui sententia distribuendos, sicut ex ipsius Listorii nostri responso cognitum te confido. Caeterum quod mihi triste fuit ex literis tuis intelligere de quorundam, & quidem etiam eorum quos minime oportuit, inconstantia, vel potius (ut dicam quod res est) in ipsum Dominum perfidia: tam iucundum fuit ex teipso cognoscere, tibi divinitus datum esse, ut illos tam misere aberrantes, & ultro in suum exitium, nisi Deus illorum sit misertus, ruentes, non modo minime sis sequutus, sed etiam eorum defectio

constantiam

constantiam hanc divinitus tibi collatam, & quam tibi perpetuam toto pec-
tore exopto, exacuerit. Ista vero, aut etiam istis acerbiora terrere nos mi-
nime debent, quae minime nova sunt, sed eiusmodi futura tum ipsemet fi-
lius Dei illo & fidelis suorum custos tempestive praedixit, ut eo vigilantiores es-
semus, & in suorum utilitatem semper convertit. Is enim est qui suos vere
novit, & ad illum suum extremum agonem nostri causa contendens, totam
& universam ad finem usque huius mundi perstituram Ecclesiam, in illorum
suorum discipulorum persona complectens, Non pro istis inquit tantum rogo
Sed et pro iis qui per sermonem eorum credituri sunt in me, ut ubi sum Ego,
illi sint mecum: & antea de iis ipsis agens: Haec est inquit voluntas eius
qui misit me, id est patris, ut quemquam mihi dederit, non perdam ex eis.
Vae igitur illis, per quos haec offendicula eveniunt. Solatur autem nos
ille ad dexteram Patris sui sedens, suo demum tempore ad illam sempi-
ternam ἀποκατάστασιν celerrime venturus, nec interea vere suis ullo
temporis momento defuturus. Specialiter autem, quod ad huius Reipubl.
scholae, & Ecclesiae statum attinet, fruimur nunc quidem illa pacis quae
hiscaeque sponte inter Gallum & vicinum nobis principem inita, in qua nos

ille

ille comprehendi voluit: sed atq adeo inter hostium ut nos in civitan-
dis eius, a quo undiq. circumcingimur, insidiis, magis etiam labore-
mus, quam si aperto bello peteremur. Quo sit enim in nos, atq adeo
in omnes verum Religionem amplexos, animo princeps ille, & verbis &
re ipsa ad portas usq. nostras testatur: ac proinde quid fuerit &
sit nobis ab illo expectandum, quotidie experimur. Nec etiam igno-
tum cuiquam esse potest, quid sub instantis illius solennis Iubilaei, quem
vocant, praetextu moliantur apertissimi Antichristi, & quam intenta
tota illa factio sit in hoc intenta, ut Gallum ad suas partes totum
gregorianis traducat, vel hic etiam absterreat, ut sit ei potius de
sese tuendo quam de nobis tuendis cogitandum. Perstamus adhuc ta-
men, unius profecto Dei, ipsis etiam adversariis nostris admirabili, be-
nignitate & potentia fulti: sed ita ut bonorum & piorum omnium as-
siduis & quam ardentissimis precibus, nunquamque fortasse magis fuerit nobis
opus, quas a te proinde, mi Domine, & a tui similibus cunctis,
ab omnibus denique sanctis coelestes, & praesertim a fidis illorum pasto-
ribus & custodibus expetimus: Sicuti vicissim vobis, quibus cum

nra oia

nostra omnia communia ducimus, apud unicum illum servatorem nostrum,
Iesum Christum, verum veri patris filium ὁμοούσιον assidue commen-
dandis nullo sumus momento defuturi. Bene vale cum domestica
Ecclesia tua, mi Domine, & nos amare perge. Genevae 3a 7bris,
veteri calculo 1599. Amplitudinis Tuae addictissimus

Theodorus Beza.

Illustrissimo principi, Domino Ianuschio
a Radivil, Duci in Birze et Dubinki etc
Domino mihi summe observando

Salutem plurimam in Domino, Illustrissime princeps, ab illo, quem,
licet immerentem, benevolentia singulari tua dignaris, pari tamen qui-
dem magis ac magis ad metam progrediente: sed adhuc, per Dei gra-
tiam superstite, & licet a publico propter valetudinis infirmitatem, absti-
nente, tamen adhuc mediocriter domi valente Beza, tuae [illegible] illus-
tris celsitudinis memore: Neque vero te idcirco hisce literis interpello,
quod ulla te cohortatione putem indigere, cuius pietatem, caeteraque
praeclaras virtutes magis ac magis vigere constet: sed ut potius sanctam
hanc constantiam singulare profecto optimi max. Dei, in tanta
non

paucorum, ne quid nervosius dicam, segnitie beneficium Dei tibi gratulor.
Macte igitur esto, Illustrissime princeps, hoc tam sancto asserendae
veritatis zelo, & tuendae piorum tranquillitatis studio: ut et illi
quibus benefacere non desinis, suo te tempore in illa aeterna taberna-
cula recipiant; & ille ipse qui sibi factum ducit, quod est vel
in minimos ex suis collatum, suavissimis istis verbis te adventan-
tem compellet: Euge serve bone & fidelis. Caeterum quod ad
huius Reipubl. & Ecclesiae communem statum attinet, Genevam tibi
nuntio, licet aegre, vivere tamen adhuc, unica prorsus admirabili summi
Dei providentia fretam, intus eandem perstare quae fuit. Sive autem
illius non minus potentis quam praefracti adhuc magis ac magis & verae
Religionis, & specialim Genevensis libertatis adversarij principis ve-
lis habeatur, utrunque illa fortassis omnium, a quibus & agnoscitur
& diligitur, omni studio & assiduis precibus magis indiget. Nam
& ipsum Antichristum in illo solenni suorum omnium lustro, quod
Jubilaeum vocant; & hunc quo circumcingimur, principem, dubium
non est

non est, in illo qui iam habetur Galliae Regis & ipsius principis con
uentu, siue apertam vim, siue dolos et fraudes parent, nihil praetermis
suros quod ad Gallum a nobis alienandum, & ad eorum quibus prori
pe sunt infensi properandum exitium faciat. Et quamuis de
Regis illius in pacando saltem suo Regno, voluntate, ac proinde, tum
ipsius Geneuae, tum Heluetiae vicinae conseruanda libertate bene speremus:
praesens tamen rerum temporum, ac praesertim Gallicarum rerum facit,
ut ab ipso vnico Regum omnium Rege toti pendeamus, siue nos ille,
pro omnipotentia singulari sua, in terris adhuc conseruari, siue quo
quomodo probatos hinc iam nunc subduci velit: neque ut confidi
mus ab eo penitus deserendi: praesertim si (quod & nobis pollicemur
& ut coniunctissimi fratres a vobis etiam atque etiam petimus) vestras
pro nobis preces, cum nostris vicissim assidue coniunxeritis. Ad
Galliam autem ipsam quod attinet, affirmo celsitudini tuae, ipsius re
gis ac magis illic crescente desperata aduersariorum veritatis ratione,
tandem tamen obtenta Edicti Regii promulgatione, qua nostrorum ca
tum securitati cauetur, Gallicas Ecclesias numquam fuisse tum in ipsa

fidei

fidei vera professione, tum etiam in ecclesiasticae disciplinae accurata
observatione cunctatiores: nonnullis quidem, sed tamen paucilis,
ad vomitum reversis, ut qui vere ex nostris non essent: sed e
contrario quamplurimis undique certatim in Dei domum, admirabili
plane concursu, confluentibus adeo ut nulla re magis quam pastorum
penuria laboretur: cui maximo malo utinam is medeatur, cuius
proprium est operarios ad sationem et messem suam extrudere. Et
cum illi visum sit, inter quamplurimos ex ipsa praecipua nobilitate
delectos, illustrissimam ipsius Galliae regis sororem, Catharinam
nomine, et illustrissimi Lotharingiae ducis primogenito desponsatam
publice et pure profitendi Evangelii libertate impetratam asserere, quae
singulari, perpetuum insignis pietatis, exemplo quamplurimis etiam semi-
lutheranis praebuerit: eius Illustrissime princeps, ultimae ipsius ad
me missae epistolae exemplar istis adiunctum volui, additis quoque
unius ex domesticae ipsius Ecclesiae ministri literis, ex quibus et
quid illic agatur agnosces, et, sicuti spero, magnum magis ac magis

divinae

magis ac magis divinæ implorandæ misericordiæ, & Heroicæ illius Dei commendandæ sumeretis istic nobiscum argumentum. Sed & privatim fore confido, ut mei quoque extremum huius curriculi mei spatium decurrentis, Illustrissime princeps, pro tua qua me dignaris benevolentia, in precibus tuis meminisse velis: quod idem Ego ab omnibus istic mihi semper observandis Dominis & carissimis fratribus petere non dubito, eundem illum Deum & Servatorem unicum nostrum precatus, ut vos omnes constantes Ecclesiarum illic collectarum patronos & fidei nutritios & tuam nominatim Celsitudinem, Illustrissime princeps, tum intus ab omnibus dissidiis, tum foris adversus omnes insultus quam potentissime, & quam felicissime tueri & conservare pergat. Genevæ, 19 veteris nostri Calendarii Decembris, anno ultimi temporis 1599.

Illustrissimæ Celsitudini tuæ
addictissimus

Theodorus Beza.

Copie d'une lettre de Madame Sœur du Roy de France, duchesse de Bar &c escrite à Monsieur de Besze, Ministre de la parole de Dieu en l'Eglise de Geneve. de Nancy le 2 de decembre.

Monsieur de Besze. J'ay receu celle que m'auez escrite auec beaucoup de ioye, estant arriuee en temps opportun, pour en recueillir le fruict et consolation necessaire, comme i'ay prié le Sieur de la Touche, de vous faire entendre particuliere- ment. Je me remettray à ce qu'il vous en dira, seulement je vous asseureray, que par la grace de Dieu les artifices de nos aduersaires n'ont peu aucunement esbranler vn seul poinct de ma croyance, quoy qu'on esperast beaucoup de changement par ceste conference : Et croyans que nous ne sommes fondés que sur des opinions sans science, aussi ils nous pensoyent con- fondre auec moins de peine qu'ils n'ont eu eux mesmes à

pallier

pallier leurs erreurs, & les couvrir de ce beau manteau d'ambiguité. L'action se termine neantmoins à l'honneur & advantage des nostres autant qu'on peut desirer, & n'ont plus esté recherches d'entrer en lice. Ce sont, Monsieur de Besze, toutes les nouvelles & les meilleures, dont je vous pourrois entretenir, & vous dire, que je me sens assistée d'une grace speciale de Dieu, pour me resouldre plustost à toutes sortes d'afflictions, que de changer ma profession. Ce que je vous supplie croire & m'aider à obtenir de luy par treshumbles prieres, ou diminution à mes maux, ou une force extraordinaire pour les supporter, estant au reste la plus heureuse femme de ma qualité, pour l'honneur & le bon traictement que je reçois en ceste maison, là où si j'ay moyen de vous estre utile, ou apres du Roy mon seigneur & frere, vous ne trouverez jamais, Monsieur de Besze

Vre bien affectionée amye

Catherine

Copie d'une lettre de Monsieur de la Touche
Ministre de Madame Saur du Roy, escrite
à Monsieur de Besze, de Nancy
le 2 de Decemb. 1599.

Monsieur et treshonoré frere, En l'absence de Monsieur du Ma-
nillet i'ay receu les vostres, & les ay presenté à Madame qui en
receu beaucoup de contentement, & vous y fait responce. Elle m'a
aussy commandé de vous escrire ce qui s'est passé ces jours en la
conference que Monsieur Couet & moy avons eu avec de docteur
Comelet, & un Capucin. C'est que ma la ditte Dame incessament
pressée de Monsieur le Duc de Bar, son mary d'escouter les
discours du dict Comelet, qui se faisoit fort de luy monstrer par
la parole de Dieu que sa creance estoit fausse, luy accorda
finalement de l'ouyr en la presence de mon dict sieur Couet &
de moy, qui nous estions rendus pres d'elle, sans avoir eu
aucun advis de la dicte conference, & au desceu l'un de l'au-
tre

tre. Madame nous ayant fait entendre à quoy elle s'estoit enga-
gée, & voyant que toutes nos excuses (quoy qu'elles fussent tres le-
gitimes de n'entrer legerement en cest affaire qui importoit à toutes
nos Eglises) estoyent prises comme si c'~~estoit~~ eussent esté des
pretextes d'ignorance & desfiance de nostre bon droict, nous accor-
dasmes de soustenir la creance de Madame, & la verité de
nostre doctrine: qui fut le commencement du rafroidissement de
leur colere. Et estans venus aux mains en la presence de
Monsieur le Duc de Lorraine, & de Messeigneurs ses enfans, de
monduct Sieur le Duc de Bar, de Monsieur le Cardinal, de Ma-
dame, & de toute l'Eglise establie en sa maison, apres quelques
discours les susdicts Docteurs commencerent à reculer, disans qu'
ils ne disputeroyent d'aucun point si nous ne recevions la
doctrine des Peres, & les resolutions des Conciles pour resolutions
de toutes nos controverses: Nous au contraire maintenions
tant par le contenu des sainctes Escritures, que par les escrits des
peres, que les dictes sainctes Escritures doivent estre le
juge

juge de tels differents, & que nous receuvions la doctrine des
peres & conciles seulement en ce qu' elle serroit soit conforme à la
analogie de la foy, & ne destruiroit par aucune absurdité les
articles d' icelle. Ils nous quitterent la place se contentans
d' avoir la chaire, en laquelle tous les jours depuis preschans
les Advents (comme ils parlent) ils ne cessent de crier
contre l' Authorité de la S. Escripture, & magnifier les inventi-
ons de l' Eglise Romaine. Madame, a laquelle ils avoy-
ent promis par la parole de Dieu que sa creance estoit fausse
voyant combien indignement ils parlent d' icelle, est de-
mourée fort edifiée & confirmée en sa dicte creance, & desgoustée
de tout de leurs vanteries. Elle desire que vous priez
Dieu pour elle, & toutes les Eglises, & proteste de sa reso-
lution en la confession de la verité de Dieu jusques à dernier
souspir de sa vie. Dieu luy en face la grace, & nous
aussi de achever allegrement la course commencée, au bout
de laquelle le chef & consomateur de foy Jesus nous octroye
la

ra la couronne de vie. Je vous salue avec tous nos freres et compagnons en l'oeuvre du Seigneur, & prie Dieu,

Monsieur & treshonoré frere, benir le reste de vostre sejour a l'advancement de sa gloire.

Vre frere & serviteur

La Touche, Ministre du S Evangile.

Viro Eruditissimo & singulari pietate praedito Theodoro Bezae, Genevensium Ecclesiastae.

G Buchananus Theodoro Bezae S P dicit.

F. Etsi varijs occupationibus distineor, & valetudine ita sum afflicta ut nullum mihi otium superset ad communia vitae officia: tamen omnes excusationes Hieronimi Groslotij assiduitas mihi discussit. Nam cum pater, vir clarissimus, cum in Gallia essem, omni officiorum genere me fuisset complexus, & filius me hic tamquam alterum parentem coluisset, non dubitabam me

me apud vos non posse culpam ingratitudinis grauissimam effu-
gere, si illorum alterius erga me officia, alterius iucundissimam
consuetudinem, & tuam perpetuam erga me humanitatem silentio
transmitterem. Nec tamen si id ommisissem, apud homines rerum
mearum non ignaros iustae excusationes mihi defuturae erant.
Illa autem longe iustissima, quod omnibus sensibus praemorien-
tibus, ex imagine superioris hominis hoc, quod mihi superest,
non me viuere sed vixisse testari possit: praesertim cum in
posterum spes nulla supersit vel nouae consuetudinis instituendae
vel veteris retinendae. Haec ego eo confidentius nunc lo-
quor, quod praesens tempus hanc nobis suppeditat facultatem, ut
mearum rerum statum intelligatis ex Groslotio: quem ut vo-
bis commendem, nihil opus esse arbitror. Studia enim ado-
lescentem sine nostra commendatione satis prodeat: Et tamen com-
mendo, magis quia solet fieri, quam quia necesse sit. Quod ad
me attinet, quando taedij superioris vitae rationem non patitur
officiorum consuetudine, omissis laboribus, quibus iamdudum

non

non sufficis, silentio indulgebo. Vale. Edimburgo ad Idus Julij Anno 1583. ex autographo.

Exemplum Regiae Epistolae ad Dn. Philippum Mornaeum Plessiaeum: cum Rex de eius Vulnere cognovisset.

Monsieur de plessis, J'ay un extreme regret de l'outrage que vous avez receu, auquel je participe & comme vostre Roy, & comme vostre amy. Come le premier, je vous en feray la Justice, & me la feray aussi. Si je ne portois que le second titre, vous n'en avez nul de qui l'espee fust plustost preste a desgainer que la mienne, & qui vous prestast plustost la vie plus gaye-ment que moy. Tenez cela pour aussi certain, qu'en est l'effect. Je vous rendrai office de Roy, de maistre & d'amy. Sur ceste verite je finiray, priant Dieu vous tenir en sa garde. De Fontainebleau ce huictiesme de Novembre 1597

Henry

Je seray le 6 du prochain a Blois, bien resolu d'apprendre le pied de Bretaigne.

Copie de lettres du Roy de Navarre
du 28 octob. 1586.

Monsieur de Besze, j'envoye presentement le Sieur de la borde vers mon Cousin, Monsieur le Duc Casimir, craignant qu'il soit arrivé quelque inconvenient, au Sieur de Mongle, que je luy avois naguieres depesché. Je vous ay aussi adverti de l'estat de nos affaires, & vous ay representé l'incommodité & dommage que nous a aporté le retardement du secours, que nous avoit esté promis, & que nous avons si longuement attendu. Il est vray qu'encores que nous avons esté seuls soubs la pesanteur du fardeau de la defensive contre les forces de tant d'armees ennemies, Dieu nous a tellement assisté & benist, qu'ils ont faict beaucoup de pertes d'hommes & d'argent, sans avoir esté beaucoup endommages par eulx. Mais tous s'ennuyent & beaucoup perdent le courage & desesperent de l'assistence de ceulx, qui ont un notable interest en ceste cause, que nous soustenons seuls, encores qu'elle soit commune,

et

et avec de nostre perte particuliere en depend une generale. Nous sommes solicites a traiter de la paix, Mais ie suis resolu d'employer ma vie et tous mes moyens pour la defense & conservation des eglises, & de tout ce qui touche service de dieu. J'entens que ses ennemis taschent de mettre de la division en voz quartiers. Je vous prie me mander de voz nouvelles. & apporter pour l'avancement de nos affaires & de nostre secours tout ce que vous pourrez. Je me recommande à vos bonnes prieres. Je prie aussi Dieu vous vouloir conserver. faites tres certain estat de Vostre plus affectioné amy,

Henry. de la Rochelle ce 20 Octob. 1586.

Illustri et Generoso Heroi D. Melchiori a Rhedern
Baroni in Fridland, Reicheberg & Seideberg
S. Romam. Cæs. Maiest. consiliario & Dicti bel
lici, & Seren. Archid. Andreæ Maximil.
Mareschallo campi, patrono colendo.

S. Jamdudum me ad T. Magn. Illustris & Magnifice Domine, scri
bere

bere aliquid post bene longum silentium meditantem, retardauit partim lo-
ci distantia & internunciorum raritas, partim inualetudo mea nunc ferè
continua. quippe quae ita mecum consenescit, ut paulo post ad tumulum me
comitatura, vel certe non nisi cum hac mortali vita, cuius finis non longe
abesse potest, me desertura videatur. Eam quidem quemadmodum
patienter fero, tum quod iam per annos aliquot subinde recurrenti & magis
magisq. paulatim, ut fit in ingrauescente aetate, exasperatae assuerim,
tum quod hoc senectutis & senum proprium, mihiq. cum multis alijs
commune esse non ignorem, languescere & debilitari; tum denique quod
recordatione vitae laboriosae, & ad Ecclesiae ac Reip. literariae amplifica-
tionem, quantum mihi Dei gratia concessum fuit, collatae, & liberationis
ac futurae vitae expectatione ipsam dolorum acerbitatem aliquando me
irritantium leniam & consoler: ita merito tuae Magnificentiae gratu-
landum esse arbitror non solum de toto vitae cursu laudabiliter, splendide
& gloriose acto, rebusq. publice & priuatim praeclare gestis, partaq.
Imperatorum, aliorumq. ordinum gratia, sed etiam de viridi & vegeta

senecta

senecta, agricola in morem vitiā venescente. Etsi enim de ea peculiaria documenta privatim non acceperim, tamen pro argumento mihi sunt cer-
tissimo expeditiones, iniuria, & labores bellici, quos in hoc Turcico bello, idq. etiam nuper maxima constantia & corporis atq. animi robore à te in hac aetate tuā moribus & annis veneranda obitos accepimus. Sed fortasse non tam de aetatis & virium robore qz de rebus ipsis, tuis auspicijs & ductu in hoc bello confectis, hoc tempore tibi gratulari debemus. Te enim iam in ipso huius belli initio inter illos Duces fuisse meminisse, idq. quantum memoria repeto in Chronicis meis consignaui, qui primum istum hostilem terrorem & direptionem à Croatiā & locis circa Sisci am sitis auerterunt, & Turcarum exercitum trans Colapim flumen fugarunt, interfecto filio Sororis Sultani, cuius quidem caede irritatus tum perhibebatur, ut aperto bello Imperatorem invaderet. Quod quidem bellum hactenus per aliquot annos ita gestum est, quantum mihi in Vratislauiensi scholastica disserenti judicare licet, ut majorem cladem Tur cae acceperint qz nostri. Etsi enim Agriam illi occupauerint; ta-
men

men Strigonium, in cuius possessione iam inveterasse videbantur, ami-
serunt: Jaurinum vero nostrorum negligentia dicamne an perfidia, pri-
mo perditum; quo illorum dolore & indignatione, nostrorum vero gloria
& omnium ordinum congratulatione illis iterum a nostris ereptum sit, omnes
meminimus. Quid dicam de excursionibus longissimis nostrorum
militum in Turcicas regiones? de obsessa ante biennium Buda & op-
pugnata, quod ante vix sperare his in locis ausi fuimus? de capta Bas-
sa? de Transsylvania in potestatem Caesaris tandem redacta? Quae
omnia, & hisce fortasse plura testimonium perhibent de Dei opt. ma-
ximi misericordia, qui Turcicum furorem extra metas erumpere conan-
tem absque dubio hactenus coercet, nec non de Ducum ac militum sub
Imperatoris auspiciis militantium fortitudine, quam merito omnes prae-
dicamus, praesertim eorum quorum virtus & fides in summo periculo
enituit. Inter quos an quisquam Tuae Magnif. & Duo Adolpho
Schwarzburgico antéferri possit, haud scio: illi quidem ob recupe-
ratum Jaurinum: tibi vero ob assertum & conservatum Varadinum.

Quamque

Quanquam sane cum multis alijs ita sentiam, ut illud ingenij & magnanimi
tatis fuit: ita hoc majoris atq. dubio animi & diuturnioris constantiae
esse, tum quod illud stratagema & periculum unius illius noctis & pri
mae incursionis tantum fuerit, hoc vero per septimanas aliquot tam vio
lentae & continuae oppugnationis perpessio longiorem constantiam postula
uerit; tum etiam quod ibi vitae amittendae aut alius contumeliae
subeundae tantum Duci non propositum fuerit discrimen quantum in obsi
dione hac; ubi aut servare arcem aut totum mortem subire constitutum
erat. Illud certe perspicuum est, rarum illam & prope inauditam
visam esse & adhuc videri constantiam & fortitudinem, contra tantam
multitudinem, tantam violentiam, tam crebras longasq. oppugnationes: nec
minus sed plus potius beneficij praestitum esse Ingenio & arti Christi,
ano Conservatore huius munitissimi & amplissimi propugnaculi quam recu
peratione servitij. Quae quidem res fortiter & praeclarissime gesta
ut hactenus passim doctorum & indoctorum sermone, tum inprimis
cum adhuc recens esset, celebrata est, Ego ipse quoq. eo tempore pa
gellis

gillos, historiolam obsidionis Germanica lingua recitantes, tunc reddi
curauj, summamq. eius Chronicis meis inseruj: ita optarim saepius ex:
ctam aliquam ex celebrioribus poetis, qui eandem artificioso carmi:
ne descriptam jucundiorem ad legendum efficeret & posteritati ipsi
conseruaret. Fuerit fortasse, qui hoc conatus sit, sed non omnium,
qui poetas se haberi volunt, eaq. laude utuntur, eam vim ac ge
nium & artem esse, ut id pro literarum intelligentia & iudicij dexte
ritate facile dispiciat. Placuit igitur mihi vehementer insti
tutum clarissimi viri, Martini Brasichij poetae praestantis & celebris
&, consilium amplissimi & clarissimi viri Jacobi Menanij, quorum
utrumq. eo pertinebat ut ille totam historiam obsidionis Wardinj
Epico carmine complecteretur. Id vero postquam confectum fuit, ma
teria ipsa iucundissima, eiusq. expolitio ornatissima postulare visa
est, ut non solum ederetur, sed etiam prius in consessu patrum
Academiae, totiusq. Coetus scholastici pronunciaretur: a quibus ita
auditum est, ut vix quicq. maiore animi voluptate illi esse diu

audiuisse

audiuisse fateantur. Ut autem ipse poeta libenter in hoc historiae
campo, & in viro magno laudando versatus est, seque tum a rei ip-
sius tum a nominis tui celebritate majorem celebritatem consecuturum
sperat: ita arbitror, quomodo Alexander Magnus ab artificibus potis-
simum sculpi & pingi volebat, te quoque multas res a te gestas &
scriptum a perito & laudato artifice celebrari quam vulgari. Et
certe hoc poema ut elaboratum, ita totum nihil aliud est quam tuo-
rum & eorum qui tecum fuerunt virtutis iucundissimum encomion atque
ἀπομνήμα, cuius sonus quoque ad posterorum aures perventurus
sit. Cum itaque mihi de tuo in literas, quas ipse cognovisti
& literatos amore iam per multos annos, quibus me amplexus
es, constitent: rogo tuam Magn. etiam atque etiam ut Martinum
Braschium, huncque illius, tui honoris causa susceptum laborem tibi
carum & suum esse sines. In quem quicquid beneuolentiae aut bene
ficii contuleris, illud ita accipiam, ac si in filium ex me natum
collatum fuisset. Carmen ipsum mihi dignum videtur, quod in

istis

iis locis vendatur, quo latius ibidem spargi possit. Sed tempus est ut finem imponam epistolae, quam verbosiorem fecit materia, de qua loqui coepi ulterius. Deum oro, ut T. M. cum filio unigenito, totaque familia illustri publicae et privatae rebus diu salvam incolumemque tueatur. Data die Annunciationis Mariae, id est ultima feria Paschatis, Anni 1600, quod pascha abest a primo paschate judaeorum, annos ter mille, centum et novem.

Illustrem Clem. T.

venerenter colens

David Chytraeus.

Generosissime in tuis filio tuo Baroni Christophoro, librum de ratione et ordine recte discendi, reverenter dedicare institui, ut videt tua clementia. Epistolam ad eum scriptam clementiae tuae non improbari opto, et Deum oro clementiam tuam una cum filio patriae virtutis et nominis haerede incolumem et florentem servare oro. Iterum Vale

Ornatissimo Viro, D. Johanni Paludio, Illustrissimi Silesiae principis Lign. et Breg. consiliario, domino mihi summe observando Pragae.

Mi Piktare Philosophe, nonnullis literis tuis vereor ne non responderim,
dum te audirem de Itala cogitare, incertus ubi meae commode tibi reddi pos-
sent. At ternas tuas ego nunc demum respondeo: unas 10a Augusti; alteras
16a Novemb. anni superioris; tertias Calendis Januarii datas. Ad primas il-
las quod attinet, in eo quoque tuam in me benevolentiam agnosco, quod de
illo nostro Pragensi scribis. Et sane quidem ista ego illi condono, praeser-
tim cum opus etiam illud Hebraicum, de quo simul tecum in tuo a nobis dis-
cessu collocuti sumus, missum meae apud vos bibliothecae, ut eius appendicem, adiunc-
tum. Abest enim a me, cuius mores tibi existimo non esse incompor-
tos, ut de illo in hac re retinendo pretio cogitarim: et Deus mihi testis
est propositum hic esse mihi unius Dei et Servatoris nostri gloriam, cum
sanctae ipsius Ecclesiae commodo, et aliquo etiam Nobilissimae Zachizeliorum
genti decore, si thesaurus iste illustri ipsorum nomine et sumptu in pub-
licum prodeat. Erit autem ad eam rem, ut spero, vix octingentorum au-
reorum summa opus, quantum possum conjicere: Ad providendum ad eam
rem curandam operis inspector, et fidus ac diligens typographus, characteribus
etiam bonis et Hebraeis et Graecis, aliisque adeo si fieri poterit Arabicis in-
structus

stractis, fuerit peritus necessarius, quales valde fuerint idonei quum in Bel-
gio sint D. Franciscus Iunius peregrinarum linguarum peritissimus, & cele-
berrimus ille suo merito Christophorus Plantinus. Velim igitur dum adhuc
sum superstes, Dominum Dryjmaadum & te serio istic agere de hac re
tota, ut si vobis ita videbitur, mittas etiam ad nos ipsa exemplaria,
plurimum vobis quod hoc res sit, & quid facto sit opus perscribam. Ex
alteris autem literis tuis periucundum fuit mihi intelligere, tam benevolum
illius in te principis animum, cum duplici beneficium muneris tibi collati
accessione, ut ipse non tantum quiete, sed etiam cum dignitate consistere
& operam non illi tantum principi commodam, sed etiam publice utilem
navare possis. Neque sane dubito quin ibi te Dominus ipse, cuius providentia
in hoc theatrum productus, omnibus sancti Spiritus sui donis instruat,
quae ad quemque sint recte & ~~fideliter~~ feliciter in hoc utroque munere obeundo,
dum fuerit, requiruntur. Quo frequentius autem libuerit tibi ad nos
perscribere quae iudicaveris nostra interesse ut intelligamus, eo nos tibi
reddideris devinctiores, ut & in agendis Opt. Max. Servatori nostro gratiis,
& in ipsius ira deprecanda tanto simus diligentiores. Ad res autem

nras

nostras quod attinet, satis adhuc, per dei gratiam, pacata sunt apud nos
omnia, tum quod ad politicum, tum quod ad huius Ecclesiae statum attinet. Sed
& hyemem quam habemus longa & valde aspera, fertilem annum his regionibus
promittit. Et quod ad illum Regis Galliae cum Vetino nostro principe congres-
sum attinet, etsi adhuc de huius tam longae inter illos deliberationis exitu
nondum cuiquam satis liquet, tamen de Regis in nos animo quaeque optima
iubent nos omnia magis ac magis sperare: precibus interea postulo nobis
opus est assiduis, vix unquam quicquid inter illos vel maximo nostro bono
constitutum fuerit, deletum illud Hesiodi effugituris, propter experientia
comprobatum, πῆμα κακὸς γείτων. Sed his quoque, sicuti spe-
ramus, providebit ille, qui suos a superbis oppressos nunquam deserit, &
a cuius unius providentia toti pendere didicimus, postulamus ut, quod no-
bis non defuturum confidimus, & quod etiam te nominatim petere non du-
bito) vestras cum nostris preces coniunxeritis. Ego vero inter ista
etsi eandem adhuc & quidem singularem caelestis illius patris in eo
quoque longanimitatem experior, quod aliquam studiis domesticis operam dare & ami-
cis per literas respondere possum: tamen summo & perpetuo omnis ubi

supplicio

fastidio, et inde ingravescente tempore pressus, coger a publico prorsus abstinere,
domi in hoc unum intentus et pervigil, ne in ipso, quod aiunt, portu im-
pingam: quo me properantem velim, mi summe observande pater, ut animo
et votis precibus comitari non graveris. Caeterum ex Cl. viri, et amicis-
simi nostri D. Menapii ad D. Tollium nostrum literis postremis animad-
verti illum de renovanda nostrorum poëmatum editione, non tantum co-
gitare, sed etiam laborare, adeo quidem, ut etiam quid quoque loco edendum
iubet, illi accurate describat. Ego, ut ingenue dicam quod sentio, nisi obsta-
ret illa summa observantia, qua Illustrem illam familiam veneror, quae
meas istas nugas dignata est, nobilissimi sui nominis praefatione exornare,
illa omnia malim per te curatore quam reddi: si tamen istud vobis proba-
bitur, mittam quum voles, quae post vestram editionem sunt hic a me, pro
ut occasio tulit, scripta, certis eo quo vobis placuerit ordine adjicienda, et
arbitrio vestro de hac re tota statuatur, ne praetermissis quidem meis iam
pridem editis psalmis, quorum nonnullos nuper a me relectos (vide
quam arrogans evaserim) non dubitem cum Scoticis etiam illis, quantolibet
poëtico spiritu plenis, aliquatenus comparare: postulem si cum Hebraeis ipsis

recto

recto judicio conferantur. Nam ita quoque iustum esset meorum carminum

omnium volumen. Vos autem istic etiam videritis an hic potius quam istic

possit illa commodius & emendatius excudi. Sed quorsum haec velut som-

nium tibi narro, qui meo fortassis ex hac ipsa vita discessu, tuum ipsius ad

hoc responsum antevertam? Habeo tamen aliud quiddam non valde dis-

simile, quod tibi significem. Uxor mihi haec ad te dictanti forte superve-

niens, quum te jam istic, abiecta de Italia cogitatione, sedem intellexisset

fixisse, Ergo inquit, vel in Italiam euntem, vel ex Italia cum Nobilis-

simum illum D. Paludinum frustra nos rursum visuros speraverimus? Aderat

una quoque festivissima Catharinula nostra, ad nomen tuum suspirans. At

ego, bono, inquam, animo estote. Veros enim amicos nullum locorum in-

tervallum, nec temporis spatium disiungit, & quandoquidem ita fert tempus

& iustissima ratio postulat ipsorum in has regiones reditum, speremus

iubeo futurum, ut semestribus saltem nuntiis & literis nostro huic desi-

derio, utrinque abunde satisfiat. At tu, mi φίλτατε Philosophe,

quam optime vale & oblatas tibi ab universo nostro collegio, itemque ab

omnibus quos hic habes amicis & uxore mea & Catharinula tua, salutatio-

nes

nes, eo quo consueuisti candore ex[animo] accipere digneare. Vale inquam etiam atque etiam, & nos solitissimo amore prosequere. Geneuae, Calendis Martijs, anno tem-poris ultimi 1600, qui utinam uobis ipsis omnibus felix illuxerit.

Tuus totus Beza.

Generosissimo domino, D Georgio Sigismundo
a Zastrissell, domino mihi summe obseruando.

Peruincunda nobis hic omnibus fuerunt, Magnifice & Generosissime mi Domine, tuae cum alteris D Palladij nostri literae, ex quibus & te eundem ex tam longinqua peregrinatione feliciter peracta, tuis restitutum fuisse cognoui, & ea uti valetudine quam sperare nos iubeat futurum, ut quam de te expectationem omnes istic conceperunt, non modo sustineas sed etiam longe lateque superes. Italicam certe peregrinationem prudenter abs te & tuis omissam fuisse existimo, & futurum spero ut te istius praegnantis commemorationis minime poeniteat: futurum potius speramus, ut haec sint ueluti rudimenta quaedam, quibus ad res magnas & te dignas ge-rendas, patriae totius locis ornamento paulatim instruaris: quod ut tibi Dominus largiatur ex[animo] opto. Caeterum ad res nostras quod attinet, eadem

adhuc

adhuc stat Genevae, tuae apud nos honestissimae commorationis memoriam conservans, quod meo praesertim, & coniugis meae, atq. adeo omnium nostrum nomine testatum esse velim, ne praetermissa quidem Catharinula nostra: qui omnes tibi optima quaeq. dies & noctes precari non desinimus. Speciatim autem pro benevolentia in me singulari tua, vir Generosissime Domine, abs te peto, ut me magis ac magis ad melam properantem & penitus in hoc vanitatum intentum, ne in ipso portu impingam, amore, & precibus Sanctis tuis adiuvare digneris. Caetera de statu nostro plenius velim ex ipso fratre nostro cognoscas, quem te, licet alia quam meliore occasione, nunc etiam esse arbitror: minime quoq. omissa Nobilissimi Domini & agnati tui, Dn. Vuenceslai mentione, quem etiam atq. etiam reverenter saluto. Genevae Calendis Martii, veteri calculo 1600.

Generositatis tuae Dignitati addictissimus

Theodorus Beza.

Ad Dn. Wenceslaum Budowezium. Caes.

Consiliarium in Camera provocationum: Prag.

Postremas tuas, Magnifice & mihi summe observande Domine, istinc XII febr.

xij superioris Februarij datas, tandem accepi, quo longiores eo sane gra
tiores, non illius modo quã me dignaris beneuolentiae plenas, verum etiam pie
sancte & plane religiose scriptas. Cogitationes igitur istiusmodi et con
silia tam recte & istis praesertim in quae nos incidimus temporibus prorsus ne
cessaria, vtinam sacer ille Dei & seruatoris nostri spiritus abunde magis
ac magis & ipsi tibi suggerat, & omnium Suorum animis insculpat. Aut
enim ego prorsus fallor, aut, sicut tu quoque prudentissime prospicis
asperiores nobis quam vnquam antea tempestates impendent, quocunque oculos
conuertimus: aliorum quidem quotidie augescente immedicabili Exca
catione, cui iampridem nihil adijci posse videbatur: aliorum vero auda
ciam ijs ipsis fouentibus, a quibus illam compesci, humanitus, alicuius
saltem publicae tranquillitatis retinenda causa, oportuit: cunctis denique sese
efferente in nimium multis, percepta quoque, si mores ipsos spectemus, veri
tatis superbissimo contemptu, ut nunc in illud ipsum horrendum tempus in
cidisse mundus plane videatur, quod ipse iampridem Dominus & judex, lu
cae 18 c. denunciauit. Est tamen hoc quoque & nobis promissum

& reipsa

et reipsa saepissime compertum, nunquam magis in suis conservandis enituisse

illius nostri παντοκράτορος εὐδοκίαν, quam quum essent omnia ex-

trinsecus desperata. Quid igitur? nimirum, minime hoc esse de-

sperandum, sed unicuique potius pro sua in Ecclesia, seu privatae seu publicae

vocationis ratione, quanto magis ab adversariis premimur, et quanto magis

ut ait propheta psalmo XLII abyssus abyssum accersit, tanto diligen-

tius et animosius de praestando officio satagendum, atque adeo potius contra

spem sub spe, Abrahami credentium patris exemplo, illi nostro Ἀρχι-

ποιμένι credendum, quem ipse iam mihi videor ~~suum~~ suis ipsum

interpellantibus audire totidem illis verbis respondentem, quibus item ille

Isaacum olim suum confirmavit: DOMINUS inquiens, PROVIDEBIT

FILI MI VICTIMAM. At enim ille jam illam et sibi providit, et nobis ex-

hibuit. Sed quorsum haec ego apud te, quem scio vel sedes nullis mea

cohortatione ad opus Domini promovendum indigere, ut omnes istic tuo

potius fortitudinis exemplo confirmentur. De his igitur, amice quidem plus

satis. Ad res autem nostras quod attinet: restat quidem adhuc ad-

mirabilis

mirabili prorsus, unius Dei praesentia freta, Gebennensis haec ciuitas, Antichristo speciatim exosa, & vicino principe, quo tota undiq circum cingitur, eodemq. non minus potente q malevolo in ipsius libertatis oppressionem penitus intento: magis etiam q unq alias piorum omnium subsidium & preces requirens, gratias propterea, vir generosissime & ornatissime Domine, tum abs te tum ab omnibus sanctis Ecclesiarum vestrarum pijs coetibus, bona cum tua venia postulare non dubito, tantisper dum istius de qua nunc inter istum Galliae Regem & nobis vicinum principem agitur tractationis exitus apparet, a qua certe firma tota & huius Ciuitatis & vicinarum regionum tranquillitas dependet. Ego vero inter ista tam incerta & plane fluctuantia, etsi mihi singulari Dei beneficio eousq moderata placidaq senectus adhuc obtigit, ut etiam aliquatenus & per interualla dictandis ad amicos literis, imo domesticis quoq studijs operam aliquam impendam: tamen continere me domi ipsa cogit virium & corporis & animi imbecillitas, in hoc unum penitus intentum, ut absq. naufragio tandem ad illum optatissimum portum prouehar

uebar. Huc me vero magis ac magis properantem velim, Magnifice mi Domine, ut precibus adiuuare tuis, pro illa tua in me, licet immerentem beneuolentia, pergas: sicut vicissim Deum opt. max. toto pectore peto ut quo te totum respicere, per ipsius gratiam adhuc demonstrasti; illud ipsum reipsa praestare quod felicissime pergas, idest ipsius esse Numinis singularis magis ac magis, tum in publico tum in Ecclesiastico tuendo statu, instrumentum, ad ipsius gloriam amplificandam & maxime tot regionum bono.

Sed & aliud. Vide pag. seq. 427

Magnifico et praestantissimo Viro Dn. Joachimo a Berge, in Herrndorff et Kladen Caes. Maiest. consiliario, domino & patrono suo venerander colendo:

S. P. Magnifice & praestantissime Vir, patrone venerander colende. Talis mens hominum est, qualis fortuna dierum, Tristis in aduersis, in rebus lota secundis. Non casu volvente, Deo sed cuncta regente. Fateor igitur non leviter me animo perturbatum fuisse, cum proxime litteras ad M. T. darem post recentem obitum mei ex sorore nepotis, quem & propter cognationem diligebam, & quod indole erat bona & jam a M. T. promissionem habebat

habebat stipendij quo ad maiores studiorum progressus in Academijs fa
ciendos uti potuisset, si viuere diutius licuisset. Verum praereptus ille
est nobis, diuina prouidentia, quae res nostras ac nostrorum melius gu
bernat quam nos agitare possumus. Sic igitur sepulto apud nos procul
à patrijs laribus, Epitaphium hoc inscribi curauj: Hoc tumulo qui "
escunt, sub spe laeta resurrectionis ossa iuuenis pij & eruditi Pauli "
Pelmanni Plauensis, Reverendi Doctoris Christophori Pezelij in Ecclesia "
Bremensi Superintendentis, ex sorore unica & carissima Nepotis: Qui "
à Magnifico & Nobilissimo Dno Ioachimo à Berg etc in numerum "
clientum & beneficiariorum receptus, primo anno, quo in scholam Bre "
mensem missus fuerat, qui annus a natali Christi fuit MDC, ad "
diem XII februarij in inuocatione filij Dei placide obijt: cuius memo "
riae monumentum hoc fieri curauit Christophorus Pezelius D. Auuncu "
lus in ijsdem meis literis proximis, in quibus apud M T casum hunc
acerbum deplorauj, antequam collegissem animum à recenti luctu, petieram
subsidij aliquid ad satisfaciendum Rectori scholae nostrae Thomae Sepsy
rondero, pro victu quo in annum prope integrum in domestica eius conuersa
tione

tione usus ille fuerat: tamen praeter decorum me facere postea cogitauj
quod oneris nonnihil M. T. imponere ausus fuissem, eius adolescentis
causa, cui promissum fuerat stipendium, sed qui propter absentiam meam
obligatus nondum erat M. T. usitata illa obligationis formula, qua
Domesticj obstringi solent, quamque M. T., antequam iter longum in su-
periorem Germaniam ingrederetur, ad me miserat. Itaque si quid in dolore
[illegible], petitione illa mea peccauj, ut id candide in bonam partem accipere
M. T. & dolori meo ut det veniam, reuerenter peto. Porro cum
literis proximis etiam miseram exar resolutionis testimoniorum Catholicorum
M. Tuae nomini inscriptum & dicatum: huius etiamnum exemplaria
duo mitto, quibus postquam ad M. T. profecta est, caruissem inuito a
Typographo, donec voluntatem de illo M. T. explorassem. Interea
prodierunt in lucem del tandem Consilia Melanthoniana graeca latina &
germanica, in quibus quanta sit varietas optimarum rerum, indices quos
statim a titulo literarum addidi, ostendunt. Ut igitur ante hac M. Tua
aliquoties illorum editionem flagitauit: ita exemplaria duo nunc mitto
serius quidem Tua M. opinione atque expectatione, & meo desiderio. Sed
&

et tarde exemplaria pauca Francofurto nactus sum, ad te citius mittere
impeditus fui, partim inopia occasionis illa mittendi, partim una et bonis
incertius(?) inter alteras occupationes in manus sumptus liber defensionis
beatae illius animae, Philippi Melanthonis nostri, adversus criminationes
iniustissimas adulterae generationis [illegible], cuius librum maledicum(?) stu-
rum(?) pii viri pastori(?) [illegible] [illegible] nondum a quoquam
refutatum esse, et quia nemo alius hunc refutationi maiorem adiunxisse,
valde a me contemnendum(?) dignum esse opponendum putavi. Quod prae-
fationis loco in editione Consiliorum Philippicorum facere cogitabam: sed
secutus de iudicio amicorum, scripto proprio complecti satius esse duxi.
Tantum igitur de Typographo meum librum, qui, si permittetur ei po-
testas in Palatinatu, spem mihi non dubiam fecit, defensionis illius
edendae, quae non tam meo quam omnium Philippi Melanthonis discipu-
lorum, et doctrinae eius orthodoxae amantium nomine conscripta est et forte
ad [illegible] προσφώνησιν(?), si ita videatur tibi [illegible] instituetur, ut
ad nundinas autumnales, Deo iuvante, lucem aspiciat. D. Peuceri
[illegible]

desertionem rejeci statim initio huius meae scriptionis in Historiarum ejus

editionem, quam parapsidam secum habent Typographi. Cogito et Exilium

Witebergensium historiam brevem penitentem conscribere Germanice. Abge

notigte erzehlung dessen so den vertribenen allen Gottseligen Theolo

gen im Churfürstenthumb Sachsen, fur welchen Herrn, wehr Ihre Christ-

liche bekantnuss von der Person Christi, und dem H. Abendmal bezeugen

und widerfahren ist. Postrema epistola Melanthonis iamdiu M. T.

a me promissa: sed moram efferunt Typographi metuentes sumptum ex

editione, in hoc saltem contenti scriptorum Melanthonis. Lateret autem

magnopere, cum intellexero Mag.^{tis} T. oblata esse exemplaria edita

mea recentiorum nostrarum, et eo M T. salvum et incolumem esse pu

tasse, et testimonium meae erga M T observantiae et studii approbare.

Cum nuper in Dresdensi conventu in mensem alterum iam fuerunt, de

liberasse feruntur de dispensatione opponenda libro Marchionis Baden

sis: sed ne arietes contra statuae aeneae inferentes hic isti prosus in-

currendo septos comminuere atque frangere. In Belgio Mauritius Has

sovius, post occupatum vallum sive fortalitium Busschduke in Braban

tia

tia, & vallum Andreanum in Bommelia à Cardinali Austriaco Andrea ex-
structum) instruxit novæ classem ingentem navium circiter bis mille,
quâ impressionem facere cœpit in Flandriæ maritima loca, ut et ex-
cursiones Hispanorum ex Dunkirchen & vicinis portubus compesceret. De
munitiones pro tuenda Selandia parat. Ad hanc classem cum peti-
visset ab Ordinibus Hollandicis sumptum sibi suppeditari, neque utile
esset ante tempus consilii cuiusquam arcana, duo viri prudentes & fide
ac taciturnitate praediti, missi ad eius collegium fuerunt, qui re-
versi ad suos in immensum praedicarunt sapientiam & industriam Mau-
ritii, & ne quid sumptus ipsi negaretur ad institutum promovendum im-
petrarunt. Angliæ Regina pacem cum Hispano fecit. Legati autem
à Cæsare missi in Belgium, re ipsa animadverterunt, pacificationem Hol-
landis persuaderi non posse. Dux de Arschot, alapa ipsi contumelio-
se inflicta ab Alberti coniuge, aliquid militum contraxit militum & in
Artesia ac Hannonia iam vagatur, non obscure ostendens in Hispanos
odium & malevolentiam. Albertus belli nervis destitutus adeo, ut
nec factiosos suos milites, non quietiores donec stipendii ipsis numerentur
compescere queat

compescere quaerat. In Galliis colloquium institutum fuit inter Dominum
de Plessy, cuius liber gallice contra missam pontificiam, anno superiori
est editus & Episcopum quendam de Evreux, in praesentia Commissariorum
Regis. Voluit Plessiacus librum integre legi in eo contenta & ex con-
textu iudicari de singulis particulis, quae in disputationem venirent. Sed
obtinere hoc non potuit, Episcopo adversario urgente, ut quas ipse
notasset allegationes ex patribus, falsas esse ostenderet: Quas etsi
magno numero primum protulit, res tamen ad extremum pervenit
ad novenarium numerum. Ex quibus ceteras quidem repudiarunt Com-
missarij Regij. Duo autem errata sua agnoscere voluerunt Plessiacum,
qui ex aegritudine animi in febrim paulo post incidit, tum accedit
ex instigatione Pontificis Romani, mandatum Regium, ut libri, quibus
hactenus Plessiacus usus esset, ei abrogarentur, [illegible] Regis interim
& gubernatoris in regno Navarrae. Affirmatur autem ab iis quibus
circumstantiae colloquij istius notae sunt, tria illa σφάλματα in quibus
Plessiacus damnatus est, aberrasse in citationibus sententiae scholasti-
corum, non in allegationibus doctorum ex veteribus Scriptoribus.

In ea parte Galliarum quae Normandiae nomen habet, celeberrimus quidam
Monachus, prior Societatis Carmelitarum, Auditorum papisticorum et
rerum publice visitarum, opposita confessione sua [illegible] et [illegible]; quam
ut M. Tuae mitterem, curavi ex Gallico transferri in latinum sermo-
nem. Non dubito M. T. eam probaturam esse, cum admodum sit pa-
thetice scripta et ducta, et exemplum sit mirandae Dei potentiae in
convertendis animis hominum ad agnitionem et professionem veritatis.
Populo Anglici, negotiationum suarum, quae Edicto Imperatoris pro-
scriptae fuerunt anno superiore ex Germania, sedem sibi nunc consti-
tuerunt Embdam: Et mittatur ad Imperatoris aulam ut ratum id
habeatur Maiestatis illius permissione. Bene et feliciter valeat M. T.
quam in annos Nestoreos vivere opto, in sincera firma et valida: quae
in tanta aetate tua conservata est [illegible] divino. Bremae
21 Junij. Anno Christi 1600

Cum omni animi veneratione amans et
colens Magnificentiam Tuam
Christophorus Pezelius D.

Post scripta. Hoffmannus professor Theologiae Academiae Juliae
editus

adhuc arcto detinetur in Wolffenbüttel. Status controversiae inter ipsum et professores philosophos eiusdem Academiae haeret in his capitibus, quae asserit Hoffmannus, negant philosophi. I. Philosophiam ab Apostolo inter opera carnis numerari, sub nomine haeresium. Gal. 5. II. Eundem Apostolum Coloss. 2 non tantum abusum sed usum ipsum verum, verissimum, veris-simum philosophiae damnare III. Philosophos esse patriarchas haereticorum. IIII Notitias nobis innatas mendacia esse, sed post [illegible] der veras esse fatetur Hoffmannus, verum non simpliciter veras sed falso veras. V. Eundem Diabolum nescire esse Deum: aut si sciat aliquid de Deo, neque ipsum bonum, neque ingenio credere esse Deum. VI Eundem in externo iudicio tolerabiliorem esse futurum scelestissimo totius orbis nebuloni quam perfectissimo et modestissimo omnium philosopho. VII Lo-gicam ex doctrina Ecclesiae eiiciendam esse. Idque Lutherum sic censuisse.
Has κακοδοξίας et paradoxa hypothetica ex Ioannis Caselii Apo-logia ad verbum descripta ad te mittere volui, ut infelicitatem huius seculi deplores cum piis et doctis omnibus, qui dolent tantam licentiam permitti sophistis illis in quibus est inscitia et arrogantia

quam

Deus conservet et regat. Iterum atque iterum vale vir praestantissime,
et me solito amore complectaris M. T. aliquem semper inter amicos
tuos locum habere sine. Br. L. D.

Confessio Christiana Reverendi patris Abrahami
quondam Prioris Carmelitarum Arelati, pro con-
cione dicta in Ecclesia reformata quae est
Vez in Bohemia.

Summus ille philosophus, qui ob dotes ingenii et virtutis, quibus a Deo
ornatus erat, divinus dictus est, Plato ingentes gratias Deo reddebat
de his tribus: quod homo natus esset, non bestia: quod Graecus, non bar-
barus: quod tempore Socratis, per quem, velut manum ducentem, plurimum
in studio sapientiae et virtutis profecisset. Quod si bono jure Philoso-
phus Ethnicus beneficii loco ponit incidisse in aevum Socratis, a quo hu-
manas scientias accipere poterat, non cognitionem salutis aeternae, quo vin-
culo adstrictos nos esse iudicabimus gratiis et laudibus Deo reddendis!
qui nos hoc seculo nasci voluit, quod cruore multorum martyrum co-
loratum, splendet nihilominus claritudine Evangelii per tenebras et tene-
bras

bras, quas fraus Diaboli obiecit, ut Sol iustitiae & lumen Veritatis homini
bus occultaretur. Ego hanc gratiarum actionem profiteor me debere
Deo praeter caeteros, & inter alia quae a manu Domini accepi summam in
dico hanc conversionem meam, & ingressum in Ecclesiam, sine quo (eheu!)
quid caetera beneficia, quae Dominus mihi largitus, nisi ad iudicium &
mortem. Cui bono erat factum esse ad imaginem Dei, cum integra &
exteras Vestes praeferrem? Quid iuvabat oculos huius corporis lucem
intueri, cum animus interea tenebris infidelitatis obductus jaceret?
Quid ad valetudinem sanitas puri huius corporis faciebat, si nefandis
impietatibus infectus, contagiosus erat animus meus? Quam non honori
fuerim, doctoris munus subire, & mendaciorum professori? destruere non in
struere? vastare, non aedificare. Domino sit laus & gloria, qui
oculos mihi detersit, & lumen Evangelii aspicere passus est, ad quod
tam diu caligaverunt. Benedictus sit ille dies, quo Dominus in
me manifestavit effectum Electionis suae ab aeterno: quo me filium
adoptivum & legitimum heredem magni & aeterni regni agnovit.
quod filius eius Jesus Christus pro sua morte perfecta obedientia sua,

Aspicit igitur nunc me constitutum in domo Domini, in amplexu et
gremio sponsae suae, quae tam aliena est a flagitiis & sacrilegiis impu-
dica debet, quam veritas distat a mendacio, lux a tenebris. Imo aspi-
cit me nunc libertate & tranquillitate conscientiae donatum, quae toties me
stimulaverat, ut saneb tandem ex istis seminariis errorum papisticorum,
ex istis sentinis & cloacis impietatis evaderem, ubi sanctum nomen Domini
flagitiose prophanatur, Ubi verus Dei cultus qui sponsae suae Ecclesiae unice
debitus est impudenter prostituitur, & communicatur cum idolis et crea-
turis, Ubi sanguis Christi contaminatum est, Ubi unicum eius sacri-
ficium expiatorium peccatis nostris delendis insufficiens habetur, Ubi
opera hominum certant cum merito Christi, Ubi filius Dei redemptor
ad intercessionem & sanctificationem, Ubi illi e manibus extorquetur
virga pastoralis, qua gregem suum regit, & imperium mundi Ecclesiaeque
suae regimen cum eo dividitur: Ubi filius perditionis, detestabilis ille
Antichristus Dominum se agnosci ex parte audet, cuius vicarium se
praedicat in domo, in regno, in imperio eius, quod est Ecclesia. O
blasphemia, o detestanda dogmata, quorum defensionem nimis diu

Sed

(sed frustra) obfirmato animo sustinui: quibus propugnandis hanc lingu-
am totis exercui, in nobilissimis civitatibus huius Regni, & in hac prae-
sertim. Sed sanctificet Dominus desiderium meum, & benedicat labori
meo: Ut antehac vox ista instar canalis fuit, per quem mendacia &
fraudes Satanae distribuerentur, deinceps pro tuba erit ad publicationem
Evangelicae veritatis, ad annunciationem voluntatis divinae, ubique lo-
corum, quo me Dominus vocaverit. Iuvante Domino, non metus, non
spes, non sollicitationes ullae aut minae abduxerint me ab hoc consilio
& proposito vivendi & moriendi in ea fide, quam Ecclesiae Reforma-
tae in hoc regno profitentur. Sic per spinas & aspera mihi am-
bulandum est, & undique difficultates nascuntur, quae iter meum remo-
rari conantur. Cum hoc scio, hostes salutis meae in furorem actos
hac conversione mea confecturos varias calumnias & dolos quibus
invisum me Ecclesiae Dei, & suspectam professionem meam reddant. Imo
& hoc tentabit Diabolus per eos qui se pro amicis meis
venditant, constantiam meam labefactare variis promissis. Verum quo-
quid fecerint, nihil proficient. Hoc deo me firmat [illegible]

[illegible]

omnem impetum: primum quod Calumnia ipsa se confundat & incolumes opposita dissipat instar nivis ad radios Solis. Alterum quod in domo Dei constitutus arce inexpugnabili, nec potentiam hostium metuam nec dolum pertimescam, securus in Domino, qui iniustas machinationes ipsorum dissipabit, & violentiam franget, non aliter quam alti scopuli inter se collidentes fluctus. Strepant illi & fremant in vanum: tandem minaces eorum impetus in spumam desinent. Deus pro infinita bonitate & misericordia sua firmet me, & perficiat opus quod in me coepit, largiaturque diu temporis vivam in domo, in Ecclesia sua. Amen, Amen, Amen.

Tota Concio: & bona eius pars lachrymabunda, acclamabat Amen.

Die 9 Januarij 1600

vide 5 pag ab fine 7
326 v°

Sed & aliud est, de quo tecum familiarius etiam agam, ille rursus tua singulari humanitate fretus. Est isthic Genevensis quidam adolescens, Marinus Gallatinus nomine, honestissima familia natus & patritia quidem, sed pietate potius & multis virtutibus quam opibus conspicua. Eum olim secum ornatissimus & beatae memoriae Dominus Daniel Stresela isthuc atque perductum adeo gratum habuit vivus, ut domestico ministerio

tuo sit enim dignatus, et moriens clarissimo Viro, Dn. Salandro Doctori
Medico diligenter commendavit, à quo nunc est ut audimus Erogam
deductus. Illum igitur ita spero semper vir Salum, ut protinum adeles
Centum decuit, et bona fide illo suo ministerio functum rogo ut qua
consuevisti humanitate commendatum habere digneris, honestam q[ue]
lam totam familiam, imo et meipsum tibi hoc quoq[ue] beneficio devinctis-
simum habituras. Bene vale Magnifice et mihi summe observan-
de Domine et nos Vir[illegible] amare perge. Genevae 6 May 1600

Theodorus Beza.

Nobilissimo et Amplissimo Domino, D. Mattheo
Wachero [illegible] Caesarea M[ajesta]tis a Consilijs
In aula

X

Nobilissime et Amplissime Domine

F. [illegible] Suavc mihi fuit ex intervallo repetere benivolentiam tuam in
me et affectum. Vetera haec sunt et firma, non ignoro. Sed
tua peregrinationes, nec longiores [illegible] permiserunt coli amicitiam
et focillari his officijs quae vulgo sunt recepta. Etsi animus
et memoria, adloquerimo apud amicos, apud te [illegible] non ra-
ro

ro fuerunt. Quo magis gavisus sum & literis tuis & Hertelio
viso, a quibus utrisq. volentia omnia & laeta de te cognovi. Tu,
nec saluti: famae dignitati & utraq. Deus tibi diuturna esse velit,
publico etiam bono. Nos, ut dixi, in veteri langvore & tamen
semper aliquid pangimus, quatenus per eum licet. Per eum? imo
& per turbas patriae, quae nos circumdant. nec per novos hos
principes nova etiam pax aut tranquillitas nos revisit. Ad-
versarii ab iis alieni & nunc ferociores per pugnam & victoriam
recentem, quam in Flandria pepererunt. Ad Deum imus: qui
te quoq. Amplissime & Nobilissime Domine tueatur & meo & bo-
norum voto. Ego certe sum

animo & obsequio tuus

Lovanii. postrid. J. Lipsius.
Nonas Iul. ∞ IↃC

Adolescenti quem commendasti & volo omnia
& faciam. per[illegible] mihi indicitur.

Clarissimo Viro D. Ioanni Schultici Ill.mi Silesiae
principis, Lign. & Bregensis Consiliario.

Etsi fore

v ū

Etsi fore sperabam, mi suavissime Paludi, ut te, sicuti spem eius boni mihi feceras, ex Italia redeuntem conspicerem, quo nihil quicquam mihi jucundius accidere potuisset: libens tamen audivi tibi ab hac repetenda peregrinatione liberato, liberiorem et honoratiorem quoque id est, te digniorem conditionem contigisse, quam tibi et illi inclytae familiae, cuj hanc etiam operam navas, felicissime cessuram spero, confido. De hac autem tua in me perpetua benevolentia, cujus veluti characterem in postremis tuis ad me literis gentilissime insculpsisti, magnam tibi gratiam habeo, et quidem inprimis, quod te animadverterem idem prorsus mecum sentire et optare de illa nova Pentateuchi Mosis procuranda editione, tum ipsi Deo grata, tum Ecclesiae utili perutili, nisi valde fallor, futura, et aliquid etiam illi, quamvis iam per se illustri Lastrisellianorum genti, splendoris apud posteros allatura. Itaque etsi antea de hac tua in hoc procurando negotio cura certus, literas huius mensis Julij Calend. datas Pragam ad te misi, eiusdem prorsus argumenti, quod in postremis ad me tuis expressisti, quas et ad te velim jam pervenisse, vel prius quam has

accipias

accipias literas, perventuras cito: placuit tamen alias eiusdem pror-
sus argumenti, ex animi tui sententia scriptas illis adijcere, adiunctaque
quoque ad nobilissimum Dominum Sigismundum nostrum consolatione
super Herois illius obitu, quas propterea nondum penitus obsignatas ad
te mitto, ut eas abs te lectas et tandem penitus obsignatas, si quidem
tibi probabuntur, ad ipsum certa fide perferendas cures. Quid
igitur superest, nisi ut, si modo sine aliquo tuo incommodo, prae-
stari abs te illud quoque officium potest, impetrata ab illis ve-
nia ad nos advoles, pauculos tantum, ut spero, dies nobiscum
mansurus et ante hyemis quoque asperitatem facile istuc, una cum
binis vobis consecrati thesauri exemplaribus, Deo favente, redi-
turus. Quod si etiam potueris istuc ex illa moderatissima
gentis illius nobilitate navisti et tecum adducere qui hospitiolo
quoque meo contentus, suavissimi illius Dni Sigismundi nostri consue-
tudinis memoriam mihi repraesentet, certe maximo beneficio nos
hic omnes, ac me praesertim afficeres, ut quo cuius nihil optatius possit
contingere ista mea in totam illam nobilissimam gentem observan-
tia

tiæ, uel sæpe repetita testificatione. De rerum autem nostrarum statu uelim ex iis epistolis Dno Sigismundo nostro inscriptis cognoscas. Vxor uero mea, ut & neptis utraque, ac præsertim Catharinula magis ac magis festiua, & in hunc quem speramus nos inter conspectus longe cupidissima tibi officiosissime te salutant, & jam pene oculis fruunt. Bene itaque uale, ac potius tibi optime uale mi philosophule Patricii. Genevæ 16 Julij 1600.

Tuus totus Beza

literis ipsi Domino Sigismundo scriptis ideirco non Excellentiam inscriptionem ne quid forte in ipsum peccarem, ignoramus quibus nunc titulis ornetur: cui detestemini uelim ut ipse uideam

Ad D Georgium Sigismundum Zastriselium &c

Terras igitur reliquit, magnus etiam ille vir, tuus, cognationis quidem iure patruus, reipsa uero alter tuus parens, neque tantum inclytæ tuæ familiæ, sed Ecclesiarum quæ illic sunt Dei manu plantatæ ueluti columen: singulare denique piis & bonis illic omnibus plurimarum, nec Xianæ minus virtutum exemplum: ut in illo uel uno habeant illic omnes, quod sibi ademptum fuisse lugeant deplorent. Neque uero luctus iste per se reprehendi

hendi nequit potest. Est enim Deus ille noster optimus max. tum quia
nisi per nos steterit, vel maxime beneficus, quum ea rebus sublucens
quibus nos erat dignatus, videri potest suum in nos animum immutasse
falso id quidem, cum sit reipsa vel maxime in iis perpetuo immutabi-
lis, quo Apostolus propterea ἀμεταμέλητα vocat. In nos ipsos igitur vita
hac potius varietas & mutatio cadit, & ea quidem plerumque in deterius,
illo propterea in sua nostri gubernatione, varias quidem species induente, sed
idem tamen semper agente, ac eundem sese praebente. Sic nos ille modo
peccantes castigat, non ut opprimat, sed ut poenis ipsis eruditos peccatum
odisse doceat, modo ut graviores aliquos cruciatus praemonet, modo nos
explorans ad veram nostri notitiam adducit, ut in promissis ipsius suis
non nudis sed multiplici ipsius in nos beneficentiae experientia confir-
matis, fides illa nostra acquiescat. Fit enim tandem ut ea quae
per se videbantur ipsius in nos commoti animi minime vana testi-
monia, admirabili ipsius bonitate & immensa potentia modo καθαρτι-
κὰ, modo προφυλακτικὰ medicamenta fuisse comperiantur. Stat
enim illud

enim illud ab Apostolo traditum & innumerabilibus testibus compro-
batum, Cuncta eorum bono & commodo cedere, qui vere Deum dili-
gunt. Et ut ad te propius, Illustris mi Sigismunde, accedam, quan-
tum & quam multiplex est illud Dei in hoc quoque infesto vulnere tibi bene-
ficium, quod illum tibi tantisper servavit, dum adolescens? ita feli-
citer natus & sapienter educatus, iis denique donis instructus, quibus non
tantum ipse tibi utrique prospicere, sed etiam cum te patriae toti praestare
posses, in quo potius ille revixisse quam semel ereptus fuisse mihi videtur.
Cui & illud addo, quod simul & illum Deus ad se revocavit, & te
ex Italia salvum & incolumem patriae restituit. Quid igitur su-
perest? nempe ut de illo quoque tibi consulto domestico exemplo imi-
tando, vel potius omni virtutum genere superando adhuc cogites. &
(quod omnes Deo favente futurum confidimus) nunquam committas, ut ipse
tibi ille in te videri possit defuisse. Sed quorsum haec tam mul-
tis apud te? Minime profecto quasi ista commonefactione ut necessaria
indigeas: sed quod etiam interdum iuvenit volentem quoque currentem
hortari. Caeterum, vel iam tibi esse reddidas, nisi priusquam istas
acceperis

acceperis, ad te perventuras spero, quas ad te tenuis ipsius recens celeb-
des dedi, & Pragam Dno Patrueli nostro ad te transmittendas misi. Ex
iis autem plerisque cognovisti, equid me potissimum ad hanc novam
Pentateuchi Mosis editionem expetendam, atq. adeo Dno praeeunte nomine
publicandam impulerit: nimirum de religione christiana hoc quoque bene
fiat efficienda, perpetuum meum votum. Est enim procul dubio haec
editio studiosorum animos, ad illarum duarum quoque peregrinorum
linguarum cognitionem converatura, Persicae nimirum & Hispanicae le-
teris, quarum illam audio Oriente toto vigere, hanc vero in Synagogis
etiam Africanis usitatam esse: unde fortasse christianus earum ling-
uarum notitiam adeptus, aliquis editis ad illas quoque gentes erudien-
das pateebit, idq. consilio & successu, si Deus volet, prorsus alio quam
antea fuit ab Jesuitis sive Pseudojesuitis illis propositum, qui si-
mili occasione arrepta remotissimas illas gentes non a Mahomete
ad Christum, sed ad Papam, id est ab uno ut ajunt Diabolo ad al-
terum traduxerunt. Et ut spes ista vana sit: tamen tot lingua-
rum, cum ipso Hebraeo textu collatio, nisi fallor, multum est lucis non
paucis

pauris illustrandis locis allatura. Et cum hinc quoque non parum de
cus ut spero, sit inclytae Zollerisellionum familiae accessurum, cuius
videlicet sumptu praeclarum hoc opus fuerit publicatum, quid me quoque
magis iuverit, quam si mihi simul contigerit et de ecclesia tam bene me
reri et vos in huius laudis participationem adducendo, meam in vos ob
servantiam sic quoque testari? Sed hic omnino tuum consilio ad
hoc simul et instituendum et perficiendum negotium, tum non parvo;
rum fide, diligentia et industria opus est, ut hic quoque valeat illud: Dimi
dium facti, qui bene coepit habet. Itaque si tibi visum erit, opus istud
aggredi, mi Generosissime Sigismunde, vehementer etiam atque etiam
abs te illud quoque peto, quod alteris illis quoque expressi, ut si quo modo
sine tuo, aut studii nostri magno incommodo fieri poterit, illum ad nos usque
excurrere patiaris, quo cum de re tota intra paucissimos dies facile
dispiciam, illo statim ad te cum exemplaribus ipsis reverso, ut quam
primum operi ipsi manus admoveatur. Facit enim haec aetas mea
et praeterea subinde alternans valetudo, et difficultas multiplex hic
occurrens, si per literas fuerit inter nos agendum, ut plane metuam, ne

mors

mors ipsa interveniens istas omnes cogitationes nostras abrumpet: vel
interea nobis pereat praeclara illa et pene unica huius rei recte perfi-
ciendi operis spes, et quae nunc sese offert clarissimi illius Typographi Plan-
tinj videlicet, et praestantissimorum illorum hominum, Scaligeri, Lipsiique Iu-
nij, Drusij, et Vulcanij opera, quibus similes, nedum pares frustra op-
taverimus, alios huius editionis inspectores, sicut et illis quoque postremis
literis meis tibi significavi, ut de re tota semel arbitrio vestro constitua-
tur. Denique ad rerum nostrarum statum quod attinet, stat
adhuc, singulari Dei beneficio, Geneva, qualicunque pacis inter Galliam et
vicinum nobis principem initae specie fruens: sed tam incerto statu
ut magis ac magis, verum illud Hesiodi experiatur [illegible]
[illegible], et nunc forsitan magis piorum omnium precibus indiguerit.
Eas vero vos istic pro illa, quam hactenus experti sumus, vestra in hanc
Rempubl. Christianam charitate minime defatigandos confidimus, solliciti
expectantes, quid sit tandem nobis sive triste sive laetum allaturus
Regis ad Lugdunenses adventus, tum inter Regem et eum quo circum-
cingimur, nec aliter quam antea in nos affectum principem, de religione

inter

inter ipsos nonnullis controversijs convenerit: sive, quod potius futurum
ipsi pene iam oculis videmus, bellum inter ipsos exardescat: quorum au-
tem neutrum absque permagno huius totius regionis incommodo, & nobis ipsis
magno damno & periculo futurum videtur. Hec sane diutius istud
differri potest: unde satis intelligis vestras illas preces quam maxime
serias a vobis non temere postulari, interim dum ipsi nos ad quidquid
quod Deo visum erit, perferendum comparamus. Rogas interea, quidnam
valeat tuus Beza? Istorum omnium pro suo modulo particeps sese tamen
sustinet, adhuc quidem a gravis illis morbis liber, qui minus etiam gran-
dem aetatem fere comitari solent, & cuius valeas, ut per intervalla diver-
sis quoque studijs aliquid operae impendat, & cum amicis modo coram
modo per literas colloquatur, totus interim in optatissimum illum portum
intentus, in quo demum nobis certa illa tranquillitas obtinget, quam no-
bis est divinitus debitum credere & sperare. At vos adhuc fortiter
in ipsis opere laborantes, utinam Deus ille optimus maximus, Israelis sui
custos, quam felicissime tueri & conservare gloriae suae dignetur. Ge-
nevae 16 July vetere calendario 1600

Tuae dignitati addictissimus
Theodorus Beza

Uxorcula mea, ut & ipsa Catharinula subinde te appellans, tibi fausta prosperaque omnia ex animo precantur: quod tibi, mi domine non ingratum esse velim.

Ad Eundem.

Illustris mi Domine. Nunciavit mihi Praga vester Salvidius quod non sine magno dolore intellexi, vivere nempe in terris desijsse, magnum illum virum, olim tibi profecto patrem, & inclytae familiae vestrae columnam, atque adeo singulare plurimarum maximarumque virtutum exemplum. Sed in hoc tanto malo illud est bene, quod illi successisti: alterum videlicet firmum vestrae familiae columen, in quo paene ille integer revixisse. Es enim certe (quod sine assentatione dictum esse velim) summo dei beneficio ita natus, & sic etiam educatus, ut spem eius rei certissimam facias & optimam, & absit ut ipse tibi & tuis, vel patriae potius tuae toti videri possis umquam defuisse. Macte igitur tam bis istis donis, mi nobilissime Sigismunde, faxitque benignissimus ille bonorum omnium Autor, ut quae non tantum optare nos verum etiam sperare nos haec tua indoles iubet, rapta mox in te appareant. Sed audi quaeso pro humanitate singulari tua, quid mihi de hac forte

tua

tua cogitanti in mentem venerit. Redditas fuisse tibi non dubito meas Calendis Martij datas, ex quibus intellexisti, quantum sim singulari Dei providentia thesaurum nactus, divinissimum illum videlicet Moysis, quae Graeci vocarunt pentateuchum, jam pridem Judaeorum templi vel Constantinopoli, vel Constantinae in Africa omnium Africanorum et Asiaticorum synagogarum autoritate excusum. Et idcirco ipso Ebraico contextus adiecta praeter Chaldaicam paraphrasin editam Onkeli paraphrasin Arabica, Persica, vulgata graeca, veteri denique barbara Hispanica ... Huius autem operis publicatio, nisi fallor, valde, cum erit ... ex tot peregrinarum linguarum cognitione ad ipsius sacri contextus explicationem prodibit, tum etiam excitabit per Academias studiosorum animos, ad persicae quoque linguae elegantissimae, ut ... et per totum orientem latissime patentis cognitionem, cuius fortasse ad longe maiora patefaciet. Magnum erit denique Christianae totius religionis ornamentum, sed et inclytae vestrae familiae plurimum debebunt boni pijque omnes, si tantum hoc bonum

fuerint

fuerunt beneficio vestro gentis adepti: & me quoq; magnopere iuuerit
in aliquam huius laudis partem venisse, & meam in inclytum vestrum
nomen obseruantiam, sic quoq; fuisse testatam. Erit enim? Ipsi denique
optimo max. Deo gratissimum erit istud per vos in Christianas omnes
Ecclesias collatum beneficium. Cum autem hoc opus nec temere typo-
[illegible] videtur, nec a quouis curari posse, imo ab uno fortassis
Plantino illo merito suo inter omnes Typographos celeberrimo suscipi
& ita ut huius operis dignitas meretur, curariq;: postea a maximis
illis viris Josepho Scaligero & Francisco Iunio non procul ab illo ab-
sentibus, & unis fortassis ex toto terrarum orbe ad istud prouinciam
atque negotium satis idoneis ediculo, vehementer optarim, Ego
imprimis, hac de re tota cum ipso Palladio coram praesente quam diligentis-
sime conferre. & quo modo possem (quod ut commode etiam aliis etiam
abs te petere audeo) vel abs te uel per te ab Ipso Illustri principe
Lignicensi, si opus fuerit, impetrare, ut ipsi Palladio nostro liceat hoc
aliquod ad quantulumcunque. vobis videbitur tempus excurrere, mox capto de
huius operis

casto de huius operis editione crucis, quae optime et quam minimo tamen sump-
tu comparanda, cum ipse exemplaribus, minime profecto cuiusquam fidei com-
mittendis, ad vos, Deo favente, rediturus. Est enim profecto gratissimam acce-
lerationem huic operi, tum propter valetudinem meam parum incolumem, tum
etiam ne tam opportunam occasionem huius negotii per clarissimum et
summum illum virum ipsi adiunctos conficiendi amitteremus. Et de his qui-
dem plus satis. Ad rerum autem nostrarum statum quod attinet, de quo
etiam non dubito quin saepe pro tua tum pietate, tum in omnes nostrae ecclesiae
sic charitate cogites, sic paucis de hac re habeto. Eadem adhuc perstat
Geneva, admirabili prorsus Dei beneficio, licet, et nulli etiam magis quam
nunquam antea de salute sua sollicita. Etsi enim, ut nunc qui-
dem sunt res, satis tollerabili, isti ... pacis huius beneficio quae inter
Gallorum Regem nobis non inimicum, et principem Sabaudum, etsi non prorsus
tamen maxima iam ex parte coiit: tamen ille quidem in hoc unum prae-
cipue intento, ut regnum domi cum pace contineat, ipsius vero Desponde
tum potestate tum evertenda vel ad se traducenda nostra libertate cupidi-
tate, satis intelligis quam incerta sit, et prorsus anceps ista tranquillitatis
species

species, ac proinde nunquam non magis indiguisse vestris quoque, ut bo-
norum ac verè piorum omnium precibus. Ego verò quod ad me, etsi in
hac aetate, annum videlicet LXXXII huius vitae ingressus, tranquil-
lam adhuc, & à gravissimis illis morbis immunem senectam experior:
tamen per vertiginem ipsius capitis intervallatam, domi me totum continens
& totus de hoc translatus, ut in illum tandem optatissimum portum
sine naufragio appellens; rogo te, mi ornatissime Domine Hieronymule, ut
mei tanquam addictissimi tibi clientuli, in illis sanctis tuis precibus,
meminisse pergas, nunciata tibi, non à me tantum, sed à Coniuge quoque
mea quam officiosissima salute, quo licebat enim hoc quoque mihi, bona
cum tua venia dat illa quoque tua Catherinula mire proterva festina,
& tuj memoriam subinde refricante, qui omnes Deum opt. max. toto
pectore precari non desinimus, ut Amplitudinem tuam magis ac magis
omni benedictionum genere, quam ornatissimam tueri & conservare invicto
illo suo praesidio dignetur. Genevae Calendis Jul. 1600
Reverenter autem Nostri quoque hic omnes tibi fausta omnia precantur, ex ipso quam
magistratu & spirituali sacerdotio, fratres, & caeteri ex nostro collegio

tuj

tui apud nos suauissimi aspectus minime immemores.

Tuo Amplitudini dignitatique
addictissimus Theod. Beza.

Clarissimo Viro, Dno Joanni Paludio, Illustrissimi
Principis Silesiae Bregensium & Lignicensium
Consiliario, domino & amico summe obseruando. Bragam

Hodie demum mihi redditae sunt literae 28a Julij datae, ex quibus cognoui quod antea quoque mihi nunciatum erat, Illustrem videlicet illum vestrum rebus suis istic feliciter confectis, in Italiam reuersum, & in altero ad tuos reditu inuisere nos constituisse: quod utrumque iam factum velim, nec prius tum ipsi, tum uobis a Domino precari desinam, quam ipsius conspectu uirtus frui-ar, nihil praetermissurus, quod ipsum, licet eo sponte currentem, ad omnem pietatem & caeteras ipsius genere dignas virtutes magis ac magis incendat. Ad illud autem nondum mihi destinatum munus quod attinet, profectis iam Francofurtum nostris mercatoribus omnibus, edere nobis nullius ex-ter nomen possum cui committatur: sed cuicunque tu Francofurti ad nos transmittendum illud commiseris, facile quempiam illic inuenient a quo mihi bona fide reddetur. Ego vero quum tot iam antea beneficijs

prae

pene obrueratis, quid vicissim referam? Certe officio in vos meo
minime satis fecero, ac si meipsum quidem alendum fruendum obtu-
lero. Quod unum autem mihi restat, tantam illustris illius principis bene-
ficentiam agnoscere & praedicare non desinam, nullum officii genus in
hoc grati animi testimonio praetermissurus, nedum ut quid a me de illo
illustris Herois memoriae scribendo carmine Epitaphia feci, pro viribus non
praestem. Pro viribus inquam, quum me pene iam totum non tantum
corporis vires, sed etiam qualiscunque ille ingenii vigor destituerit: alioqui
iam his ipsis literis illud adiuncturus: operam autem omnem dabimus,
Deo favente, ut si non citius, at certe ipsi illustri Domino Sigismundo
Zastrisello, quem hac transiturum conspicio, illud qualecunque tradatur. De
operis autem illius vestri editione tunc demum quoque coram cum Essromello
agere commodum erit, si nobis hic datum fuerit potiri vestra praesentia ju-
cundissimo operis conspectu. Uxorem denique meam, ut & meipsum
ut vehementer perdoluerit vel optare tantum illud beneficium, quod ultro
tam pene dixerim prodige a vobis offertur. Prius autem & Ego
& illa, imo etiam Consuetudine vestra vivere desierimus quam vestro-

tanta

XX

tantae benignitatis oblivisci, praesertim si quis etiam ad nos a vobis com
mendatus advenerit, in quo, quanta poterimus sedulitate expendendo et co
lendo nostram in illam nobilissimam gentem, observantiam testari [illegible].
Ad res denique nostras quod attinet, stat quidem adhuc Geneva, qualem
eam vidisti, idque summa profecto admiranda opt. max. et unici ser
vatoris nostri providentia. Sed illud Hesiodi longe verissimum dictum
nunc quoque experimur πῆμα κακὸς γείτων. Huic tamen tanto in
commodo supervenit aliquod, fortasse divinitus missum remedium, quod
Gallus infinitis modis ab illo nostro vicino irritatus, omni fere Sabau
dia repente ad ipsas usque Alpes, paucis exceptis arcibus, occupata
et ipsas etiam fortassis Alpes transiturus, atque adeo, si quod unicum
restat, in hac nostra vicinia nobis ad duo milliaria imminens propug
naculum, quod futurum speramus, expugnaverit, deditis iam ipsius
Iurae montis faucibus, quas clusas vocamus, in ipsum Pedemontium
traiecturus, illum demum in suis tuendis sic exercet, ut de alienis
occupandis curam omnem abjicere cogatur. Geneva interim, ad [illegible]

pates

portas haec geruntur, miserrimis undique rusticis in hanc urbem confu-
gientibus, oppleta, gravius ipso Caesare maximis copiis proximo Rege inau-
dita moderatione bellum istud gerente, atque alioqui summe benevolum
in nos animum testante, in plurimas tamen et maximas difficultates
tota versatur, summa, si unquam alias, tum prudentia et cautione, tum
suis amantium omnium votis precibus indigeas: quod velim diserte
per vos sanctis omnibus istic Ecclesiis nunciari, ut preces pro nobis
ut ipsa quoque vera fidei professione coniunctissimis fratribus tum
publice, tum privatim, pro mutua caritate sua, ipsi deo magis ac magis
intendere non gravantur. Ego vero amplius quam octogenarius sene-
et rude jam donatus, quinam valeam requiris? Domi me con-
tineo, animo quidem idem qui hactenus, corpore tamen eousque adhuc va-
lens, ut per intervalla libros aspiciam, cum amicis colloquar, litterulas
etiam vel adstans vel in lectulo decumbens ad amicos dictare possim:
in hoc unum dies et noctes intentus ut tandem aliquando, absque nau-
fragio, in illum optatissimum portum appellam. Hunc vero me prope-

rantem

randem, ut & uxorem meam, una cum optimis fratris Alexandri & Baptis-
tae generi familijs, aliosque etiam bonorum et vestri amantium omni-
um & quidem specialiter Illustris domini Wenceslai & tuis, mi carissime Pa-
ludi, precibus vobis magis ac magis commendari; quicquid nobis hic Do-
minus experiendum voluerit, plurimum, vel citius vel fauente deo per ipsum
Dn. Sigismundum, daturi etiam si potero ad singulos literas significaturus: quos
interim, & quidem nominatim illustrem illum & magnificum Dn. Nyllar-
um, beneficentia me sua, licet immerentem, sicut nuper perscripsisti dignatum,
rogo te etiam atque etiam ut quam officiosissime salutare velis. Tu denique mi
Philosophe, quam optime tum corpore tum animo vale, & bonis omnibus auctus
ete perge, & Bezae Tuissimi (sic enim vobis audacibus poetis nova
fas sit innovare) magis ac magis memor esto. Genevae XIII Sept.
veteri calculo 1600

Vester totus quantuluscunque est
Theodorus Beza.

I Ornatissimo viro D. Theodoro Bezae, fratri
suo in christo charissimo, ac Ecclesiae Genevensis
pastori, tradantur hae literae Genevae

Gratiam & pacem

Gratiam et pacem a Deo patre & a Domino nostro Iesu Christo.

Literæ Archiep[iscop]i Cantuariensis: super Episcopali contentione.

Literas tuas, clarissime Vir & frater in Domino charissime, quas Aug. data ad me scripseras, mense Decembris mihi sunt tradita; una cum libris, regali Maiestati destinatis, quos statim suæ Serenitati tradidi. Quod vero in illis tuis valde optas, licentiam illam quibusvis imprimendi ... ac scribendi intemperiem occurri: facis tu quidem hac in parte peramanter, qui nos de hoc admonendos putaveris. Optandum similiter & mihi videtur, vel scriptorum ... vel saltem ... quibusvis ... licentiæ ... modum aliquem, si non iam tandem fieri potest, iniici. Ita fieret, ut tanta nec inutilium ac indoctorum tractationum, prout iam usu venit, orbis terrarum posthac nec scateret nec laboraret. Quod si etiam quavis ... adversus fratres, unam eandemque veræ doctrinæ substantiam professos: sed ad communes hostes Antichristi illius Romani debellandum vel retundendum regnum ... melius ac beatius, nec quidem ... cum Ecclesia Christi ageretur. Sed quosdam videris, quod verba, quæ maledicentia ac quidem etiam seditiosi, per plurimos

per plurimos iam annos nobis dederant, illam ut disciplinam ecclesiasticam
huc inveherent, quae istic viget: ad vos, et ad te privatim, quasi ipsarum
vel autorem vel fautorem, traiecto iam mari redundavit. Cum in re iniuri-
am tibi maximam ex quibusdam libris hic editis, ac calumnijs hyperbolicis &
indignissimis te fieri putas; ac si Episcopatum omnem abolere, Democraticam ali-
quam imo ὀχλοκρατίαν in Ecclesiam invehere, ac Genevensem disciplinam
omnibus Ecclesijs obtrudere velles. Sed vide, charissime mi Beza, quid
expostulationi huic tuae candide ac sincere respondeam. Hoc graviter,
spero, feres, si paulo liberius pro more meo, tecum hic agero: quia non nisi
a te ultro invitatus hoc aggrediar: cum ex scripto intelligere velis, quid
de hoc toto negotio mihi videatur. Facit illa tua perspecta pie-
tas ac prudentia, ut nunquam in animum induxerim te, data opera vel
tentare conatum, vel potius unquam voluisse turbas illas quae Ecclesiam Angli-
canam eo nomine iam diu exercuerunt. Sed ex his quae iam subtexam
serio tecum reputes velim, an non nostri quidam rerum novandarum cupidi
disciplinae vestrae desiderio flagrantes, tum certe illam occasionem non mini-
mam arripuerint ex ijs, quae apud vos subinde scripta sunt edita!

Ab eo fere tempore, quo disciplina illa, quam iam colitis, Genevae primum na-
ta ac recepta est; nullum non lapidem a vobis motum esse videmus, eam
ut orbi toti commendatam redderetis, pro solo ac genuino Ecclesiae regimine, quod
Christus instituit, Apostoli observarunt, quamque Ecclesiae quaeque (modo
solidam reformationem velint) restituere teneantur. Eiusmodi enim
plurima a DD Calvino, Danaeo, Sadeele, Viretino apud vos edita, in The-
sibus permultis istic propositis, in annotationibus etiam in Novum Testa-
mentum, in libro Confessionis, ac in Epistolis tuis, sedulo ac passim inculcantur.
Licet vero ad Anglicanam Ecclesiam, vel alias seorsim Ecclesias haec di-
serte non retuleritis, sed quasi in Thesi tantum proposueritis: Hanc prae-
iudicium tamen maximum secum adferunt, et tantum non condemnant omnes
alias Ecclesias reformatas quae hoc regiminis genus non admittunt, aut admit-
tunt: praesertim cum literis hisce tuis ipse asseras Ecclesiasticae gubernationis for-
mam essentialem vobis videri, ac etiam tamen illam, quod Christo viget
pro Christi moderatione legitima interea agnoscatis? Sed recognosce me
cum paulisper quoque hic tempore non substiteris, sed ulterius etiam progressus
fueris? Puritatem doctrinae vix ullum in finem comparari absque eiusmodi
disciplina

disciplina abiecti dispendio. Quorsum ais, unam verbi partem, alteram regni
dicta recuperemus? Ubi non dubitas interminatione etiam praemissa, pios
omnes cum principes tum pastores hortari, ut in hanc rem ex verbo Dei restauran-
dam & cum aedificatione exercendam (vestram ni fallor disciplinam semper in-
nuendo ac pro divina habendo) serio incumbant. Ista scribendi ratio, licet
maxime cum Ecclesiae Anglicanae periculo fiat, nullo tamen aequius
ferri potuisset, si in Britannias specialiter Ecclesijs, eiusmodi regiminis
rationem non desiderasses. Contrarium enim alio spectant quae de plena
Ecclesiasticae disciplinae instauratione adiungenda, de templis repurgandis, &
omnibus externis semel abolendis, regiam maiestatem Anglicae compellans &
hortans. Cuique dei gratiam apostolicam Regiae Maiestatis authoritate
presbyteria & Diaconias hic instituisti optes: Simul valde desideras
qui R. M. sunt a consilijs ac Episcopos ut eiusmodi rei constituendae rationi
ineundis & R. M. persuadendae operam dent, nec nisi perfecta re
conquiescant! Anno vero 1567 in epistola quadam tua ritus fere
omnes nostras Ecclesiae, publicum Ecclesiae tum [illegible] ordinum authoritate
[illegible] receptos & stabilitos, uno quasi obelo transfigis. Recte quidem

postremis

postremis ad me literis scriptis, Suum cuique Ecclesiae in ritibus et externis "
illis relinquendam esse libertatem, modo ad aedificationem faciant. Sed quod "
omnia illa nostra eiusmodi sint quae non aedificent, illa tua epistola
edita, clare confers? Alia etiam epistola tua eodem anno, ad quosdam An- "
glicarum Ecclesiarum fratres scripta: In miserabili, ut asseris, earum statu "
consilium illis suggeris tibi videri viis, in quo ipsorum salva conscientia "
acquiescere possint. At normae et leges, quas illis praescribis tuae mihi "
referre videntur ad utilitatem Ecclesiasticae nostrae politiae evertendam et
infringendam, illosque in pervicacia pristina magis confirmandas: Ipsis
enim consulis, ut potius quam Ministrorum ordinationes atque legitimo suf- "
fragio Presbyterij (ut tu quidem interpretaris) eiusmodi testes: potius "
quam usum vestium praescriptarum, excommunicationis rationem, et "
alia huiusmodi nonnulla, tuque recta vel chirographo comprobent, vel etiam "
suo silentio foveant, manifestae violentiae cedant. At quid hoc est "
aliud, quam ut cum usque sileant Ministri, contra huius Ecclesiae politiam (licere
summus consentit constitutam) oblatrare, deinde manifestae violentiae expressi
cedere cogantur! Quam, vere non frustra plane hoc consilij eis tum
dederis.

dederis, plurimorum et a tempore ministrorum illius sequentium, non
dissimilia facta ipsa comprobarunt, idq. maxima cum pacis Ecclesiae vio
latione. Adhuc cum D. Calvini epistolas ederes, unam tibi inserendam putasti.
quae initio illius memoriali dicit ... liturgiae ludibrium
„ in qua multas tolerabiles ineptias ille sibi deprehendisse visus est.
Anno deinde 1572, cum nostrorum intemperies iam fervere coepisset, eamq
in spem venisset, ut cum multis libris publice editis, tum nostram convellere
et vestram regiminis Ecclesiastici formam, amplissimo virorum ordinum universi
studere viderent: causam illam viri eiusdem amplissimi regiaeq. tum
constanter promovendam studiosissime commendasti. Huc accedit quod
eodem etiam anno D. Lodovico scriptores contra Episcopalem gradum, etiamsi
„ ipsi Evangelium profiteantur. Episcopos enim Papatum peperisse plerosque
„ episcopos esse Papatus reliquias, Vide quam solide ac moderate scriptum!
„ Et quam Christianissimum tenis invectivo valescaris, cum alteras ne semel
„ postergatos ipse, potius saltem dubitabile, ingenium admittat: quam huius
„ hoc pestis (est enim languoris) immortali retinenda specie (quam veteres et
„ optimos multos fefellit) blandiatur. Caeterum omnium epistolarum ex
empla

empta, etiam antequam ipsas ederes, apud nos per singula fuit, ac in pluri-
morum eiusmodi hominum manus devenerunt. Adeo ut postrema illarum
ad Cnoxium scripta, a quodam Anglo renuntiandarum rerum admodum studioso,
libro publice edita, adversus eos totum hunc ordinem obiecta fuerint. Vix
credibile est dictu, quanta hac Ecclesia pace gauderet, quantosque Evangelii
profectus hic inter feliciter meminerimus, donec (quod ipsi experti sumus)
istiusmodi sive ingeniis sive praeiudiciis nonnulli abrepti, primo in
vestes ac ritus quosdam, deinde in Liturgiam, atque ipsum Ecclesia-
stici regiminis rationem ac institutum invehere coeperunt. Cum ergo
disciplinae illius gratia, ac ut gradus Episcopalis tolleretur, maximo Ecclesiae
damno hic tumultuarentur, malumque deinde latius serperet: Coacti
tandem sumus cum utilitatis ipsius tuendae, tum contentionis eorum sedandorum
studio, uno et altero libro vernacula nostra lingua edito, inceptis illis novis Sutori-
bus opponere. In quibus nihil antiquius habuimus quam Anglicanae huius Ec-
clesiae regiminis et liturgiae formam ab ipsorum calumniis vindicare, nusquam
interea alterius cuiusvis Ecclesiae disciplinam vel oppugnantes vel minimum
laedentes. Atque licet virulentus ille Traversii nostratis liber inscriptus de

Disciplina

» Disciplina Ecclesiastica ac aberratione, ut ipse mult. Ecclesiis Anglicanae ab eadem
apud vos paulo post exerceretur: quamvis silentium tamen (ob Ecclesiae pacem) nobis
omnibus imposuissemus, tunc declamatorij nostri respondendum duximus, quam
aliquam fortissimam cuiusvis fuisset rationibus obterere. Ecce autem, dum
omnia paulo equidem pacatiora speraremus: libellus (cum Bezae) Domini de
» triplici Episcopatu Anno 1580 in hanc insulam missus, ac non ita multo
post in Anglicam linguam translatus, ac clanculum excusus, una cum Epistola
tua ad Lansennum quendam Scotum eodem anno scripta, sed per plurimorum manus volitans, novam priori flammae tantum non restinctae facem
admovit: In Epistola etenim ista hic inter alia de Episcopali gradu scribis:
» Ne humanam quidem potestatem, sed Satanicam potius tyrannidem ego
» quidem vocare etiam pseudo Episcopatum optimo (ni fallor) iure censuerim:
» qui sicuti olim Ecclesiam pessumdedit: ita nunc quidem illius instaurationem remoratur: saltem ex misera Germaniae & viciniorum etiam vobis
» regionis statu. Scotia utinam tempestive satis agnoscat. Ubi nobis quidem ni
» devis vix pati Episcopatum, quam Satanicam tyrannidem hic voces, ne pro humano quidem (prout alibi statuis) Episcopatum habeas. Et sub vicinio.

ius

ris illius miserae temporis nomine Angliam non obscure designes. In libello vero illo tuo, praeterquam quod minus honorifice de Sacrosancto Niceno Concilio, nedum de Epiphanio loqui videare: magnopere etiam contendis non solum, ut vestra disciplina pro divina habeatur: sicque necessario ab omnibus recipiatur: sed etiam, ut Episcopatus omnis gradus pro humano & pernicioso commento ab Ecclesia profligetur & exulet. Libellus etiam Fenneri vestratis qui Sacra Theologia (satis auspicato & angusti) inscribitur, quique satis lim ac mendosissime excusus hinc primum prodijt, apud vos non multo post identidem excusus est, quantumvis eandem quam Traversus disciplinae rationem sequatur, ac etiam in finibus ἑτεροδοξίαις aliisque erroribus refertus sit. Quid est iam quaeso, si haec non sint, charissime frater, Genevensem disciplinam omnibus Ecclesiis obtrudere: Episcopos etiam omnes (saltem quos proprie diximus Episcopos) aboleri velle: atque si rerum Ecclesiasticarum summam toti Ecclesiae deferas: quam ὀχλοκρατίαν, vel saltem Democratiam invehere. Haec aliaque eiusmodi plura in nostrum ordinem, atque Anglicanam Ecclesiam meliora sane meritam, tam inclementer & acerbe dicis, tam late libris

publice

publice editis spargi, tam avide in fraudem ac praeiudicium eius a plurimis (con-
temptore) arripi; ita ut pro aliarum Ecclesiarum reformatarum iudicio adversus
hanc Ecclesiam saepius obiecta fuerint, tamen causas idoneas subesse existi-
mas, cur gravius feremus? Istiusmodi non vocibus excitata semel
quorundam intemperies, non hic demum quievit. Ita enim opiniones
istae quorundam animis alte insederunt, ut non solum Episcopalem functio-
nem, et huius Ecclesiae liturgiam, quasi Antichristianas et diabolicas, sed
et in personas etiam nostras omni opprobriorum ac scurrilitatis maledi-
centia, per plurimos famosissimos libellos procusos ac publice editos, haec
licentia, multo esse intemperantius effuderit et debacchata sit. At
nullus tamen interea ex nobis repertus est, licet multiplici iniuria lacessiti,
qui sive latina sive anglica lingua, disciplinae illius formam, quam
tantopere isti deprimebant, eiusque gratia haec omnia factitabant, sibi ex
professo convellendam sumeret. Nam et Saraviae institutum, ut
gradus inter Evangelii ministros asserat, certe tale genus susceptum est, absque
ullius Ecclesiae particularis iniuria vel praeiudicio. Inter eos autem
qui in hoc stadio decurrerunt contra Ecclesiae huius πολιτείας, quidam

I B etc, Italicae Ecclesiae (cui nuper audivi) Londini minister repulsus
est, qui ut ostenderet quam solide munitus esse posset in aliena Republica, gran
des suas male-conditas nugas sub duplici [illegible] nomine ad Ec
clesiae huius interturbandam pacem, non multo ante prostitit. Cumque
D Sutlivius quaedam vernacula nostra lingua de presbyterio pararet: li
ber ille Itali, quia latine in medio Angliae contra nos satis inerudite
scriptus esset, dignus tibi visus est, quem simul refutandum sumeret
ac vehementius etiam, prout meretur, exagitet. Atque hic primus est
(quantum memoria repetere possum) latina lingua editus apud nos liber
qui Presbyterio illi, quod apud vos viget, litem intentaverit: quantumvis
diu multumque antea cum hac Ecclesia diversitate [illegible] nomine sit actum.
Rationes quidem tuas, quas contra Erastum iam ante edideras, pro
huiusce generis presbyterio asserendo, obiter interscinit Sutlivius ac at
tingit. At nusquam tamen (quod ego animadvertere possum) te, nisi hono
rifice appellat. Quid quod alio in libro suo, quem contra Pontificios, anno su
periore edidit, non ~~tamen~~ solum veris te laudibus ornat ac prosequitur: sed et

nominis tui

nominis tui famam contra Papistarum convicia calumniose in te coniecta acriter
tuearis? Frigevillaei ac Erasti libri, me prorsus inscio, in publicum prodie-
runt. Nec desunt tamen, ne nescias, tum graves tum prudentes viri, quod
alij esse mirentur, qui Erasti editionem non penitus inutilem existimant:
tum quod accurate, summoque cum acumine, quam tractare ipsis videatur-
que quod scripta exemplaria tui de presbyterio libri, cui Erastus respon-
derat, passim apud nos non minus prostabant, quam si liber typis antea divul-
gatus fuisset. Nobis vero multo iustius mirari subit, quod tu (Cha-
rissime frater) nunquam provocatus, idque libro iam iterum edito D. Saraviae
respondendum duxeris, ac si illa vel tibi privatim, vel Ecclesiae vestrae iniu-
ria facta esset, per eiusmodi nomina quod inter Ministros Evangelij gradus
esse doceat, ac gradum Episcopalem tueatur: quod D. Sutlivius nihil
tam grave (opinor) meritus, et calumniator & petulans convitiator a te
audiat: quod ordo vester Traversi cuiusdam impudentem apud vos de-
fendi declarationem quandam ecclesiasticam satis mordacem, Anglicanaque
apud vos excudi passus sit: quod alterius Traversi Ecclesiasticam illam dis-
ciplinam, cum huius Ecclesiae ab eadem aberratione latine scriptam: quod Fen-
neri

neti Sacram Theologiam: quod Theses theologicas quibus totus Episcopa-
lis gradus pro adulterino & spurio ministerio traducitur; quod maledictiones
vestras in Anglicanae Ecclesiae episcopum, verum ipsius etiam plerosque, cleri
quentes edidistis. Miramur denique cur nobis causam istius Ecclesiae
ac Veritatis (cui nobis quidem videtur) iam tota antiquitate propugnanti-
bus, illud iam largiri grave minus, quod adversus talem tantamque Ecclesiam totius
& tamdiu vobis ipsis permisistis? An Ecclesia Anglicana, in qua ali-
quot milleni annos pii, tum eruditi ministri (Dei beneficio) reperiuntur,
quam Deus tot exulibus tutissimum iamdiu perfugium, aliisque Ecclesiis
afflictis ac laborantibus subsidium statuerit, in qua Ecclesiastici reditus
ex omnibus (ut hos quidem arbitror) nationibus minime sunt direpti,
digna visa est, quae omnibus omnium ludibriis impune exponatur: ac
indignissimis contumeliis laceretur. Ecquid tamen soli nec contra quidem mu-
tire, salva interea charitate licebit? Ecquid in toto hoc negotio a
nobis minus fraterne adhuc actum est? Ecquid quod non ipsa demum
Necessitas expresserit, nisi nobis, Ecclesiae, adeoque Veritati ipsi deesse velle-
mus? Non enim ambigimus Episcopalem, quem gerimus, gradum

Apostolicum

Apostolicum esse ac divinum institutum, atq. continuata ab Apostolis temporum serie ad hanc usq. nostram aetatem semper fuisse habitum. Nam quod ex Hie-ronymo ac Augustino innuere videris quasi consuetudo sola, eaq. recentior Episcopos Presbyteris praetulisset, mirum mihi sit te ei tergiverse, & non ex alijs ipsorum libris, quid de hac re tam hi quam reliqui patres sentiant, perspi-cere. Cursorium autem Ambrosij mentionem injicis, non satis assequor. Nam neq. quod de primo presbytero succedente primo decedenti Episcopo, nec quod de Senioribus in consilium ante illa tempora adhibitis solitis loquitur Ambrosius, huc ullo praetextu spectare poterant. Meminisse potes Episco-patus illius primordia (quem tu humanae solum institutionis statuis) ad ipsos Apostolos a patribus unanimiter referri: Episcoposq. pro Apostolorum successoribus: quodq. Aaron fuit filijs & Levitis, hoc Episcopos presby-teris & diaconis, patribus etiam divino instituto censeri. Sin autem Episco-pum quemlibet, qui sit divinae institutionis, cum pastoribus & ministris simpliciter & per omnia confundendos putes: ac etiam Episcopum & presby-terum prorsus eandem velis, ut ita eos exaequare possis, idq. Hieronimo & Augustino (ut tu distinguere videris) suffragantibus: annon causae tuae

causa tuae, quam propugnas, iugulum ipsum hinc clare peti vides. Tum
enim sequitur necessario, neminem qui non idem sit Episcopus & pastor,
pro presbytero divinitus instituto usquam habendum esse: ac proinde illos
idcirco falli, qui presbyteros quos vos habere se putant, in alium, eumq.
inferiorem post pastores gradum deprimunt, si Dominicae dispositionis veri-
tate prorsus sunt ijdem: nec non falli qui presbyteri dici sustinent,
cum non sint verbi & sacramentorum ordinati ministri, quod in Episcopo
ac pastore quolibet necessario requiritur. Consistorium etiam presby-
terorum, qui verbum & sacramenta non tractant, qui temporarij sunt
qui Ecclesiae cui inserviunt, sumptibus non sunt alendi: attamen E-
lectionis, Depositionis, Ordinationis, manuum impositionis, Censurae sa-
crae, Canonumq. condendorum ius sibi arrogasse, nec Scripturis sacris,
nec illi unquam Ecclesiae, ante nostram hanc aetatem cognitum fuisse, toti
mundo nos plane probaturos, Dei gratia confidimus. Aequum-ne igi-
tur esse censes, Gravissime vir, ut totius in certamen quasi provocati
totq. libris in istius Ecclesiae fraudem editis, post tantum silentium, nihil
respondeamus?

respondeamus? nihil ut D Saravia, nihil ut D Sutlivius regerat? Ac si hoc omnia pro veris agnosceremus atq. eiusmodi, quibus nullum satis idoneum responsum dari potest. Sicq. maerore & invidia & praeiudicio nos ipsos una cum hac Ecclesia premi & gravari indies sinamus. In hoc ergo perplexa iam constitutis nobis necessario tractandum esse videmus Sicq. tandem ut ipse fieret, ut rationum momentis ac testibus antiquitatis utrinq. adhibitis, fraterne ac theologice collatis Veritas quae e parte steterit, mundo illucescat.

At verum, inquis, usu edoctus sum e tenuissimis interdum principiis negotiis mala longe maxime exoriri: Ideoq. vereri videris, ne apertior aliqua simultas inter eiusdem filii Ecclesiae [illegible] hinc exoriatur. At vide sis ne hoc potius sit minitari quam ominari solum quod meo [illegible] videtur: nolo respondendo causam huius sedecie propugnare nimis. Certe sive dicta, sive etiam nostrorum hic hominum facta spectes, indigniora iis quae hoc nomine iampridem sumus perpessi, ne excogitari quidem posse existimo. Attamen si quid gravius (quod absit) hinc contingerit: nos tamen coram tribunali Dei culpa omni eximendos iri confidimus quibus nostri ipsorum ac Veritatis tuenda necessitas ab aliis sic

primum

primum est imposita. Illud vero tibi persuadeas velim, minimum mota
linum pacis Ecclesiae, meipso magis esse studiosum: nec quam ex animo verius
optet particulares quaslibet Ecclesias res suas agere, nec aliis leges viti.
um vel regiminis rationem praescribere. Hinc enim illa dest natusque Eco
boo, si quid aliud, quod infelicem istum (quantulacunque usquam contendit)
animorum inter fratres abalienationem peperit, ac denuo pariet, nisi me.
dire occurratur. Utinam contigisset unquam, ut tibi per aliquid tem.
pus in hac Ecclesia Anglicana versatus fuisses, ea ut tuis oculis cerneres
quae in eorum ac plurimum falsis hominum in nos male animatorum
rumusculis non satis candide praeferuntur. Ita sane fabricam profitemur
quod aliis plurimis eruditis viris, nonnullo praejudicio occupatis, ante
quam penitus politiam nostram perspicerent, accidisse videmus, ut sec.
tius de istius Ecclesiae tota constitutionis ratione in posterum sentires.
Caeterum si quid paulo vehementius a me dictum videatur, quaeso
quorum παρρησία ac iusto dolori. Teipsum vero, reverende Vir,
multis nihilominus nominibus mihi carum esse, & a me coli scias.

Porro

precorq, ut nos totamq. Anglicanam Ecclesiam, quotidianis tuis ad Deum effusis

precibus iuuare pergas: quod nos pro te atq. Ecclesia istic vestra tam sedulo faci-

mus, ac deinceps, dei gratia faciemus. D Lectium quem ex animo diligo,

nos (queso) nomine diligenter salutes, eiq gratias ages pro D Saleeli libro,

quem ad me misit, una cum illius vita ab ipso descripta. Vale eruditissime

ac charissime in Christo frater. Croidonij, in aedibus meis suburbanis

dissitis ab Vrbe Londini. 17° Calend. Februarij, Anno domini iuxta Anglica-

nae Ecclesiae calculum. 1593: iuxta alios vero 94.

Tuus amantissimus in Christo frater.

Jo: Whitgiftus Cantuar. in

Anglia Archiepiscopus.

Ornatissimis clarissimisq. Viris, ac in domino

charissimis fratribus. D Theodoro Bezae,

D Antonio Saleeli, Geneuae

Ad.

Salutem in Vnico Saluatore.

Ecce num paulo ante brumale solstitium proxime praeteritum (fratres mihi

in Domino plurimum obseruandi) tam ex vestris literis, quam ex Reip. vestrae

oratore

oratore D. Ledio cognovissem, quantas in difficultates Urbs ac ditio Genevensis
conjecta esset, Hispani & Sabaudiae principum, aliorumque Antichristianorum asti-
bus ac furoria: ob communem quam profitemur Evangelii causam, christiana
quadam συμπάθεια intus dolore commovebar. Illud autem mihi perogra-
tum accidit, quod ad levandam illam rei nummariae, quâ laboratis angus-
tiam tam prolixe ac humaniter de Ecclesia Anglicana huius Collectae volun-
tate vobis pollicemini. Ecce spes ne frustra susciperetur, sedulam ipsi-
mis dedi operam, per pecuniam illam quae mihi est demandata. Sed si
aut non tam cito quam necesse fuerat, aut restrictius multo quam pro vobis
nobis & expectatione vestra rebus vestris afflictis a nobis succurratur:
id quidem horum temporum incommoditati, multisque aliis urgentibus &
necessariis occasionibus tribuatis. Doleo certe ex animo, quicquam
quavis de causa importunius intervenisse, quod nostrorum hominum
prolixam satis & avidam vobis benefaciendi voluntatem atque alacritatem
retardaret ac reprimeret, quod in vestris rebus afflictissimis tempore dec-
[illegible] fuerit adversum. Diligentiam eandem interea tempus opere pro-

movendo

monendo ego pro virili [illegible] adhibui: successum vero quamvis ex
parte optatum vobis praestare non potui. Velim autem vos de nobis
tanquam amantissimis fratribus et civitati vestrae bene optima precantibus: de
Regno nostro, ut plurimorum gentium, religionis nomine exulantium, tu-
tissimo perfugio et asylo tamen non minime persuaso: de Ecclesia nostra
eiusque regimine eidem quod aliae Ecclesiae puriorem religionem amplexo-
[illegible], vosque faveant [illegible] bene sentiatis. Ad D. Lectium quod atti-
net, certam is quidem in negotijs vestris obeundis proficiendisque diligentiam
praestitit: eumque hac de causa ac tanquam virum summa laude dignis-
simum vobis commendatum haberi velim. Salutate quaeso meo nomine di-
lectissimos mihi in Christo Senatus vestri συνέδρους, reliquosque omnes
urbis vestrae cives. Precamur Dominum una vobiscum, ut res
publicas omnes, Ecclesias suas dispersas ac nobiles tam ab hostibus et crudelibus
Papatus tyrannide quam primum liberet. Amen. Valete plurimum fratres
observandi. Ex aedibus meis Lambethanis iuxta Londinum in Anglia.
21° die Mensis Julij 1590.

Amantissimus vester in Christo
frater et symmystes

Jo: Cantuar.

Responsio Theodori Bezae ad hanc epistolam Archiepiscopi Cantuariensis.

Literas tuas, Reverende Domine, singularis ac vere Christianae tuae in hanc Rempubl. & Ecclesiam benevolentiae plenas, mense demum superiore nobis D. Lectius tandem reddidit, partim navigationis difficultatibus retardatus, partim Reip. nostrae causa subsistere nonnullis locis coactus: quam praefationem ideo, ut huius responsionis nostrae moram illi non nostrae negligentiae tribuas. Essemus enim profecto inhumani, ac prorsus barbari, atque adeo omnium mortalium maxime ingrati, nisi singularem illum tuum in nos amorem & humanissimis tuis literis & D. Lectij sermonibus, reipsa denique tam prolixe probatum, grati saltem animi praedicatione &, quod unum in nobis situm est, gratitudinem tuae vicissim testificaremur. Quod quidem totis animis facimus, Deum opt. maximum precati, ut quam ne habere quidem gratiam possumus, quam cumulatissime vobis ultimo illo die pro benignitate singulari sua, tamquam in sese, sicut ipse loquitur collatam agnoscere & rependere digne-

tur

tur. Accidit autem peropportune, ut paulo post, quam literas tuas accepi, magnus
ille vir & ἀνὴρ τῆς [illegible] [illegible] D. Chandaeus sive Sadeel, cuius literas
quoque tuas inserendas curasti, quum iam annum ~~sexagesimum~~ quinquagesimum septimum comple-
uisset, morte placidissima nobis sit ereptus, et quidem simul atque reversus esset, nec
cum hoc apud te officio fungeretur. In hoc autem homine, quantum uni-
versa Ecclesia ac praesertim Gallica, turbulentissimis istis temporibus iacturam
fecerit, ij tantum norunt, quibus illius eruditio, pietas, probitas cum eximio
iudicio & aliis plurimis maximisque virtutibus coniuncta, bene cognita & ex-
plorata fuerunt. Mihi quidem certe ipsius interitus quovis vulnere fuit
acerbior. Sed oportet ut Dei voluntati acquiescamus. Caeterum Reverende
mi Domine, quod in iisdem tuis literis a nobis petendum censuisti, ut de
Regno nostro, itidemque de nostra Ecclesia, & eiusdem regiminis bene sentia-
mus, aliarum Ecclesiarum purioris religionis amplexarum [illegible]:
illud profecto (amas enim sat scio, sinceram παρρησίαν) nonnihil sa-
[illegible] & me pupugit, valde nimirum veritus, ne vel sinistri aliquid
de nobis rumores istuc sint perlati, vel quae de politia Ecclesiastica, prout
necessitas tulit, propria adversus Antichristianam illam tyrannidem scrip-
simus

scripsimus, perinde sint a nonnullis accepta, ac si dixerimus a nobis, hac
quidem in re sentientes Ecclesias et earum Rectores, in ipsa vero doctrina cum
puro Dei verbo nobiscum convenientes, nisi unquam in eundem venerit
ad eum quem sequimur ordinem compellere, et nisi nostrum morem se-
quantur, ubi loco ipsorum illorum praesules atque dignitates, mutua denique fratres
[illegible] iubet, habere. Etsi enim, fateor, hanc quam observamus disci-
plinam plane sentimus esse verbo Dei ac purissimae illi primaevae Eccle-
siae consentaneam, et tum illam tyrannidem Romanam, tum Morellia-
nam δημοκρατίαν, tum Erasti ἀναρχίαν aperte repudiamus (cuius
libros, ut scis, qui omnes Ecclesiastici sacri ministerii nervos semel inci-
derunt, valde miramur istic excudi potuisse) tamen quis unquam nobis
in ullam Ecclesiam imperium tribuit? Absit igitur a nobis haec
arrogantia! absit ut hac de ordinis Ecclesiastici regiminis disciplina a
quoque ἀτάκτως institutum? Absit ut modo serventur τὰ ὅσια
δὲ, nihil antiquitati, nihil consuetudini, nihil locorum, temporum, et
personarum circumstantiis tribuendum censeamus: quemadmodum etiam
confitimur vestrum sacrum collegium, te praesertim suasore, summa aequi-
tate

aequitate et Christiana moderatione suo isthic iure semper usi sunt.
Quod si nobis tribuerit Dei opt. maximi benignitas, ut Ecclesiarum, quae
ab Antichristi tyrannide, nostra memoria Deus asseruit, communi consensu
inditum possemus concilium, in quo tum de controversiis quae nobis adhuc, tum
nonnullis Ecclesiis, in ipsis religionis capitibus supersunt, tum de Ecclesiastica
administratione inter legitime delectos homines doctos, adhibita christiano-
rum magistratuum authoritate, ex sacro Dei verbo, ac non levibus quidem
patrum canonibus neglectis ageretur: certum ego mihi polliceor, De-
um hic nobis affuturum ut et praesentibus malis remedium afferri
et futuris deterioribus aliis occurri posset. Sed haec utinam
possent tam facile confici, quam a bonis et piis amantibus omnibus, ut
opera requiruntur. De Anglicanis autem rebus et tum Augus-
tissima et omnium saeculorum memoria celebrari dignissima Regina,
tum de universo quo ultimo saeculo concilio, de ipsis denique Angliae po-
pulis, quid dicam? Salva conscientia sentire, loqui, praedicare possumus, quod
illam esse Ecclesiae nutriciam, Angliam vero celeberrimum exulantium piorum
perfugium

perfugium, atque adeo exterarum quoque Ecclesiarum conservatricem. Verum
enim id esse, caelum pene ipsum et terra testantur. Quod tibi, Reveren-
de mi Domine, collegisque tuis Reverendis adiunctis collegis penitus de nobis
esse persuasum velimus, sicut futurum omnino confidimus. Ut et pro
vestro promovendi Regni Dei studio, magis ac magis expurgandis à
veteribus illis per Antichristum invectis inquinamentis Ecclesiis in-
cumbatis, et quas nuper ex accipitrum unguibus effugientes pavidas
columbas in sinum vestrum tam benevole recepistis, eadem charitate
complecti et conservare pergatis: perennem vos nomine apud Deum qui-
dem gloriam, apud omnes autem pios summam laudem reportabitis. Be-
ne vale Reverende et summe semper observande Domine, et nos vi-
cissim amare perge. Dominus Jesus tuae Reverentiae, tuisque sanctis
pro ipsius Ecclesia laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 8 Martij
1591.

Pietate et Eruditione Excellentissimo
Viro, D. Johanni Calvino, pastori Eccle-
siae Genevensis, apud Helvetios, amico
suo honorando. S P D.

Non

Non existimes velim Vir doctissime tuas literas, quas ad me posteriores de-
disti, non fuisse mihi longe gratissimas. Gratissimae certe fuerunt; non ea
causa solum, quae in illis de rebus utilissimis gravissimis & pietati conveni-
entibus me humanissime admones (quod ego argumentum tuae in me benevo-
lentiae non vulgaris esse statuo) verum etiam quod scriptae sunt a te, Viro
optimo, vitae probitate atque constantia gravissimo: qui optimis literis, ac praestan-
tissimarum aliarum disciplinis ita es instructus atque excultus, ut pa-
res forsan paucos: superiorem qui te eruditione excellat, habeas neminem.
Quae ego dona divinitus, salutis communis causa tibi concessa esse accepi:
tum ex aliorum sermone de te honorifico, tum & ipse legens summa diligentia
elegantur, ornate, pie a te de religione scriptos libros cognovi, quantum qui-
dem potui pro ingenii mei mediocritate, vel potius tarditate. Quare sic
accipe, me, qui te ob singulares dotes suspicio, tuas quoque literas offi-
cii & doctrinae plenas summa cum iucunditate legisse, lecturumque
deinceps, si quas ad me miseris. Quod autem scribis te superioribus
literis meis, non qualem optabas respondisse, minusque eam quam
esset optandum, apud me profecisse exhortationem: quid ego aliud
scrip

scripsissem, aut nunc scribam, qz antiquorum morum & factorum
mutationes? quae si non tam graves sunt, ut eas sententia tua compules
tamen eiusmodi, q sunt aperte ab ingenui animi profecta, quas tu vel
ideo, si acri quae polles iudicio expendere volueris, non omnino (ut qui
dem opinor) reprehensione dignas esse putabis. Equidem quid ego
in his motibus & perturbatione rerum omnium tum domi tum foris,
(cuius rei magna ex parte religio occasionem praebuit) aliud agam
qz ut primum omnium summis votis & pectore ardenti deum opt.
precer, eiusq. auxilium implorem, ut me luce sua perfundat gratiae,
ut intelligam quid illi placeat, quid displiceat! quid sequendum,
quid declinandum sit! in hac mortalis vitae institutione, utq ille mihi
vias suas impollutas demonstret, & in illis gressus meos dirigat.
Frustra enim labores suscipiuntur in aedificanda hac domo, nisi ille
solus architectus aedificet, cuius sapientia omnia displacantur, cuius
lute stabilia permanent, bonitate atq clementia utilia sunt atq sa
lutaria. Huc oculi mei defixi sunt, ab illo solo expecto, ut det
mihi cor secundum cor suum & me faciat vas misericordiae suae, &
non irae.

nam irae. In his communibus nostris aerumnis, hac me ratione consolor:
dum ille aliam patriae bonitate adductus mihi demonstret, interim ta-
men mea conscientia, facta, studia, mentis meae conscientia guberno: eaque me
sustento: quemadmodum Deus qui dat suae agnitionis mensuram quibus
vult, me praeceptis suis educavit ac informavit. Nec enim conscientia
mea nititur superstitionibus illis inanibus, quibus ego ut damnatis sen-
tentia verbi divini, nihil tribuendum esse censeo. Imo vero id declino cre-
dendo: quod de cultu deo exhibendo, in officina rationis humanae ex-
tinctum esse, pro mea fidei mediocritate agnosco. Neque enim me latet
tantam esse lucem inaccessae maiestatis divinae, ut oculos rationis nostrae
praestringat: nec aspici comprehendique possit: tantis quoque tenebris humanum
genus obscuratum esse, ut quicquid de deo, ac eius cultu fingat: illud veritati
divinae sit contrarium. Itaque verbo dei ipsius, quod ad eius cognitio mihi
est concessa caelitus, mea conscientia est fundata atque stabilita: Caetera vero
quae de dei timore confecta sunt ab hominibus, qui sunt natura ad superstitio-
nem proclives, nullius momenti esse duco. Haec est conditio vitae meae, quam
privatim instituo, cum sim laboribus & muneribus Reipubl. vacuus. Nec vero
solum.

Solum meiipsius rationem habeo: sed etiam circumspicio atque considero, quid
Reipubl. cuius commodis singulorum utilitas continetur, noxium sit,
quid salutare. Itaque tanto maiore diligentia & cura faciendum mihi est,
quanto magis his temporibus calamitosissimis omnia in peius ruunt, &
tristem ruinam ac vastitatem impiis minantur. Cum autem in hac
statione, quamvis non adeo magna, Dei bonitate collocatus: hoc propositum
atque institutum habeo, ut declinem omnia quae afferant detrimentum
huic nostrae Societati. Vereor enim ne religionis causa promovenda
per vim, aliud perniciosius meo studio subsequatur. Cum nondum for-
tasse Deus ipse, qui temporibus suis patefacit gloriam suam, rationem
ac viam ostendit. Itaque simpliciter nulla aliarum rerum habita ratione
ut loci nostri ut temporis velle adniti ut errores ex Ecclesia tollantur
non existimo consultum esse. Neque enim specie boni alicuius muneris
quisque debet: ut propterea alicuius mali causa sit & author. Neque
tamen tibi veniat in mentem, me minoris facere gloriae divinae decus
quam salutem nostrae Reipublicae. quae secundum Deum opt. qui est finis
omnium rerum, nostraque beatitudo, est in se amores, omnia commoda com

plectitur

plectitur. Hoc est mei studij: In hoc incumbo: quantum quidem a viribus
possum: ut nostros homines meis conatibus eo deducam (quam operam me optime
collocare non dubito) qui mentes suas inclinent ad aliquam rationem inuesti-
gandam: qua possit omnis dubitatio de religione tolli: aliquid autem ipse
pie constitui: in quo omnes sine ulla controversia acquiescamus, ut & tran-
quilla conscientia, in pace communi & concordia, quam Deus discipulis praecepit
cum omni honestate & pietate Deum aeternum celebremus. Hoc in studio
potissimum ut verser: & amor patriae, cui multum debeo, & honor divina
quam maximi facio, me excitat. Votis quoque id meis sedulo exposco, ut
Deus excitet spiritu suo sancto Reges, principes & alios qui sunt cum im-
perio, quibusque commisit curam rerum humanarum, qui omnem operam
ponant ut liberum Concilium oecumenicum cogatur, in quo omnes controversiae
de quibus tam perniciose digladiamur, componantur, cum non solum Papae
sed etiam principes Christiani Conciliorum Authores fuerint. posse au-
tem fieri ut his controversijs finis imponatur, nihil est ambigendum: spes
enim nobis affulsit Imperatorem Maximilianum, Philippum Hispaniarum
Galliae, nostrae quoque Poloniae Reges velle pro sua authoritate & stu-
dio

dio in temp. Christianam curare ut Concilium oecumenicum convocetur:
in quo communi sententia hi motus pernitiosi de Religione & Fide se-
dentur. Hoc est officium eorum, qui principem locum tenent: ut por-
tas regnorum suorum Christo Regi Regum advenienti per Evangelium
suum aperiant, ut hospitio & Asylum complectantur amanter. Curam cu-
ram illorum de Concilio oecumenico et illis susceptam Deus procul du-
bio fortunabit, qui Ecclesiam suam etiam omni presidio destitutam huma-
no, ipse pater clementiss. in cuius manu omnia posita sunt, non solet de-
serere. Declaravit id in Daniele propheta, in Iona, in aliis plurimis, omni-
bus temporibus. Sicut promisit se Ecclesiam adesse tueri, nec potest fons
perennis Veritatis unquam fallere. Alio autem pacto non video
posse conciliari homines, de tantis rebus dissidentes: quam ubi talis con-
sensus communis in Concilio generali fuerit, cuius certe magna vis est:
Catholica enim vox quae dam esse putatur ad inducendos homines in
aliquam opinionem & sententiam. Ego si me antesignanum in dimi-
cando contra adversarios collocarem: non tamen omnes a proposito

absti-

abducerem, cum mihi non omnia suppetant omnes: neque hoc sit in meis vi-
ribus & ingenio situm. Sed in illius qui cor ferreum hominis carneum facit:
qui prius nos convertit, ut convertamur ad ipsum. Adde si me hostem
apertum pontificiae parti adhaerenti declararem: praecluderem mihi viam
ad reducendos in concordiam nostros homines. Quomodo enim mihi altera pars
fidem adhiberet, quae pacto etiam continerem Episcopos, & eorum assclas: qui
tam potentes sunt opibus, auctoritate, facultatibus? quos tamen eo pacto deli-
nec, ne metus decidendi ex tanta potentia, cupidos honoris armet ad
propugnandum funesto marte fraternum sanguinem. Unde quid mali
huic Reipublicae quae adhuc totius Christiani imperii quidam murus est
eveniret! Sumus hostes crudelissimos undique. Turcas videlicet, qui non
solum Christianam religionem, sed ipsum genus, nomen religionis deletum
esse quam maxime cupiunt. Quid enim Turcarum tyrannus aliud facit tot
copiis instructus, tanta rabie in orbem Christianum concitatus quam ut
exstirpata radicitus Christiana religione, obliterato sanctissimo nomine
Christi, sui Mahometi sectores plantet: eiusque nomen extollat? At quod

tempus magis idoneum, ad eam rem captat: quam quo in discriminibus nostris ar-
ma caderemus? Hanc occasionem expectat, ut occupatis regnis su-
um regnum stabiliat, suam sectam instituat. Testis est Asia olim flo-
rentissima, tota Africa, magna etiam pars Europae: quam utiles sunt
illi ad tyrannidem amplificandam civiles dissensiones christianorum
regnorum? Nos quoque neglecta Respubl. pace: non Christo sed
Mahometo viam praeparaverimus. Ita non Christiano, sed Turcico fiet.
Quare abs te peto, non vetes mihi otio, nec tandem animum tranquilli-
tatis communis habere. Nam si hostis Christi arma, impetus, affligent
tamen Respubl. quanto magis intestina bella civilia? Movent me
plurimorum exempla Germaniae, Angliae, et aliorum regnorum: in
quibus tantum sanguinis christiani effusum est, eorum opera qui sim-
pliciter promovendae religionis habita ratione: alia non prospexerunt:
cum quidem prudentis sit omnes circumstantias et locorum et tempo-
rum considerare: neque tamen illi consequuti sunt sua opera, ut in eo-
rum sententiam omnes irent. Hoc est enim non humanarum vi-

rium

num, non consilij, non voluntatis: sed Dei omnipotentis qui Ecclesiam suam, qui-
bus vult temporibus aut obscuram aut illustrem reddit: vel tranquillam vel
perturbatam. Metuo itaque et ego, ne pereat huius boni motus indicium in
atroces dissensiones nostrae Reipubl. homines. Quomodo enim quod ad mala
via est: bonum esse dicam? Quid enim perturbata Respubl. boni unquam ef-
fectum est? quid salutare constitutum? Mala causa bonos effectus non
producit. Taceo quam misere inde concussa sint imperia: quam horribiliter
afflictum genus humanum! quanta legum disciplinaeque solutio facta? Hinc
etiam omnibus temporibus exorti sunt perniciosi errores? hinc multipli-
ces errores haeresium Manichaeorum, Arianorum et aliorum. Considera et
hoc nostro seculo quid evenerit, id me movet plurimum et magno dolore
afficit. An non et inter vos sunt (quod pace tua dixerim) dissidentes
opiniones et contrariae quarum ego iudicare possum sententiae. Hinc
scripta nonnullorum acerbitatis plena, hinc etiam perniciosa. Non est
opus me tibi exempla ostendere, cum oculis tibi ipsa versentur: quibus
adulatis, quae nonnunquam animum in utrumque ancipitem distrahunt: ut dubium
sit

sit, cui parti sit adhaerendum, cum Ecclesia Dei habeat unum caput etiam in
terris, Jesum Christum, ut ea sit necesse est. Oro tamen ut simus unum in
ipso, ut hae dissensiones certo modo aliquando terminentur. Itaque quod
scribis prophanis hominibus scopum esse cavere modis omnibus ne
quid publicam quietem turbet: nostram autem diversam esse rationem,
apud quos Dei gloria et doctrina caelestis cedere debet, quicquid in
mundo sublime est ac pretiosum: non inficior equidem: ubi utrumque
esse non potest: et pax publica et gloriae Dei celebratio. Tum enim me-
rito haec fragilia, caduca, momentanea et omnia quae divinae gloriae
servire debent, postponenda sunt ei cuius causa sunt, cuique servire de-
bent divina ordinatione. Nos vero bonam spem concepimus in con-
cordia communi, posse aliquem modum inveniri tollendarum dissensio-
num in Religione, ut vel omnes unum sequantur: vel diversam
sententiam amplectantur libere, pacem tamen communem non perturbando.
In hoc ego elaboro potissimum, ut sine turbis in tranquillitate aliquid
apud nos constituatur, quod spectaret ad unam religionem, fundatam

doctrina

doctrina prophetarum, Christi, et Apostolorum. Existimo autem hac ra-
tione me metas meae vocationis non transgredi; intra quas ut me continerem
officij esse puto: non ignorans in Ecclesia sua Deum officia certa attribuere
singulis. Alios enim constituit prophetas, alios Apostolos alios doctores, ut ne
communi usu officiorum et mutua [illegible] Ecclesiam. Permanebo itaque
in mea functione: studebo pro mea parte tranquillitatem communem tueri
ne cursus Evangelii Dei non impediatur, idque contra gloriae divinae illius
tandem faciam, quo me obsequium Deo praestaturum nihil dubito. Nam
si curam tranquillitatis communis non haberem, vereor ne coelum tandem
pervertendo, utrumque simul attitamus et coelum et terram, hostes his
multis nostras impendente. Vestram vero non aliam esse video
quam in Christianis populis concordiam domesticam recta habitis, qui
busque multis metis incolitur bellorum. Nemo vobis viris doctis vi-
tio vertere potest vestrum in propaganda vera religione studium. Est
enim hoc vestri officij et virium communium hominum societati do-
cendo prodesse quam plurimum. Vobis dedicatum est, qui donis ad hoc desti-
natis

natis instructissimis. Clamo, ne cesses. Nobis viris politicis non intelligo an eiusdem rei curam sit commissa, qui legum, disciplinae externae, tranquillitatis custodes esse debemus. Etiam non puto aequum esse, ut scandalo sim, ut Ecclesiam perturbem, cui pax divinitus conceditur, ubi pietas dominetur vera. In hac mea sententia non blandior mihi; non simulatione & hypocrisi (Deus est testis) sed iusta ut mihi videtur causa adductus publicam commoditatem specto: privati fructus percipiendi causa non id facio, ut rationes laborum temporum & rerum tam diligenter observem. ut ex sapientibus intelligi potest. Oro tamen supplex Deum ut hanc meam mentem pio zelo susceptam gubernet & ad finem bonum dedicat. qui nostra omnia pro suo arbitrio gubernat, qui etiam parum forsan commode cogitata bono fine terminat. Longioribus fortassis literis te intentum magis seriis & rebus gravioribus detineo: volui enim tibi significare meam sententiam de his quae me movissent tuo eruditissimo scripto. Te autem oro, ut pro tua humanitate & aequitate singulari hoc quae

neces-

ad te

ad Te scribo, ut patienter legas, et grato suscipias animo, quemadmodum et Epistolas soleo. Te autem, ut Deus pater salutis nostrae quam diutissime sospitem servet: et omnibus alijs bonis cumulet: ad gloriam nominis sui sancti: id vehementer cupio et opto. Datum in arce Tarnowien. feria sexta post pentecost. Anno 1559.

Tuus libenter ignotus et fere bonus amicus.

Joannes Comes in Tarnow, Castellanus Cracowien. et generalis Regni Capitaneus etc.

Manu sua subscripsit

Basileae editum ... epistolarum ... 219.

Clarissimo Eruditione Viro D. Ioanni Calvino, Genevensis Ecclesiae pastori, amico honorando.

S. D. Ex literis tuis mihi ij Martij redditis, quibus ad meas illas respondes, quibus ego prolixius tibi respondendum esse putaverim, propter quas nam causas mihi incredibile visum sit tam subitam et tumultuariam in regno hoc religionis mutationem fieri, intellexi te pleraque omnia quaeque tandem eo in negocio a me scripta sunt, gratanter accepisse, et alia quae scripta sunt aequo interpretatum esse. Credo item alijs omnibus praetermissis in quibus tibi a me satisfactum non esse, ac te etiam ijs offensum ex epistola

tolerari apparet, solummodo apud te Caesare potius, credas mihi velim:
utcunq tandem ea a me, qui in istius generis studijs minimum versa-
tus sum, nec ullam eruditionis laudem mihi tribuo, scripta sunt, non
e fucato animo, ullove subsannandi studio, sed sincero potius candido
& christiano profecta esse. Nec ex etiam proposito, ut meas opi-
niones tibi obtrudendas, & a te necessario probandas & tuendas existi-
maveris: sed ut mea de eo negotio (ut quibusdam videtur) ter-
giversationis, pro meo captu atq sententia, rationes adferrem. Quae
si tibi viro docto & acutissimi ingenij minus probantur, Deo com-
mittendum est, qui solus corda hominum illuminat, sensusq gra-
tia sua perficit, quam pro modo arbitrij sui unicuiq largitur. Ego
sane coepto quod tibi meas in eo rationes non probari video, addu-
cor, ut in eo scriptionum genere mihi a scribendo ad te abstinen-
dum esse ducam. Absit itaq ut mea ad te scripta maligno
animi studio proposita et profecta intelligas. Cum enim in seriosibus
& civilibus istis negocijs, ac familiariter etiam ad amicos epistolis
nunquam contrario eo animo quicquam egerim, ad te virum gravem, & in eo
scriptorum

Scriptorum genere versatum, in re denique tam gravi et seria, quam omnes serio et purissimo animi affectu tractare debemus, illo uno dandi proposito me scripsisse credendum non est. Vale. Tarnoviae, die iij Maij. Anni a D L X

tuus bonus amicus. Joannes Comes in Tarnow
Cracov. Castellanus etc.
Manu sua

Reverendo Viro ac Eximio Ecclesiae Doctori, Domino Joanni Calvino, Domino meo perpetua observantia colendo.

S. P. D. Reverende Domine: Licet existimem me tibi ignotum esse, nisi forte memineris quod ante sesquiannum huc veniens te Francofordiae salutarim, ac mihi literas ad Dominum Philippum transmittendas dederis: iudicavi tamen non ingratum tibi fore si interdum aliquid de statu Ecclesiarum harum ad te scriberem. Nam aliquamdiu hic haerere coactus. Habebam quidem in animo ad te Wormatia scribere de actis colloquij et quid animi quilibet Theologorum qui ibi fuerant haberet in hac controversia de Coena Domini, quae in nostra [illegible] Ecclesiis controvertuntur diutissime. Ibi enim diu apud Dominum Philippum haesi, et cum omnibus familiariter sum versatus; verum cum Francofordiam ob quaedam negotia profectus essem, praeter omnium ex-

postulatum

predationem, diremptum est colloquium, & vix Wormatiam redieram
cum insalutatis pene amicis me dilabere oportuit. Nostri enim interea dum
abfueram, ad ista se praeparaverant. De his tamen cum Doctore Eustachio Col-
latino Francofordiae egi, qui recepit se ea ad te scripturum, quae iudicaret
utile esse te scire. De voluntate Domini Philippi non scribo. Nam eam
iamdudum tibi notam esse scio. Videtur tamen mihi paulatim fieri
animosior in hac controversia, & ita agere ut tandem eum coactum iri
Westphalum suam sententiam proferre. Principibus Rhenanis re-
cens consultum, ut non dissoluto conventu horum Ecclesiarum suas compo-
nant, quandoquidem tam promptum sit ipsi Saxones ad aequas conditiones descen-
turos. Cum nuper Francofordiae simul apud essemus hospitio a Nico-
lao Bromio, venerat ad se Dominus Philippus Hartmannum Beyer Consu-
latum, qui est intimus Westphalo. Inter coenandum orto sermone de
Peregrinis graviter eum objurgavit & admonuit, ut ipse & Collegae si
sibi & Ecclesiae consultum vellent, deponerent tandem illa odia adversus
suos miseros exules & profugos propter Christum, quorum calamitatibus
qui non moverentur, ne homines quidem, nedum Christianos debere dici

ajebat

aiebat: Imitaretur autem suorum Senatus benignitatem, cum in ea se praeire ma-
gis eos deceret. Cum respondisset Hartmannus nec se nec collegas certare
aliis sed tantum hoc agere ut sit in Ecclesiis concordia & consensus in doctrina:
dixit Philippus iam commotior, semper fuisse in Ecclesia, qui eiusmodi larvis &
sycophantiis simplicioribus fucum facerent & animi sui cupiditatem & odia
adversus Deum & homines tegerent. Esse autem contentionem inter Germanicas
& peregrinas Ecclesias in doctrina, nisi quod in articulo de Caena Domini se-
ipsum quaererent explicationem, se desolle [illegible]: sibi etiam eam non
videri non esse explicationem: Satis etiam durius hunc est invectus in
Westphalum. Ex eorum Coetu est nobis redux Hamburga hypocritarum)
Hartmannus scripsit ipsi Westphalo, qui est eam non domino Philippo iam
non est minus infensus [illegible], publiceque in suis concionibus debacchatur
in ipsum, & dicit esse Sacramentarium. Sed iam D. Philippus misit
ad principem Augustum scriptum, quod ibi exhibetur totam illam
factionem ita ostendet, ut existimem eos non esse temperantiores quam publi-
cis scriptis eum petant. Tres enim Electores Augustanae Confessionis, prae-
terea Vitebergensis, Hessus & alii principes & comites Rhenani Catho-
[illegible]

tuerunt post [illegible] deliberare de Congregunda Synodo
Saxonis, et tollenda dissidia quibus miserè dilacerantur Ecclesiæ Germa-
nicæ: Petierunt itaque à Dno Philippo, ut ipse dicat significaret, quo-
niam [illegible] Concordiam in Ecclesia constitui posse iudicaret, & quid existimaret
factum in tali re negocii [illegible]. Dominus Philippus respondit: esse
quidem multa dissidia in Ecclesia: sed horum aliquam facile tolli posse
[illegible] de Cœna Domini, in qua non quaeritur veritas, sed [illegible]
& factionibus. Aperte autem condemnare illas propositiones, quæ
sunt in Confessione Saxonum edita à Westphalo: Corpus Christi est ubiq:
Hic panis est essentiale corpus Christi. Item dicit, Adorationem illius panis
esse idololatriam & Nihil habere rationem Sacramenti extra usum insti-
tutum à Christo: Ac si quid deciderit inter sumendum, id nihil differre
à communi pane & vino. Isti enim ait sua magis apud imperitum
vulgus confirmant, non solum [illegible], [illegible], sed etiam reducunt
[illegible] aut [illegible], aut quidquid aliud in quod decidit. Id nuper Isle-
bius fecit Sarcerius, qui est inter præcipuos istius factionis. Hoc autem
scriptum Dni Philippi est germanicum, & per Verodenses ante obitum
missum est

"Si quid decidat"

missam est ad principes, a quibus si quid constituetur, quod putem tua inter-
esse ut scias, ego id cognitum statim tibi significabo. Credo tibi notum
esse nomen Doctoris Alberti Hardenberg qui est Bremae: Is in hac Coenensi
se pie, prudenter & constanter hactenus gessit, nec in ulla re cessit adversa-
riis, quamvis saepe magno impetu conati sint eum opprimere. Omni autem
tanta modestia ab eo fit, ut videatur quodammodo non meritis abreptus in
iniuriis, quibus aliquoties est affectus. Concitarunt adversarii eum Daniae Re-
gem, ac fere omnes urbes liberas & principes inferioris Saxoniae ac etiam Thu-
ringicos. Tentati sunt & alii principes (& in iis Palatinus Elector) dum
essemus Wormatiae, sed non successit negotium. Ii omnes principes
& urbes de quibus dixi, missis legationibus ad Bremenses, dure intermi-
nati sunt, nisi Albertum dimitterent aut compescerent: & Rex Danicus inter-
dixit eis negociationum in suis regnis. Scripsit etiam satis imperiose ad
Dnm Philippum, eo quod cum Alberto amicitiam colat, & postulavit Al-
bertum condemnari: Sed Dns Philippus (solitus dicere ad omnia sentire)
nihil ad haec respondit, & non dubito quin legem ea se nolle ostenderit.
Adversarii autem Alberti, cum omnia tentaverint, & nihil successerit,

iam

jam velut vespe irritatis in ... crabronis minas ferebant. Ipse Albertus
suadentibus amicis, ut aliquantisper eorum furori cederet, respondit se non ces-
surum, etiamsi ab omnibus desereretur, et paratum esse in ea causa vitam
profundere. Dignus est sane, pro quo omnes pii orent, et quem tu et tui si-
miles literis vestris et adhortationibus confirmetis. Si ad eum cupis scri-
bere: potes literas tuas Embdam mittere, vel huc. Singulis enim propemo-
dum diebus habemus tabellarios ad Bremam hactenus. Crescit sane in
hac schola numerus eorum, qui veritati favent et non parum profuit
causae impedivisse condemnationes Wormatiae, in qua se non fuit lenius opera
Casparis Peuceri, generi Domini Philippi. Nam de oppressione pandectarum
data est occasio, et quantum in se fuit confirmavit Dominum Philippum
quoniam liceat ei agere literis cum Augusto. Cuperem sane te ad eum
scribere et amicitiam cum eo contrahere, quae meo iudicio non erit inu-
inutilis. Nam praeter summum ingenium et rariorem eruditionem, in eo
non est vulgaris pietas et constantia in defendenda veritate. Dominus
Philippus curis, laboribus, calumniis et sycophantiis multorum ita fractus
est, ut de illa consueta hilaritate nihil amplius in eo sit reliquum

Adeo

Adeo autem tenui & incerta valetudine est, ex qua redijmus Wormatia: ut vix spes sit eum diu superfuturum. Non male feceris si eum accuratis consolatoriis & literis tuis erigens. Iam enim ex nulla re voluptatem nihil capere videtur, praeterquam ex literis, quae a bonis viris amanter ad eum scribuntur. Si literas tuas Francofordiam ad Bruninum mittes, certo huc perferentur. Oro ne hae meae spargantur. Deus conservet te diu suae Ecclesiae. Vitebergae. Idibus Martij 1550

Hubertus Languetus

EIDEM.

S. P. D. Reverende Domine. In alteris meis literis scripseram Electores Evangelicos missa post Conventum Francofordianum ad principes Thuringos petijsse legatione ab illis ut comprobarent decreta quae in eo conventu facta fuerant ad sopiendas rixas quibus Ecclesiae Germanicae turbantur. Thuringicos vero respondisse se non posse nisi re prius cum suis Theologis deliberata, certo modo decreta vel probare vel rejicere. Iam vero miserunt ad Electores Saxonicum & Brandeburgicum Consultationem eorum decretorum, quam suspicor fore causam novorum motuum in his regionibus. Ante triduum fuerunt hic oratores Brandeburg

burgenses, ut ea de re deliberarent cum Domino Philippo, qui desiderare
ne Apologia scriberetur nomine Electorum, qui hoc negotio videbantur
& Senatus ne aliud responderent quam se permanere in Francofurt. decr-
etis & Thuringicorum consolationem improbare. Si quid autem respon-
dendum sit, dixi satius esse hoc fieri privatim a Theologis quam ab
ipsis principibus publice, ne Augustanae Confessionis in partes scindi videatur.
Sparsus fuit ante aliquot menses libellus nomine Illyrici, cuius titulus
fuit. Interim Samaritanorum. qui eandem fere continebat quam illa con-
futatio, cuius etiam ipse Illyricus dicitur esse autor. In ea obscura
sunt verba sermones doctrinae de Iustificatione, Et in articulo de Caena
Domini prolixe declamant ut Domino Philippo conflent invidiam apud
Saxones. Eius epistolas ea de re edidit & alios scriptas utrasque co-
quibus satisfacerent & dicuntur esse iam Ienae editae. Petitur ob eandem
causam a Saxonibus Paulus Eberus qui in pastoratu huius oppidi
recenter successit D. Iohan. Pomerano mortuo ante aliquot menses.
Haec de nostris Ecclesiis: quae utcunque sunt tranquillae. Sed inferioris
Saxoniae sunt turbulentissimae. Doctor Albertus Brunsvicensis
acriter

acriter oppugnatur a Westphalis & eius satellitibus. Verum spero, eorum conatus

irritos fore, cum et Rex Daniae nihil praetermittet, quod ad eorum oppri-

mendum faciat. Is est iam in Holsatia: quo ob eam praecipue causam

venisse dicitur, invitatus ab illis filijs. Sed Albertus iam habet patro-

num Archiepiscopum Bremensem recens electum, qui est Henrici Brunsui-

censis frater. Saxonicae autem urbes non tantum atteruntur domesticis

seditionibus suorum Theologorum, sed etiam externis bellis. Nam prin-

ceps Moschouiticus irrupit in Liuoniam (in qua hactenus fuerunt prae-

cipuae Saxonum negotiationes) quam populatam totam depopulatus est

& cepit oppida Narvam & Darbatum. Dicitur etiam recens occupasse

Reualiam insignem urbem maritimam, cuius portus est omnium qui

sunt ad sinum Codanensem Venedicum commodissimus & tutissimus. Lu-

becae instruitur classis sumptibus Saxonicarum urbium ad ferendas sup-

petias Liuonijs. Sed tantum mittetur pedes Moldro, qui in Saxonico bello

ad Murgiada vel decentum mille equitum. Rex Poloniae alias otiosus

spectator alienarum tragoediarum, cui etiam vehementer minatur Moschus, si

Liuoniam occupauerit, cum Lithuaniae, Russiae & Samogethiae, cuius pro-

vince

vinciae sunt contiguae. Hec est verisimile principem Moschovitarum quae
terram, cum sit tantum ingenti et alio animorum, elatus prae ea ipsa pre
tibi in armis et natura ferocissimus, cui et ferunt etiam nunc est multi ce
candi proelia contra Tartaros, quibus dicitur trecenta aut quadragenta
millia variis proeliis trucidasse. Habet etiam tres reges captivos quos
semper secum ducit, et eis eripuit regnum Casan quod est ad Volgam
fluvium versus mare Caspium. Postremis annis etiam diuturne afflixit
Regem Suetiae, qui tandem postremo pacem ab eo redemit. Si ullus prin-
cipatus in Europa crescere debet, ille erit. Urbes quae in Livoniis tri-
buit sunt postremo Coloniae Germanorum versus ortum et septentrione
Narve distat ad minimum quadraginta germanicis milliaribus, miliaribus, tanta fuit
longitudo Germaniae ab ortu castra ad oceanum Borealem. In istis locis in-
ditum Herodotus ponere Neurios quos dicit certo tempore anni verti
in lupos, quod est etiam nobilissimum in illis regionibus, et nomen Narve
sive Narva (ut aliqui dicunt) non esse absimile veteri. Dictum est mihi
tamen a Moscoviticis nomen Neuriorum integrum adhuc extare ad
paludes ex quibus fluunt Borysthenes, Volga qui etiam Rha, et Duna
ue

quae tamen non possit obstare a lingua. Hoc ideo scribo de illis tuis bonis gentibus quamvis existimo vix famam earum Amsedomiliorum ad vos pervenire. Vale et meas nugas boni consulas. Deus conservet [te et tuos. Vitebergae VII Cal. Septemb. 1558

Hubertus Languetus.

A Monsieur.

Monsieur de Beze

A Geneve.

Monsieur, je vous envoie un exemplaire de mon oeuvre de Emendatione temporum. Je vouldrois avoir si bien faict, que mon livre vous fust agreable. Je m'asseure, que pour le moins vous en loueres la bonne volonte comme de celui le, qui vous honnore sur toutes les personnes du monde. Je prierai Dieu

Monsieur vous maintenir en sa saincte garde. De Leyden en Holland. Le XVI Mars Stile Iulien 1598

Vre humble serviteur

Joseph de la Scala.

Clarissimo Viro Domino Theodoro Bezae, Genevensis
Ecclesiae pastori fidelissimo, Domino suo perpetuo colendo.

Cum ex tuis literis ad D. Sturmium intellexerim quid sentias de dis-
putatione Illyrici de peccato originali, et mihi dixerit Philippus Camerarius
se eadem ex te nuper istic audivisse: existimavi te non scribere interpella-
turum si scriberem me credere te rem utilem Ecclesiae Dei facturum et bonis
omnibus gratum, si ex refutatione illius errores accipias occasionem labefac-
tandi nihilominus illius authoritatem, quam iam totos viginti annos ita stabili-
vit ad convellendum quicquid in Ecclesia recte et explicatum, ut fere suspi-
cor ipsum ob eam rem coniectum esse ab iis qui renascentis Evangelii
fulgorem ferre non potuerunt. Hoc certe suis ipsum calumniando bonos
et Germanorum Theologorum animis instillando studium factionum et
contentionum ab aliquot annis plus damni intulisse Ecclesiae Dei quam omnium
Pontificiorum molitiones et [illegible]. Eius rei cuilibet fidem fa-
cere possunt ea quae per ipsum ante biennium facta sunt Antverpiae, et
quae per eius sectatores superiore anno in Austria, cum Imperator nobi-
litati dedisset potestatem constituendi suas Ecclesias, quas ita perturbarunt

ut

ut fere nulla supersit spes concordiae & boni omnes metuant ne longe
ulter ex iis contentionibus eas evertendi occasionem accipiat. Quod au-
tem in iis rebus non moveatur religione, ut videri vult, satis ostendunt
eius disputationes quibus veterum Ecclesiarum doctrinam de Coena Domini
oppugnat. Nam in nostris Ecclesiis institutum fuisse cum constet, & usum
propterea Simone Grynaeo, cui per aliquot annos intervenit, & cum postea
venisset in Saxoniam, fuit ei occasio insinuandi se in familiaritatem & bene-
volentiam Domini Philippi, quod eam doctrinam profiteretur. Haec sae-
pius audivi ex Domino Philippo, cuius verbis te adhibere fidem non du-
bito. Abstinuit ab ea disputatione quamdiu ipsi licuit propter Coniuratos
sed cum videret vilescere & fastidiri toties repetitam illam cantile-
nam de adiaphoris, & propterea minui paulatim suam authoritatem: Et
praeterea Westphalus contradiceret Saxonicorum Theologorum suffragia ad
istius res cogeret ipsum sententiam suam aperire, maluit ab agnita
veritate desciscere quam a suis sodalibus a quibus maxima emolumenta
percipiebat. Ab eo tempore nemo fuit nobis hostis acerbior, & quam
dedignum conviciando & insectando nos fatigati utcunque quiescebant

ipse

ipse languescentes contentionum flammas semper accendit, & renouandi
certaminis quaerit occasiones. Sed quorsum haec ad te, cum sint no-
tissima? Ut ad institutum reuertar, putarem, si quid tale scriberes,
id etiam utilitatis inde consecuturum, quod enim hominum abalienaretur
ab illa odiosa contentione de Coena Domini, quam tota illa factio perpe-
tuo inculcat suis auditoribus, & dat operam ut ipsis persuadeat,
nos dum sententiae Lutheri aduersamur, id agere ut totius religionis
fundamenta conuellamus. Novi multos bonos & eruditos viros
in Germania, qui etiam si sint tibi ignoti: te tamen ob virtutem &
indefessum studium promouendi gloriam Dei & eximias ingenij dotes
quibus te Deus liberalissime ornauit, colunt & amant, quibus rem face-
res gratissimam si istius hominis petulantiam & audaciam retunderes.
Non dubito etiam, quin tibi pro ea re habiturus esset gratiam Saxoniae
Elector, qui licet dissentiat a nostris Ecclesijs, minus tamen in nos est
acerbus quam reliqui, quod satis ostendit Naumburgi ante octo annos, &
Augustae Vindelicorum ante triennium. Cum enim principes omnes Christi-
ani facta conspiratione aduersus nostras Ecclesias id agerent, ut Electo-
rem Palatinum

Palatinus publico Imperij decreto condemnaretur ob susceptam nostram
doctrinam, in eamq. rem maiori studio incumberent plerique Protestantium
quam ipsi Pontificij: solus noster Rex illorum omnium molitionibus opposuit &
sua authoritate perfecit ut ea deliberatio in aliud tempus rejiceretur, non
ignorans dissoluto conventu fore facile eludere conatus eorum qui in-
ter nos & Germanos dissidia & odia accendere conabantur, & sciret rebelles
nostros in Gallia per se armis facile opprimi, si nihil ipsis auxiliorum ex
Germania submitteretur. Neminj autem fuit dubium Pontificem & ipsos
& alios Reges tanto conatu incubuisse in perniciem Palatinj, non propter
ipsum Palatinum, sed propter nos & Belgas, quos per ipsius latus confodere co-
nabantur. Non parvi rem esse ducam demereri benevolentiam Principis
cuius est praecipua autoritas in Imperio qui si se ducem alijs iam prae-
beret, forte ex Germania nostris [possemus] sperare liceret levamen aliquod ingen-
tium malorum, in quae seditiosi consilia eorum quos nosti, miserrimam nos-
tram patriam praecipitarunt. Sed de his satis. Credo te non ignorare
Imperatorem id agere, ut ipse & aliquot principes Germaniae constituan-
tur arbitri pacis inter Regem & nostros: & ob eam rem institui solemnes
legationes

Legationem in Galliam, ab ipso Imperatore, a Rege Electoribus, domo Austriaca, duce
Bauariae, Hessiae Landgrauio & Episcopo Wirzburgensi. Constituta tum est au-
tem ut huc conueniant, & dictus fuit huic rei dies vigesimus quintus
superioris mensis, qui licet diu iam praeterierit, nondum tamen aduenerunt
Palatinenses, Saxonici & Brandeburgenses & Colonienses. Horum moram
accusant grauiter ij qui hic sunt, e quibus dicunt se habere literas.
Pontificijs etiam ea res est suspecta, propterea cum dux Casimirus diu-
tius haereat apud Saxonem & fama huc perferatur conscribi equitem
in Saxonia, & postea quibusdam Regem praesentientur, quid de ijs rebus
habeam? Mihi est gratum, nostros non aduenire. Nam etiam video quod
Rex hac legatione nihilo ad nos redire possit, cum multum inter ipsos videam
qui externorum motuum causas satis intelligat, & postea Pontificij longe
superant numero & auctoritate eos qui partibus [illegible] nostris addicti.
Quare vereor ne hac legatione id agatur ut Germanorum animi aba-
lienentur a Nostris si forte renuerent Regem in arbitrio totam controuer-
siam committere, & postea impediatur militi Germanico qui nostris mili-
tat, ut in patriam redeat. Nam & hi secum habent fiscalem Heralda-

Imperij

Imperij, ut vocant. Vix tamen potuit militum Germanicum discessurum i
nolint, clamante id ipso imperatore, nisi lex debita stipendia ipsi numeret.
Decretum quidem fuit nuper Francfurti ut legati principum qui tunc adessent
huc convenirent sub finem superioris mensis, ut si contingeret sub id tempus
militem Germanicum dimitti ex Gallia, ad motus eius cum & omnes
Helvetios sua autoritate retinerent, sed huius legationis in Galliam
nulla tunc facta fuit mentio. In Conventu Francofortensi Imperator cla-
ris aperuit suum animum erga Gallos: Nam egit ut persuaderet
† his Bipontinus & Orangius, & inde Comitatus Pontificij ubi sunt
pacti insolentiores tum propter mortem principis Condaei quae incidit in
illud tempus, tum quia credebant dissolutum iri exercitum Bipontini
quem ubi audierunt superato Arari pergere in intimam Galliam ex
pacti facti sunt minus superbi. Legati vero Protestantium cum vi-
derent Pontificios in numero suffragiorum longe esse superiores id u-
num egerunt, ut nihil ageretur: quod sunt consecuti. Nam omnes deli-
berationes reiectae sunt in proxima imperij Comitia quae sunt indicenda
Wormatiae, aut Francofurtum sub finem Autumni. Cum perferent in Ger-
mania

Germaniae ~~[illegible]~~ Vezinius [illegible]. Nam ex Saxonia nondum est reversus.
Accepi ex ea ipsa aula literas, in quibus eius prudentia commendatur, et qui-
sentiebat, speratur non fore irritos eius conatus, quamvis sint sane difficil-
limi variis ex causis diversos Germanorum principum animos coniungere
nisi forte periculum quod videtur esse propositum, plus tandem apud ipsos
possit quam hactenus potuerit ratio. Commode accidit, ut ipse Vitus et
Kylligreus legatus Anglicus ac etiam dux Casimirus, sub idem tempus
venirent ad Electorem Saxoniae. Rex Poloniae persuasus ab Osio
eiecit omnes concionatores nostrae religionis ex Prussia Occidentali. Dan-
tiscanum emporium celeberrimum et aliarum urbium non solum obtempera-
vit Regi mandanti ut eos eijceret, sed misit ad Regem duos ex
Senatu, qui ipsi indicarunt non posse id fieri sine maximo periculo
seditionis popularis, cum urbs sit populosissima et totus populus nostrae
religioni addictus: sed audio illos a Rege coniectos in vincula, et urbem
florentissimam, in qua [illegible] antea habuit, civilis concordiae relictis
in miseram servitutem esse redactam. In Orientali vero Prussia quae
habet principem ex Brandeburgensi familia, qui tamen Regis Poloniae im-

perium

perdum agnovit, omnia sunt perturbatissima & medicaturum est ne ibi
etiam evertantur Ecclesiae, quae quadraginta annos constitutae & floren
tissimae, antequam Osiander ad ea loca peruenisset. Successit nuper Seni
parenti adolescentulus imbecilla aetate & eo ingenio, ut etiam in futu
rum nihil eximium de eo sperari possit, & tum inolescit in castu
bas quas ante quatriennium ibi excitauit Scalichius, nec habeat
Viros prudentes qui his malis remedia quaerant, videtur versari
in maximo periculo. Accedit & aliud malum ad ista quod Joa
chimus Morlinus pastor Brunsuicensis homo quidem facundus
sed animo elato, vocatus eo post mortem senioris principis ad compon
dende ea quae in Ecclesijs erant turbata suae potentiae multa alia
factiones & sua morositate animos dissentientium ita exacerbat
ut videatur id tantum agere, ut impendentem ruinam acceleret.
Veretur iam ne nobilitas metuens sibi a populo, quem videt ei
addictum foveat potentiam Polonorum, qui id agunt ut regionem
illam in servitutem redigant. Cuius rei iam iacta sunt ab ijs
fundamenta. Nam in omnia loca maritima suae gentis praesidia
induxerunt. Eam rem promouet Osius, quantum in se est. cuius
Episcopatus

Episcopatus pertinere ad Borussiam. Germanici principes altum dor-
mientes & negligentes incendia quae ad ipsos tandem serpent a pau-
cis annis passi sunt sibi eripi a Polonis & Russis Borussiam & Livo-
niam, amplissimas regiones, & innumeras Ecclesias in iis everti. Per-
suaserat etiam Osius Regi Sueciae ne staret conventioni factae cum
Dano, & effecerat ut Polonus discederet a foedere quo erat adstrictus
Dano & Lubecensibus, & se adiungeret Sueco suo affini, non quod
Sueco cuperet consultum, sed ut isti duo Reges diuturno bello se tan-
quam mutuis vulneribus conficerent, idque odio nostrae religionis. Multi
tamen Germanici principes id sedulo egerunt, ut Osii conatus ever-
tant, & tandem sopiant illud bellum & crudelissimis contis suscep-
tum, quod maioribus odiis quam viribus hactenus est gestum & Sva-
dicum vitale utrique genti fore fuit dictio. Ioannes qui iam reg-
nat in Suecia Erico Rege fratre suo tradito custodiae volens res
suas stabilire petiit pacem a Dano & misit legatos in Daniam
cum mandatis qui de ea re agerent. Inter ipsos tandem convenit
de pacis conditionibus, quarum una fuit, ut Suecus numeraret Dano
in sumptus belli quater centena millia talerorum, quae conditio missa
est

est tam gravis Sueco, ut ob eam istam conditionem discedere noluerit.
Audio Danum persuasum a principibus Germaniae conditionem illam
Sueco remittere & per tempus induciarum utriusq. Regis legatos convenire in oppi-
do Falkenberg, quod est in finibus utriusq. regni ut de tota re tran-
sigant & esse fere certam spem, stabilituram inter ipsos pacem. Alba-
nus iam meditatur saevum illum & efferum animum suum flectere
ad lenitatem. Iam enim solet invisere & consolari Egmondanum, quem
antea ne quidem ad colloquium admittere solebat. Attribuit ei
nuper ex mandato sui Regis annua tria millia Coronatorum
quibus se & liberos alat: & audio filio eius maximo natu datam
opimam Commendam in Hispania. Interdictum est etiam Albano ne
quid ex Egmondani bonis distraheret, ut videatur liberis dari spes
aliqua restitutionis. Haec simulantur ad faciendum fucum princi-
pibus Germaniae, & praecipue ad leniendum Palatini animum, quem
minus contemnent quam antea, ex quo se affinitate cum eo iunxit,
& metuunt ne quid moveat in hoc dubio & incerto rerum statu. Ani-
madverto eos qui hic sunt nomine Imperatoris sedulo dare operam

ut

ut mirentur odium & invidiam quam vident ipsum Albertum ab eius
debilitatem flagrare, & profecto contra alterum principem legatis pleraque
quae de ipsius sensualitate, ut loquuntur, dicta sunt in Germania esse con-
ficta a nostris hominibus. Strenuam operam in ea re navat Co-
mes Montfortius qui nuper venit Bruxellas. De rebus gallicis non
scribo, quia existimo vos istic habere certiora quam hic habemus. De
germanicis scribam, cum de ipsis certior, si sciero tibi non fore in-
gratum. Intra aliquot dies proficiscar Francofurtum, cum videam
me hic frustra terere tempus. Iussus enim eram principis mei lega-
tos expectare, quos quidem non advenire, quoniam id video valde esse
ingratum pontificiis, qui existimabant se per legationem aliquid exi-
mium effecturos, & de ea re ad Regem magnifice scripserant. Hortare
etiam vestros Bibliopolas ut tuorum poematum exemplaria afferant
Francofurtum: valde enim expectantur, & Conradus & alii aliquot amici
sollicite ad me scripserunt, ut ea ipsis procurem. Vidi exemplar
quod ad Masiliam misisti, ac cum summa voluptate perlegi, in quo
mihi visa sunt tanquam sydera fulgere quae de Bordiis & Anivalis con-
iuge

pigre scripsisti. Bene vale. Argentorati. viii Calend. Septemb. 1569

Tui observantissimus Hubertus Languetus.

Clarissimo ac Reverendo viro, Domino Theodoro
Bezae, verbi Dei in Ecclesia Genevensi interpreti fi-
delissimo: domino & amico perpetua observantia colendo

S.D.P. Nescio quâ excusatione utar apud te, quem tot gravissimis oc-
cupationibus obrutum, non desinam interpellare ob res, ut vere scribis, quae
alias propius attingunt. In nostris scholis sunt nonnulli Theologi, qui-
bus nec desit eruditio nec ingenij acumen, sed in ipsis est quaedam
animi mollicies, quam nisi excusserint, tandem scholae & Ecclesiae illae
nostrae regionis amittent omnem eam authoritatem quam Lutherus & Dominus
Philippus ipsis sua virtute pepererunt. Et respiciebam, cum ad te scribe-
rem, quod ad retundendam insani istius hominis petulantiam non
minus opus esset authoritate quam ingenio, quam satis ad eam rem afferre
poteras. Cupiebam etiam te gratificari principi ut illustratam operam
eius Ecclesijs praestitam opponeremus calumnijs eorum qui nostros apud
ipsum deferre solent, & ea ratione sperabam eum posse reddi aequio-
rem

rem nostris qui in Gallia ob religionem periclitantur. Misi iam
ad ipsum scriptum recens à te editum, at Dux eo re habeamus occa.
sionem in proximo imperij conuentu nostrorum causam libenius ipsi
commendandi. Iam quidem alio respiciens non parum nos iuuat.
Nam impedit ne Dux Ioannes Wilhelmus ipsius gentilis, militem
Regi promissum cogat, & Erico Brunsuicensi, pro sua auctoritate
omni difficiliorem reddit. Finito tempore conductionis (ut no.
minant) cum Dux Ericus nuper missus esset à Rege suum mili
tem ad aliquot menses denuo conducere & nouo iureiurando obstrin.
gere: bona pars militum ipsius fertur id detrectasse. Si posset per
fici in Germania, ne quis Germanus Regi militaret: speraremus id
nobis fore utilius, quam auxilia impetrasse. Cum Imperator nuper
petisset ab ordinibus Regni Bohemici magnam pecuniam ad dissol.
uendum aes alienum quo est obrutus: proceres regni negarunt se
quicquam numeraturos, nisi ipsis libertas in religione promitteretur.
quid responsi acceperint ab Imperatore, nondum scimus. Nuper Pra
gam venerunt ad ipsum Imperatorem, aliquot ex principibus Ger.
maniae. sed quam ob causam, nondum certi sumus. Sunt qui di.
cant

cunt Ferdinandum Archiducem & Bavarum eo venisse ut diluerent
suspiciones quibus sunt aspersi ob Landspergense foedus, cui se recens
annexuerunt Moguntinus, Trevirensis & Salzburgensis Episcopi & Epus
Herbipolitanus, ac aliquot alij. Ea res fuit suspecta principibus protes
tantibus, cum praesertim Archidux Ferdinandus & Bavarus, quorum est
praecipua autoritas in eo foedere sint nostrae religioni infensissimi. Qua
les sint eorum conatus videbimus in proximis Imperij conventu indicto
Spirae ad finem Maij. Constitutum erat ut superiore anno celebra
retur is conventus, sed Pontificij arte distulerunt eum in hunc
annum ut viderent eventum belli gallici. Quod si
nostri interea fuissent oppressi, ut ipsi sperabant, haud dubie ali
quid in religione tentassent. Jam vero cum videant incertus
esse quam initio quis sit futurus finis nostrorum motuum, dissimula
bunt ea quae animo agitabant. Imperator dicitur missurus fi
liam in Hispaniam sub finem Aprilis, ita ut Hispani respiciant ad
filium maximum natu. Cui ut asserat imperium, nihil non facit.
Aiunt eum non dimissurum a se alterum filium, quamdiu Gal
lia intestino hoc bello ardebit. in qua sententia utinam perseveret.

Nam videretur ea res aliquid momenti ad pacem allatura. Nuptiis
Ducis Casimiri dictus est dies quartus Junij. Bellum inter Reges
Daniae & Sueciae magis ac magis exardescit, sed maioribus odijs quam
viribus geritur. Nam utrinque fracta sunt opes. Danus nuper Mos-
chis proposuit Sueco conditiones pacis, ut multi existimant, satis ae-
quas, quas Suecus repudiavit, insolens affinitate Poloni, qui iam se
ei adiunxit, desertis Dano & Lubecensibus, quibus antea erat foedere
iunctus. Danus itaque & se nova necessitudine ut muniret adver-
sus Poloni potentiam, impetravit Magno fratri, qui fuit Episcopus Oese-
liensis filiam principis Moscovitarum, qui permittit genero pro dotalitio
totam Livoniam, ita tamen ut sub clientela ipsius eam possideat. Di-
citur Moscus nuper occupasse Revaliam insignem urbem Livoniae, quae
fuit postrema Colonia Germanorum ad septentrionem & celeberrimum
totius septentrionis emporium. Nam ibi fiebant permutationes multa-
rum mercium & Moscoviticarum, quae sunt magni pretij. Doleo vi-
cem urbis, in qua ante annos quadraginta vidi florentem ecclesiam &
non parum humanitatis publice & privatim sum expertus. Haec amicitia
inter Danos & Moscos pariet tandem ferae & perniciosae genti, quae his
annis

armis ausus est irritare Turcicam potentiam. Nam Turcos conantes ducere fos-
sam à Rha fluuio ad Tanaim, ut naues ex mari Caspio aduerso Rha ad-
uectas per eam fossam deducerent ad Tanaim, & inde in Maeotida, Moscus eos
proelijs victos coegit ab instituto desistere, & Tartarum Praecopiensem, qui
ad Tauricam Chersonesum regnat, male mulctatum eo quod Turcis
auxilia subministrauit, ad tributum pendendum adegit. Quae de suc-
cessibus Aphrorum & Granatensium contra Hispanos scribis, & de lite quae
inter Pontificem Romanum & Ferrariensem, sunt ex varijs alijs locis
huc perscripta. Spero Deum iustum iudicem tandem exauditurum cla-
morem ad se ascendentem sanguinem, tanta copia tam crudeliter effusum, ita
ut iram eius sentiant ij qui nos retraxerunt suis artibus coniecerunt in ea
mala, quibus iam opprimimur. Libenter aliquod officij aut humanitatis
exhibuissem adolescentibus quos mihi commendasti. Dedi eis literas ad amicos
qui ut spero praestiterunt eis ea officia quibus egent ij qui procul a patria
peregrinantur. Mitto scriptum de rebus Livonicis, in quo non videtur mihi
scriptor ea posuisse quae multi de eo sperabant. Bene vale. Francofurti
24 Iulij Anno 1570. Tui obseruantiss.

Hubertus Languetus.

Clarissimo ac Reverendo Viro, Dno Theodoro Bezae
verbi divini in Ecclesia Genevensi Ministro & Interpreti
fidelissimo: Domino suo & amico perpetua observantia colendo.

S. P. D. Ante tres menses scripsisti ad Dnum Sturmium, te esse admodum
sollicitum de Witebergensibus, & te habere quaedam, quae iudicares ipsis
posse esse magno usui & adiumento. Ego sane cuperem te, quicquid
illud est, ipsis quamprimum communicare, & si meam operam in ea re tibi
utilem esse posse existimas: ego eam et animo tibi defero. Nam in nul-
lam rem libentius impendere mallem, quoniam iudico plurimum interesse
Reip. Christianae, ut Academia ibi [illegible] felicem exitum sortiatur:
Cum totius fere vicini orbis & Septentrionis pastores Ecclesiarum & ludima-
gistros ex ea scholae petat, & ei suam iuventutem instituendam mittat. Prae-
cipui, qui hoc negotium agendum susceperunt, sunt Casper Cruciger, Hen-
cus Mollerus & Christophorus Pezelius, Theologiae doctores. Crucigerus quidem
& Mollerus superant Pezelium aetate & ex dictis eruditione: sed hic
videtur fervidior & plus habere animi &, quod iudico esse magni mo-
menti, est eximie facundus, praesertim in lingua Germanica. Nosti fortes

Si eum

si eum literis tuis hortaveris ne susceptam veritatis defensionem deserat:
nam tuas literas plurimi faciet. Est autem hoc omnium scriptorum quae hac-
tenus sunt ab ipso edita in hac controversia, ac etiam illius dissidentis,
quod licet non ita sit scriptum ut cuperemus: tamen mihi videtur in
hoc certamine progressus esse, unde non sit ipsi facile habenas reflectere.
Nam veri Lutherani, et praesertim in primis Saxones eorum sententiam
impugnabunt: ipsi vero eam haud dubie acriter tuebuntur, cum illud
scriptum sit editum auctoritate Illustrissimi Electoris principis, quem
spero tandem perventurum ad agnitionem veritatis. Nam boni viri, qui
apud ipsum sunt dant operam ut id fiat: ~~et perfecerant~~ ut Theologi an-
[illegible] vocarentur Dresdam ut refellerent quorundam aulicorum Theologorum calum-
nias adversus nostras Ecclesias, quos sciebant fore magis mutos quam pisces
si res ad disceptationem deduceretur. Si Deus volet principem hunc
ad agnitionem veritatis pervenire, ipse haud dubie eum [illegible] flectet:
Nam scio ipsum esse animo excelso, et si ita loqui liceat primario. Vi-
di quid nuper [illegible] huic scripserit, quid animum habere sui erga eum: sed
vereor ne ii impediant, quos dominus maxime admiratur. Ego quam diu hic
haerebo

tanbo, praestabo in ea re quicquid potero. Credo vos audivisse ducem regis
Scotiae, qui fuit regni administrator nuper caesum ab iis qui partes reginae
fovent, & Edeburgum simul cum arce obtinent. Audivimus reginam An-
gliae mittere auxiliares copias regi puero. Sentiunt Imperatorem se paula-
tim colligere ex illo gravissimo morbo: quod sane mihi est gratissimum. Nam
metu Italiam armis Turcicas peti quam Ungariam. Hic putant Gallos vix
impetraturos militem a foedere Helvetico. Jam totos quinque menses misere
discrucior & discrucio. Morbum ab initio facilem curavit ita exaspera-
runt medici rerum, quibus illis sum imperita, ut vix sperem me unquam
integram valetudinem recepturum. Ad diuturnum illum meum morbum
his diebus accessit febris, quae me ita languefecit, ut coactus sim opera
amanuensis in literis his scribendis uti. Agnosco Dei ~~clementiam~~ iudici-
um, ac etiam clementiam erga me: nam haec est levissima poena pro tot
& tam gravibus meis peccatis. Si voles rescribere potes per hos, qui
tibi meas literas reddent. Nam vix puto me hinc ante eorum reditum dis-
cessurum. Vale plane dilectissime, eundem mihi erit semper fidum ad
mortem.

mercatorum: Quare petieris etiam ad mittere tuas literas. Ego omnia fausta & felicia tibi & tuis precor, & oro Deum ut te diu incolumem suae Ecclesiae servet ac me tuis precibus commendo. Tele ut clarissimum Dnm [illegible] meo nomine salutes. Nullum humanitatis officium erga me praetermittunt boni viri apud hic sunt. Tiguri. 2 februarij A° 1572. Miratur huius Ecclesiae ministri, [illegible] ad se gallice scripsisse

Tuus observantissimus

Clarissimo Viro, D. Petro Ramo, Lutetiae Parisiorum in inclyta Schola profitenti, Domino meo honorando, & fratri charissimo.

S. D. Gratissimae mihi fuerunt tuae literae, Reverende Domine Rame, Vir clarissime & frater in Domino charissime; multo tamen gratiores fuissent, si non animadvertissem ex iis semina dissentionum subnasci in Gallicis Ecclesiis, Ecclesiarumque ministris. Quo re sane nihil mihi tristius acerbiusque significari potuisset. Dominum itaque Ecclesiarum caput, vitam & salutem ex animo oro ut omnibus vobis spiritum pacis & consensionis largiatur, longeque a vobis omnes disceptiones & contentiones propellat. Nosti illud celebre Salustiani Micipsae: Concordia parvae res crescunt, discordia

maximae

maxime dilabuntur. Illud vero Apostoli, Quod si alij alios mordetis et
devoratis: videte ne invicem alij ab alijs consumamini. Petis,
honorande Domine, ut tibi respondeam ad hanc quaestionem: An in confes-
sione doctrinae ac disciplinae, in electione ministrorum et destitutione, in
excommunicatione et absolutione totius Ecclesiae an Senatus Ecclesiastici sit
statuere et decernere? Videtur autem haec quaestio inde dedita, quod
Senatus Ecclesiasticus videatur in Gallicis ecclesijs, nonnunquam in Ecclesiam
dominium vel principatum sibi velle usurpare, adeo ut Ecclesiae nihil
aliud sit reliquum quam assentiri: cui instituto resisti oportet, ne autho-
ritas Ecclesiae vilescat. At quid de hoc capite doctrinae sentiamus
hic omnes, exposuimus in nostra confessione, edita nomine omnium Eccle-
siarum Helveticarum, adeoque et Genevae, folio 50. Eius exemplum tuae
humanitati mitto, si forte eam nondum videris. Fateor non video,
mi tamen, quomodo senatus Ecclesiasticus Ecclesiae obtrudatur, eiusque autho-
ritas per illorum principatum (quod ministerium rectius et verius vocabitur)
vilescat, et ius suum amittat, maxime si senatus ille Ecclesiasticus
constituatur ex ipsa Ecclesia, atque adeo ex omnibus Ecclesiae membris vel
ordinibus

vel ordinarius, ex magistratu itaq; Christiano, ex presbyteris, professoribus ac ministris, ad quos denique accedunt coetibus ex plebe: quoniam in nostra Tigurina Ecclesia fieri assolet, ut hic, inquam, senatus totius Ecclesiae omnes ministros probet, vocet, eligat. Deinde etiam Ecclesiae vel populi personam agat statuat: qui & in aliquibus ad Ecclesiae conservationem pertinentibus constituat, nihil iidem imperiose, quod cum libertate Ecclesiae, & sinceritate regulae verbi dei pugnet aut detrahat, obtrudit. Anabaptistae hominum genus hypocriticum & factiosum, potissimum & contentiosum, annis iam pluribus apud nos senatum Ecclesiasticum, qui nomine Ecclesiae Christi [illegible] Euangelius in suo subsidio (Christianus ex parte) ecclesiasticum regimen curat, modis omnibus reprobarunt, carpserunt, omniaque & singula Ecclesiae negocia ad universam Ecclesiam vel multitudinem referri voluerunt: Cum in se tamen cum vani sint inconstantes & plerumque inepti, stolidi & factiosi sint utique, etiam in coetu sacro vulgari (id quod nemo inficiari potest) adeo hoc suo instituto isti res suas Ecclesiasticas nihil promoverunt, ut magis magisque in coetibus suis istis turbulentis impedierint atque perturbaverint ac inter se vel ipsos ~~[illegible]~~ dissensi singuli propre suas sententias vel opiniones

nes omnibus aliis fratrum contentionibus spretis, postulabant, seque secessionem

facerent, quod ipsorum sententiae a singulis scribi non potuit. Ideoque nos

hactenus rerum edocti experientia, ea tuto & tam facile arbitramur sedan-

de & nobis retinende, quae pacis, concordiae, sinceritatis & aedificationis

sunt, & ne quid interim rerum necessariarum Ecclesiae desit, quotidieque

aliquid integri cum offendiculo innouandum sit. Praeterea damnarunt

Anabaptistae non tantum nostrum ministerium, sed et totam Christi Eccle-

siam, quod in conseruanda & exercenda disciplina Ecclesiastica, qualem

hactenus in populo nostro habere potuimus, adiuuari potius magistratus

nostri opera, & non tantum (quod tamen illi contendunt) excommunica-

tionis sententia a tota nostra Ecclesia lata atque promulgata. Caeterum cum

per annos plurimos diligenter haec quoque in parte obseruauerimus, quan-

ta cum confusione, quantoque cum calamitate haec inter illos sint

illic utroque iactata, & nullo cum fructu perturbata, adde quod nimi-

mis illos non potuisse eo perducere eos, qui ab initio instituerant, sed

cum tempore dilapsos plerosque dissolutos esse, non potuimus a nostro

instituto tranquillo & non infructuoso conuertere ad inanes, turbulen-

tosque

turbulentosq. illorum conatus: licet interim ingenue fateamur, si quae sint, ex
tra Archiepiscopos, esse per cetera instituta Ecclesiarum, quae moderate, sapienter,
utiliter, & citra Ecclesiae turbas & dissipationem, suam illa peculiari utantur dis
ciplina, quod cum his nolumus in harenam descendere, his turbis movere ac
restituere illam melius invidiis obtrudere. sicut & nostras Ecclesias novis institutis
Sorbonij & aliarum rerum Ecclesiae nostrae incommodorum vicissim rogamus &
nobis obtrudi nolumus. Arbitramur enim hanc rem in se mediam & ordi
nandam esse ad aedificationem, conservationem & tranquillitatem ecclesiarum
id quod in Confessione nostra expressimus, fol. 54. Porro quid
sentiamus de substantia & substantialitate in negotio Coenae Dominicae, cla
re expressimus in nostra ultima responsione data ad testamentum Brentij.
(cuius exemplum hic addimus, nostrae Confessioni alligatum) Et interim
de iis nostris scriptis nihil commemoravimus. Scimus illud substanti
ale irrepsisse in tractationem Coenae ab iis introductum, qui nolle aliquid
aliis declinantibus rebus in dolentes, Theologiae commiscuerunt philosophi
am sophisticam. Item Aquinatis dictum est quod iactatur an Jesu Corpus
Christi est praesens & manducatur in Sacramento alterius substantialiter, vel
essen

essentialiter, sed tamen non quantitative, qualitative, aut ut in loco, verum
miraculose per omnipotentiam Dei. Leguntur haec in eius quaestionibus. Sed
et secundis aliquot illis annis effervuit de Sacramento infelix illa alterca-
tio, istae usurpata sunt, et quae eorum pertinaciusque usurpata et detorta
maxime a Scholasticis Theologis in papatu, eo longius discessum est a
simplici huius mysterii veritate et sinceritate: Itaque nos hoc tempore
reformationis nostrarum Ecclesiarum, sapientissime et multis tentatis, nunc eo
uti voluimus vocabulo, semper metuentes, ne quid alii aliud quam nos
sentientes, intelligant, et ne quid inde veterum contentionum ac nebularum
contexeret quispiam aliquis. offunderet oculis simplicium. Ergo cum Tiguri
ante annos aliquot propter consensionem in negocio Coenae conscriben-
dam diligenter consultaretur a D. D. Calvino et Farello, aliisque a
nobis qui Tiguri una ministramus Ecclesiae, proferebant illi quidem inter
alia in medium substantiae vocabulum: quod cum nos plane in consen-
sionem, ne scilicet verius quam antea videretur, admittere noluimus, in
dictis nostris rationibus benignissime cesserunt. Rogabant tamen illi, si quo
hoc vocabulo sincerius uterentur, et commode explicarent, donec quod

ad sensum

ad sextum, alienam sentirent, ac hoc propter inusitatum nobis & inusitatam vo-
cabulum aut loquendi genus haberemus pro hostibus. Neque fallimur, ut cum
Anno 1561 Ecclesiae Gallicanae Regi Christianissimo offerrent fidei suae Confessio-
nem, & in ea, numero 36 uterentur vocabulo substantiae, confitentes Christum
suo corporis substantia & sanguinis fideles nutrire & vivificare: mox tamen
adjicerent, dicimus tamen hoc spiritualiter fieri etc. dissimulavimus, ac
ob insertam hanc vocem (quam tamen omissam maluissemus) Christi-
anismus tot tantisque Ecclesiis, reipsa & per totum nebulonum sentientibus
amicitiam fraternitatemque esse renunciandam, quam ne nunc quidem
renunciemus: Neque enim postulari possumus ab Ecclesiis Gallicis fidelibus-
ue & Ecclesiae nostrae, quod substantiae vocabulo ne dum quidem ubi totius
rei condemnatas, postquam enim nostram Confessionem agnoscunt, in qua pa-
lam vocem substantialiter non agnoscimus fol. 63. Declarabunt illae
ergo se haud dubie rectius, ne qua vel apud adversarios nostros commu-
nes illa desumptione oboriatur vel suspicio. Haec breuibus consignanda de
vocabulo substantialiter, de quo hic rogamur. Postremo
autem cupis a me intelligere; quid istud sit quod quidam promulgarunt
a nobis

a nobis per epistolam omnes condemnationes Synodi Kapellanae esse compro-
bates. Sed quid nos, mi frater Karne? Varissima sunt quae apud vos
promulgata sunt. Etenim scripsimus nos literas nostras ad Synodum Kapel-
lanam mense Martio, cum mense Aprili demum illa coiret: quomodo tunc
id probare aut improbare potuimus, quod nondum erat constitutum? Neque
nos postea ullas alias scripsimus literas: neque scivimus quid constitutum esse
scivimus. Epistolae nostrae exemplum ad Kapellanam Synodum mis-
his Curiensibus mitto: Addo responsum Kapellanae Synodi ad nostras literas
amanter plane et fraterne. Interim rogo ne haec communicare gravatis
cum dominis curis. Tibi singulari amico nos haec scribo, tuae confisus
prudentiae et pietati; speramus fore ut atque publicis, neve aliis turbulentis or-
giis ut Christus alius, etc. [illegible] ad pacem conciliandam et conservandam
sensit [illegible] ad firmandum dissidio. Haec nunc mitto, ut Christus omnibus
vestris utcumque intelligi quid inter nos et Kapellanam Synodum sit actum,
et quid de his rumoribus qui apud vos de his sparguntur Cothurno bella
faces ardere apud vos accensas quae dissidium aliquod et inter vos Gallos

Ecclesiis, & inter nos & illos concordiam conciliandam. Dominus vero suae gratiae
in fratres illos illos infelices effusae, animos nostros accendat ad amorem stabilem
perpetuumque, & ad coniunctionem syncaeram & indissolubilem, ut si quid minus recte
ad debitum vel intellectum sit vel dictum & decretum, offeratur & declaretur, atque ita in
pace maneat firmum concordia. Scio, mi charissime frater, propter observantiam mihi
colendum, & ex animo amare te tuam patriam Galliam & ex animo velle Ecclesiam
tuae patriae salutem & incolumitatem: itaque ne putaris obsecro te ab ullo molestiarum
facile induci in altercationem non necessariam, in schisma, & secessionem aliquam.
Si vos dedit difficultatibus inter vos, quod clemens & misericors Deus avertat, dis
sidii hoc vestro fratres venientes Galliae Ecclesiis sanctis, quae nuper crudelissimo &
cruentissimo bello vexaverint hostes. Et vero incredibile ostendimus scelus
hoc erit in conspectu ipsius Ecclesiae, & ipsius Domini Dei nostri, qui nos colligere
non dispergere iussit. Habebitis hic spectatores Angelos Dei & innumeros Sanctos
per universum orbem Dei amicos. Exhibebitis hostibus vestris iucundissi-
mum spectaculum, quod etiam animantibus ac in fidem novam & totam eiectis fore
accepti in integrum tamen restituantur, contra vero vestrae Ecclesiae per mutuas
contentiones penitus dissipentur. Infirmos potius per prudentes sagacitatem

suam

suum filius Dei fudit, grauiter offendendo contristabitis, & illos quoque qui uiam
veritatis ingressi sunt, ne alacrius procedant impedietis, & aditum bonis ad
nostras Ecclesias omnem praecludetis, quod volunt accedere ad eos apud quos est
hactenus de veritate & certitudine dogmatum tantopere confligitur. Regi denique
Christo & bonis omnibus eritis inuisissimi, & quidem merito, atque ita tandem
vestris contentionibus perniciosissimis non nisi [illegible] offensionibus, ob-
alias vosmetipsos conteretis(?) & deridendos inimicis nostris propinabitis.
Sapite itaque & estote filii pacis, & charitatem quam enixe commendauit
[illegible] suis discipulis Christus Dominus colite studiosissime & rixas dissi-
diaque totis animis odio habetote. Occurrite autem perniciosissimo
malo in tempore, priusquam animi acerbius exasperentur, ac difficilius postea
quando(?) minimae iniuriae altercationesque interuenerint, in gratiam liceat re-
dire. Si qua uero inter vos sententiarum exoritur diuersitas, aut uni-
uersum(?) non bene intelligatis, nolite utrinque(?) aures illis praebere qui studio
prauo ~~ignem~~ camino oleum infundunt, uel exasperare & conuiciis vos in-
uicem committere contendunt, cum se longe aliud quam uideri uolunt, gerant.

Nolite

Nolite, inquam, locum dare Satanae, quem scimus nullas alias ob res circumcur-
sitare & satagere ut consentientes dissociet & fratres alteros alteris incitet.
Vigilate ergo & orate. Terreat vos exemplum nuperum in Academia inter se
dissentientium doctorum, in qua nuper docti de varijs sanae doctrinae capitibus non
solum obstinatissime contenderunt, verum etiam auditores suos qui hactenus tranquillis
animis praediti fuerunt, conturbarunt, ut qui ex huiusmodi rixis doctorum suorum
plus conciperent tristitiae, offendiculi & dubitationis quam aedificationis, confirmationis
& aedificationis. Convenite potius in coetum fratrum, consulite in unum
amice de controversis capitibus, ac veritatem sequimini & pacem in conferendo
quaerite, nec est in vobis tam difficile quam prius collatione Scripturarum & senten-
tiarum patrum in consensum redire, atque gratiam & sinceram reducere concor-
diam. Dominus pacis concedat vobis spiritum pacis & sinceritatis ut
affectibus pravis omnibus superatis concordes concordem Dei ecclesiam ex-
dificare. Et quae haec mea est sententia, eadem est reliquorum symmystarum
fidelium, fratrum dilectissimorum & mihi observandorum, D. Gualtheri,
Wolphij, Simleri, Lavateri, Halleri, Stuckij, Wickij, Lemanni aliorumque om-
nium, qui omnes & singuli te ex animo salutant, omnia tibi fausta

ingratiantes, humanitatiq. tuae se commendantes, denique omnia humanitatis, fraternitatisq. officia, amicitiamq. tibi offerentes. Dominus benedicat tibi, et servet te ab omni malo, Vir clarissime, domine reverendiss. et frater carissime. Data Tiguri in Helvetia 2 decemb. Anno salutis nostrae 1571. Serius tuis, mi Domine, respondeo, datis quidem a te Lubeke Calend. Septemb. tardius vero et paulo demum mense mihi redditis. At has mitto ad clarissimum virum D. Erasmum Basileam, obsecrando ut eas fideliter curet, ut in alterum manus perveniant. Ab eodem Zwinggero tuas priores accepi

Tuae humanitati addictissimus

Henrychus Bullingerus Senior: Tigurinae Ecclesiae minister

Josephus Julij Caes. F. Scaliger
Joanni Caselio suo.

edita inter epist: Jos. Scalig.

Suspicionem quam priores tuae literae mihi fecerunt, ex alterum et tuis posterioribus non vanam fuisse perspexi. Nam tametsi prius ita mecum agebas ut ex verbis tuis dolorem potius tuum quam eius causam conijcere possem: tamen agitanti mihi, quae maior cuiusque virtus est, eo ipsum

opportuniorem esse invidiae, succurrit difficile esse tantum doctrinae in quemquam cadere, quantum in te esse intelligo, ut non magno in odio & invidia apud eos sit, qui in alijs esse impatienter ferunt, quod a se abesse dolent. Praeterea memineram, vix ullum has quum dico tempestates effugere potuisse, nisi qui aut sua bona benter dissimulare posset, aut esse compararet omnia illis assentari, quibus vita, moribus & studijs dissimilimus sit. Contra qui sciren tantam claritatem esse eruditionis tuae, ut nulla dissimulationis nube obscurari posset, eam vero animi constantiam, ut nunquam te ad tui dissimiles applicare velles, non frustra augurabar, hanc querelam tuam ab eiusmodi offensione natam, quam virtus tua potius quam ulla privata iniuria excitasset. Postquam animum meum inducere non potui, quin haec ita, ut suspicabar esse crederem, dolui equidem ut debui dolorem tuum. Sed quod dissimulare non possum, augurium meum verissimum fuisse, ac vehementer laetabar sane. Quidam enim viri docti, huius studio fictiumque omnem minimum ordinemque describerunt, ut per eos vaticinio meo credere liceret quod & posterioribus tuis, multo magis confirmatum est. Sed, mi Caeli,

primum

primum cogitare debes, quia ut ille ait, Virtutem invidia, ut corpus
umbra sequitur, eo patientius tibi haec ferenda esse, quo maior est ne-
cessitas, ut omnino ei invideatur, qui quare invideatur habet. De-
inde tametsi hominum pervicacia à literarum quiete ad turbulentas
lites te traduxerint, tamen ab illis velitationibus nullum periculum tibi
esse video. Imo si divinare & hic quoque licet, egregiam inde victoriam
& à victoria gloriam, quo inimici tui acrius doleant, partum iri spero,
non mehercle quod invidos (nam nihili est triumphus ille) sed
quod invidiam viceris. Perfer itaque & obdura. Otiosae sunt
animi dotes & omnis doctrinae apparatus, nisi quantum invidiae
adversus se excitarint, tantum constantiae ex seipsis expromant
ad invidiam profligandam. Ego iamdudum in hoc genus ho-
minum incidi, & meum fatum me illis publice obiecit, & profecto nisi
mihi tenuitatis meae conscius essem, pene persuasissent mihi, me
alicuius pretii esse. Sed ἀνδρῶν τοιούτων stolidam ridemus, furorem
contemnimus, conatus ut iniustos ita irritos esse publice exprimimus,
altitudine animi & bonae mentis conscientia nos sustentamus. Quod

mihi

nisi talem te esse putarem, qui per teipsum sapere posses, exemplo
meo te ad istam animi praesentiam excitarem atque erigerem. Te vero
neque meo consilio ad hoc egere, neque si qua est spes liberior in contentio-
nibus istis, ea te carere arbitror. Macte igitur constantia: Τὸ δ᾽ εὖ
νικάτω. Quod Epistolae patris mei tibi mirifice placent, equi-
dem mihi gratulor, parentique meo lectorem obtigisse, qui unus omnium
instar est. Nam quot putamus esse, quibus ille character scribendi pu-
rus, latinus et nobilis sordet? neque mirum. Ciceronem laxum, redun-
dantem, supinum vocant, quem unicum ille sibi imitandum proposu-
erat. Tempus me deficeret si horum Aristarchorum fastidia re-
censere velim. Nam latinitatem nullam agnoscunt, nisi quae in eo-
rum cerebris nata sit. Sed ita alte radices egit κακόζηλον illud,
ut proclivius sit de eo queri quam id tollere. Epistolarum vero harum
editionem debemus optimo optimi patris filio, Francisco Dousae, qui
multis forulis privatarum Bibliothecarum excussis, eas blattis eripuit,
quae etiam post editionem dies e Germania illi missae. Nam etiam
ingens numerus adhuc in Bibliothecis latet. Idem nunc totus est
in

describendo ingentis commentarios patris mei, ἐκ τῶν περὶ ζώων ἱστοριῶν. opus eximium & immortalitate dignum: si filio honeste de patre gloriari licet. Lentum tamen est negotium & vix dum intra spem editionis, ob molem & longum laborem describendi. Cur orationes in Erasmum & multas posteriores epistolas, quae eiusdem argumenti sunt, non edidit, si tu causam ipse forte coniicere non potes, ego meliore otio & tempore tibi dicam. De tuo libello περὶ [illegible] gratias ago. De his vero rebus, ac praesertim περὶ ὁμοιομερείας quae te a(?) his rebus distinet(?), fac, si nos amas, quam primum nos certiores. Vale Lugduni Batavorum. 3 Kal. Octobr. Iuliani(?)

Magnifico Domino: Virtute, Eruditione & genere Nobilissimo, Dno Tychoni Brahe Uraniburgico Benachiae in Bohemia praesidi: Dno & amico suo observando.

S. P. D. Magnifice Domine Tycho, domine & amice observande: Verum est quod renuncias(?) ex legatione Anglica binas tuas litteras domi recepi: sed quomodo iis respondere potuerim per tabellarium Witebergensem mihi non constat. Nam in litteris tuis est, Te ad festum Pentecostes

iturum

iterum vocatu Caesaris Pragam, ego autem post Dominicam Trinitatis huc

appuli. Neque non est quod suspiceris hoc literarum officium intermissum ali-

quo meo Polyphemorum, quibus iam pluribus indicijs innotuit mea in Ami-

citia sinceritas & constantia, quam ut novam aliquam offensam mihi pariat.

Neque mihi de moribus Anglorum aliquid adhaesit, eorum dicacitatem

[illegible] & usum: Sed tam longe ab ijs vitijs absum, quam te vellem

longe abesse a perstringendo & mordendo per iocum & ludum innoxios

& fidos tuos amicos. In quorum numero ita me pones, ut qui ni-

hil unquam passurus sim studio & observantia decedere, etsi fortean non [illegible],

quicquam tibi offerre meo satisfecerim. Res tuas, mi D Tucce cog-

nosco abunde ex literis tuis meis, tum ad Leiser [illegible] dabis, magnoque

mihi gaudio est eo loco esse ut tibi huiusque bene sit parta quidem &

inventa Maecenate, qui tam munifice tuis studijs & honorifice [illegible]

tum nobilitavit. Nec est quisquam eorum quos tu magnificas, qui tuae

fortunae lingua animoque plus faveat quam ego, invidiae eo nomine haud

expers. Cogor enim aliquando propugnare tuis rei veritatem, contra

eos qui tuis laudibus nullo unquam a te offensi iniuria detrahunt. &

tua

tua merita perperam estimando infra istam fortunam deijciebat. Ac
metuebam ob dignitatis meae, cum intellexissem tuo Tulconitem
tuum cum Mula no nostro missos ad expetenda instrumenta obsidua:
sed dei promissi omnes antiuerat, ac quisque antea audire ausus.
sum ego ipsos quantum in me fuit dexteris sicabat, auctorque fui
ne litteras tuas exhiberent ijs, a quibus sincerum auxilium sperari
non poterat. Nam aliquando uereor grauidum in obtinendum, quae
nos ipsos praestare quoque tacite habere quam diuitiam operam aliorum pati
ditarj. Vergit enim etas quam eundem ad extrema, et tamen in sor-
dibus rerum caducarum cogitationibus omnes defigimus, parum aut
nihil de aeternis illis solliciti. Neque dormientes neque vigilantes som
niamus aut meditamur aliud quam pecuniam: cui gloriam, honorem
et quicquid laudabile est postponimus. Allimus aliquid de inhu-
mana seueritate (non dicam crudelitate) cuius tristia nimis extant
in ducibus nobilibus et tribus plebeijs, aliisque exempla. Merito ergo
habent quod latentur, quibus aut fauor aulicus hic affulget, aut
res suas ita pararunt, ut migrandi taedium non expauescant.

Mihi, Deo sit gloria, nihil adversi admodum adhuc contigit. Cancella-
rio probantur, quae a me hac legatione gesta sunt omnia, qui videt
ad fidem & industriam me nihil reliquum fecisse; Sed aliis non item

HV

res ei quam te omnia. Multa enim vestrum quod pervenire ad vestram
permisisti, facis ut tua voluntate & humanitate dignum. Hoc puto te
habuisse vel habiturum unquam, qui te sinceriore animo colat & observet.
Verum metuo valde ne longior apud vos mora ob Italica profectione
per hanc hyemem retinuerit. Sed prorsus faciendum ita fuit, nec po-
tuimus citius tua negotia expedire. Causas ipsi tibi reddant: quas
veras esse non dubitaveris. Cum vero id iter non successerit, alia ratione
forte tibi fuerit consilium eius iuvandi invenire. Si animus est
ut illum a te dimissurus unquam omnimodo, fiat bona cum gratia
& oblati muneris gratulatione. Omnino, si tibi cura non gratum & esse
quidem esse videbimus, alia simili ratione prospectum, & prospicietur
Deo propitio, de eorum ministrum fore. Sin tibi & tuis placet, habebis eum.
Cum voluptate audio Tegnatio tantum beneficii & honoris a te & per
te praestari, opto ut dominus sit, qualem hic esse cupis. Typolius

arcelas meas, unde habuerit, quod me impulerit patriam desere-
ris, coniicere non possum. Cuiusque haec commiserit causa est, nec te
novit, nec intelligit quid doloris apportet a fidelissimi amici coniuncti-
& mutuo aspectu tanta locorum intercapedine disiungi. Sed Dns
Typotius, si recte memini, ipse a me audivit deplorari abitum tuum
tum patriae, tum mea causa, ut dum meo Senatui haec scribam accederet
petiit. Cuius cum suspicionem animo exemplum cupio. De libro
publicato, quod ad te scripserat Eschylus Bellus, nihil mihi certi
dici contigit, nec opus putavi te solicitum exspectare, si tale ali-
quid procuderes, qui melius horas tuas collocare potes. Et verum est
quod addis, multos atque tua voluntate, et te labore exonerare. Cum-
que a Inccconile quid filius M. Joannis Michaelis in mensa pa-
tris narravit: miraberis sat scio in vita atque nos dolemus. Quod
mihi etiam in Anglia & Belgico exprobratum, piget referre. Quod
de Duncano me scribere iubes, fateor quod res est, me non libenter
doctorum controversiis velle immisceri; aut iis nomen meum inseri.
Ac forte an in maiore gloria hypotheseos istius inventio erit,

si

si simpliciter edita sub tuo nomine scripta cum illustrationis et explicationis (qq) si contentionibus obscuraveris. Certe quidem fateor non ignoro in progymnasm. hoc ipso consilio, ne quis eam sibi deinceps vendicaret: sed vellem hoc peculiare scripta fieri, non ita prolixo, ut quod in scholis proponi posset. Tam vix X scriptorum amplius solo, ut qq tua amplius laudi decerpat. Duncanus certe, quicquid tandem privatim egerit, publice nunquam eam sibi arrogabit, qui ne per somnium quidem de ea cogitavit, antequam (r) X te hoc tuum mysterium agnosceret. Certe simulac patefecisses, memini a te dictum, plus ei communicatum (qq) inter fratres conscire fateam vellet. Atq. reperi in paucis hisce diebus inter schedas meas chartam, qua mihi petenti eam ejus rei sive ante Duncani adventum, sive quo tempore apud te fuit, intentus sum. Sed, mi Dn. Tacco, patere te hoc ab amico moneri ut polemica omnia deponas & per quod Apostoli vestigia incedas. Nunquam aliquid magnum contentionibus fuit. Semper aliqui sunt, qui ingenio potius etiam faveant, neque quicquam tam solide unquam refellitur, quin adversarius inveniat, quod probabiliter oppugnet, & iudicia hominum

Ex vocalis capiuntur, quia res ista subtilis a paucis intelligatur. Ac
ne per alios quidem hoc fieri velim: Nam iis enim respondebitur, ac
per eorum latus in te tela dirigantur. Inimici & invidi habebunt ex
sermonibus quod rideant & gaudeant. Sicut iam factum in Scriptis
quibusdam Scioppio Vesi nomine. Atq. cum Christianus tuus ad te redeat,
cuius tibi magnus usus esse potuit, serva eum tecum, quamdiu inter-
rimus est, & eadem nobis animum calum, denascente natura & satisfaciente
industria terminum. Hac via ad immortalitatem terminalis grassatur.
De honoribus politicis quod est in libris Rosaecrucianis & Studio
Imperij, mea sententia est, quod prius te velim in possessionem tuam
venire, antequam honores illos ambires aut oblatos acciperes. Alias
fortasse libertas tibi per se sufficit, & impulabitur honos pro bene
fieri rebus. Similiter non consequentibus eis fructum promissum, tum
nolim te honores illos aspernari. Liberis tuis etiam melius consultum
erit, quorum Tuero tuus ea est aetate, ut e re foret Athenas
iam visere: Et capit hoc ipse magnopere. Non dubium quin ille
ingenij bonitate & mansuetudine amicos multos sibi parare possit.

Sed

Sed authoritas & existimatio ex literis & peregrinatione quam inde ipse

est. De religione etiam non dubito te sollicitum esse, non solum ad ho-

nestatem sed etiam ad nobilitatem & integra omnia factus politice relin-

quas. Haec ita accipe, ut profecta ab eo animo qui tibi huiusque sincere

bene vult. Si possem autem plura de his. Nam per calamum non ita

licet omnia, neque fieri potest ut quae meditata nobis sunt, omnino in

medium universa, cum pennam movemus. Cragius tuus antiquum

obtinet: Ita & tu ne desinas Tucco esse qui fuisti. De statu rerum

nostrarum pleraque referre Tuccorides poterit. Publice nobis pax adhuc

est, sed privatim multi male contenti. Variae sunt estimationes multorum

de hoc statu rerum. Ac pauci sunt qui non male ominantur. Anni

alia Anglica ex tempore apta est. Cum Carolo Sueco neque aliis conve-

nit, quum per absentiam legis naves nostras ingressa mare, quas iuris

Danici, appellaverunt liberas atque alias. Adornantur legati ex mittendi

ab reditu Petri Frumsii, quum viam paraturus modo in Sueciam est.

Nos arces et oppida in Norvegia & Scania, Hollandia, Blekingia

et fines munimus & reparamus quantum possumus. Sed a plerisque

non

non satis instructi sumus. Rex Poloniae misit classem cum milite
per fretum Britannicum, quod naufragium passa est nec in Sueciam appulit. =
Carolus enim politicus fere totum regnum, postquam hac aestate Finlandiam domuit &
portus illos Livoniae vicinos. De nobilibus captivis in Suecia, qui sunt prae-
cipue Ericus Sparre, Gustavus Banner, Ericus Banner, Ture Bielcke
& Georgius Pose, aiunt eos fore supplicium sumendum. Miserunt hi
ad Regem, petentes eius intercessionem. Dicunt spes Poloniae superesse re-
cuperandi regni hereditarij. Non obscurum quid Carolus moliatur, etsi
aliud prae se ferat. De matre tua Tuccerindes referre poterit, qui vidit
& audivit. Amita valde infirma est, & oculi caligaverunt. Quid
verum Soror agat, & ubi iam sit, ex eius litteris accipies. Fecit alter-
nus pater ut sperato tandem coniugio cum Gunilde potiatur. Nos ea
audivimus de rebus Domini Longij quae exigunt animos et expecta-
tionem melioris aliquando fortunae. De morte Jacobi Seefeldt puto ab alijs
ad te perscriptum. Vix duabus vel tribus septimanis a nuptijs dua-
rum filiarum, quas nuptui collocavit in fine comitiorum in Scania diem suum
clausit. Serenissimus Rex nunc in Jutia est: dicitur tamen Christ-

natalis

Ddd

natalia Hafniae celebrare uelle. Utinam te per idem tempus uidere hîc
possemus: posses tu gaudia nostra multis modis augere. Sed spero nos te huc
uisuros. Nec enim committes, quin ad nos excurrendo Danias, saltem Xi
quû comitatu, si non omnes adducas. Desiderio isto ualde flagro quod
tu ne expleas, tuo cum bono forte fuerit. Iam sibi prolixitate
scripsisti, gaudeo: Si molestiam & taedium cepisti, ipse in causa es, qui eam
requisiuisti. Utut sit ego omnia pro candore tuo boni consules, & quod
occupatus hoc sine cura exarauerim. Uale cum coniuge & liberis
felicissime, quibus omnibus ita cupio, ut mihi ipsi bene esse uelim. Sa-
lutat te uxor mea, & frater eius Laurentius & parentes. Item Michael
chirurgus, aliiq. amici nonnulli, nominatim Gabriel Sparre & Petrus
Brahe. Iterum uale. Dabantur Hafniae. pridie Kal. Decembris
Anno 1599. T. T. Nic. Cragius.

Reverendo, et de Ecclesia Christi optime merito, & Clarissimo
Viro Dno Theodoro Besae, Theologo praestantissimo, &
Ecclesiae Geneuensis pastori primario, Dno, amico & patri
suo, in Christo honorando et charissimo.

S. Reverende & de Ecclesia christi optime merite & clarissime Vir: Ve-
hementer mihi gratae ac iucundae fuerunt literae tuae, quas per Ioan-
nem Ezychium nostrum a me revocatae salutatas, pro eximia &
singulari tua humanitate, ultro ad me, sub finem anni praecedentis
dedisti: plenas benevolentiae erga me tuae & testificationis benevoli iu-
dicij tui de quibuscunque meis lucubratiunculis, & studij ac volun-
tatis propensissimae ad sanandam Ecclesiae vulnera & iuvandam ac
promovendam concordiam ac coniunctionem docentium in Ecclesijs
Evangelicis. Fateor autem me quodam pudore, quod sanctas tuas
occupationes vel interpellare vel augere sim veritus, praeter decorum
hactenus negligentiorem fuisse in te per literas compellando. Neque
enim nisi semel tantum, Generosi Dni Segurij Serenissimi Regis
Navarr. legati cohortatione ausus sum ad te literas dare: quibus
tum de mea erga te observantia, tum de negotij legationis il-
lius, tum etiam de logomachijs Hoffmanni Helmstadensis quaedam
ad te scripseram: ijs cum tu postea humanissime respondisses,

iampridem

jampridem officij mei fuerat ulterioribus literis fovere & continuare hanc in
me animi propensi benevolentiam, & occasione divinitus oblata crebrius
uti, in explorando iudicio tuo de multis controversijs, quibus in hac
ora Saxonica, inter adversarios non unius generis toto hoc tempore, quo
in annum jam nonum, Ecclesiae & scholae Bremensi servio, varie &
multipliciter exerceor, ut sunt contradictionis [illegible] plerisque
propositus, qui cum a sincero studio veritatis alieni sint, contradicere
tamen veritati non desinunt. Sed praeterquam quod in ista vene
randa senectute tua parcendum tibi putarem, maxime quoque occupa
tionum varietas atque assiduitas nonnihil me remorata est: cum
inter [illegible] vocationis meae labores, Ecclesiae nostrae non ignotos, de
his etiam τοῦτο [illegible], separandum mihi semper existi
marim. Velim autem serio mihi affirmanti credas, vene
rande & mihi multis nominibus colende Domine, te me aeque
te animo semper proditum fuisse: XX quo lubens veritatis asse-
tore, & scripta tua eruditissima legere, & monita tua in [illegible]
universam

universam considerare propius licuit: ut non vulgari, sed eximio et
singulari amore & observantia te prosecutus sim, & vitam eius in-
columitatem tuam & labores tuos, Deo optimo maximo ardentibus
precibus quotidie commendare sim solitus. Et quod me antehac
quoque scribere meminj, cum multis & adversarijs, familiae meae
nomen, continuata, ut ipsi quidem existimant causa, diminu-
tionem huius nominis appellare consueverint, ad extenuandum mihi
studium ac conatum tuendi veras sententias in his ac lectionum
scriptis recte traditas: tantum abest, ut ea re nunc offensus sim,
ut eam mihi laudi ducam & Statij illud certis hominibus
repetam: Tu longe sequere & vestigia semper adora. Etsi autem
laboris illius qualiscunque, quem in Melanthonianis contexendis
& explicandis ponere studui, ea primum occasio fuit, quam
profecto Sommerfeldi praefixa Epistola recitat, quod non diu ante
dissipationem Academiae Witteb. excerpta quaedam obiectionum Theo-
logicarum ad scholasticos in Dial. propositionibus excerptas tum ad-
tradita

tuarū opera colligere ceperam: tamen in exilio meo postea, cum satis-
simam ob causam laborem illum potissime volui, quod diversa iudicia
hominum de Scriptis D. Philippi p.m. esse animadvertebam. Alij
ut privatis Philippi hostibus plane extorquere ea e discentium mani-
bus, satagentibus, ut propter portenta suarum opinionum scholis Ger-
maniae passim obtruderent: Alij qui discipuli Philippi videri vo-
lebant, inconsideratius nonnunquam arripientibus et ad formanda ali-
enda disticha publica adversus Ecclesias veteres detorquentibus
quae alicubi scripta ab illo reperiebant, sine notis ac [illegible]
sine sententijs nonnihil discrepantia. Cum natura tum erga
certa dogmata Melanchthonius [illegible] scripta eius inven-
[illegible] commendare, ne reliquas [illegible] ac [illegible] monstrare nobis
ad consensum cum Ecclesijs rebus magis magisque constituendum. In
qua saepe proposito [illegible] communicaturos sententiarum ac iudiciorum
cum doctis et [illegible] hominibus. Sed ea felicitas cum in exilio esse
nec negata mihi hactenus fuerit: [illegible] tamen postea [illegible] in-
venta

nante ad metam laboris illius perueni (quod eo tardius factum est,
quia non nisi succisiuis horis & uero admodum propter alios labores
Vocationis magis proprios, operam in eo ponere licuit) nihil magis in vo-
tis habeo quam ut hic & aliorum bonorum iudicia audiam aut confirmer,
sive etiam libere & candide admonear. Si quid minus consulte a me
dictum videatur: in iis praesertim materiis, in quibus dissentio nam aliqua
opinia a schola Melanchthoniana alienare velles uisa fuit. Neque
ego Venerandam tuam senectutem voluissem hunc onerare aliorum legendi
eius perlustrandi opera nec publicanda: sed quoniam audio corripi iste
in Germania nostra uideo (credo propter gratiam cum valam nomi-
nis Philippici) & prima istius libri pars, in vestra primum urbe (quae
omnis potius inde lata est fere) in publicum prodiit: Illud me saltem
a Reverenda tua dignitate impetrare me posse, etiam atque etiam op-
tarim: itaque modis omnibus diligentissime studiisque te rogo & oro.
Ut in Venerando Collegio vestro, cum atque alteri minus occupatis ne-
gotium dare digneris qui lucubrationem istam, & nisi nimium perle-
gere

lari videns, scholas meas qualescunque in Examen Theologicum Melanch-
nis, cum commodum atque opportunum eis fuerit perlustret: Et si quid
occurrerit, quod ad testificandum in veritate orthodoxa consensum nos-
trum pertineat, de eo velim, ut perscribas nonnunquam conferant, ut inde
ad vestros mentibus relaxam deinceps manere: nostrique in Germania
homines, si qui vestrates sunt, ad sinceram animorum sententiae
utriusque coniunctionem cum Ecclesijs vestris stabiliendam magis magisque
invitem atque alliciam: aut certe inventis causae aditum considerandi
quaedam attentius. Cum vestra cum Melanchthoniana inter se confe-
rendi accuratius. Scripsit ad me non ita pridem honestus
quidam & eruditus vir ex [illegible] procuratione [illegible],
[illegible] sibi visum fuisse, cum Lutheri quaedam vestra cum
Melanchthonianis, & haec cum illis conferri videret, quae ipse toto coelo
inter se dissentire & contraria opinionis iudicasset. Existimare
autem se, quae a me afferuntur, ad utriusque partis conciliationem & pa-
cificandam vera esse: Sed dubitare, num explicationes istas vestri ad-
missuri sint

ministri sint? Saepe etiam occurrit, quod fidelis ille Jesu Christi
servus Joannes Calvinus p.m. ad istum eligantem Melanthonem
scripsit, ut est in aureo illo Epistolarum eius opere, quod hic bene
sit Ecclesiae communicatum est: Fieri non potest, quin in me tibi
mentem urat tacita ista cogitatio, Inprimis post mortem nostram
vexandae Ecclesiae occasionem, quibus libuerit, relinquent ...
nantes eorum sententias in certamen committent, quos ...
ea, unum idemque loqui decuerat. Quo magis cupio
bonis et moderatis scriptoribus istam exemplum: et utrinque
perspicuum hoc esse nostris hominibus utrisque, eundem esse in doc-
trina scopum propositum in Calvini et Melanthonis scriptis, etiamsi
suo consilio providerit quidam Melanthon et methodo ac phrasibus
dijs ibi usus fuerit. De Coloniensi Actis quae
historica interim postrema argumentorum Ubiquitariorum pars, ex proximis
non dubito manifeste cuiuncae, etiam Melanthonis testes, et eum iade
usque ab inchoata concordia cum Bucero, ... totis Ecclesiis
frustra.

fuere agrestiores et futuri sequantur. Utinam in aliis quoque controversijs occasionem alijs praebere possem magis magisque quaerendi inter verdique lucerculus multis in doctrina veritatis. Quam rebus omnibus humanis ante ferendam esse semper iudicavi. Hoc nos recte ut feliciter fiat, mihi liceat plurimum iuvari posse, si politicis istis meis Commentariis vestras in fronte signorum, quae dum eo ut mihi liceat diu quando bonestate recte sit integrum. Religionum ad Nassovis liber maledicos responsum nostrae partem Erycius nunc mitto: in quo, antequam huc ad nos litterae allatae essent, Eruditum illum Epistolam allegavimus: Leidensi etiam et Ubique quidem, tum, illa quis nuis, hoc possum subscribo. Ille vero Fendelerius noster nondum quiescens hoc agit, ut non modo nostram nobis Ecclesiam alijs et alijs multitudinis turbare pergat, sed abhi etiam Ecclesias reformatas inter se committat. Nam quod miceris, fruitur ille se in suas partes pertraxisse, virum alioquin doctum et pium Joannem Piscatorem qui Herbornae est, cuius et epistolas pervenire ad amicos, et unam ad te quoque scriptam publicae esset; in quibus non modo

modo Papistarum, Flacianorum, Ubiquitariorum de praesentia cor-
poris Christi ad dextram patris: sed etiam Orthodoxorum de prae-
sentia quae est τῶν κοινωνούντων, cavillationes et blasphemias in
universam ecclesiam affirmant ii qui epistolas illas legerunt. Quas
videre mihi nondum contigit. Sed non ita pridem edidit Pis-
cator libellum Aphorismorum, eumque ut video Reverendae Tuae
dignitati inscriptum: in quo de re signata sacramentorum, atque adeo
de κοινωνία fidelium cum Christi carne nimis dilute loqui vide-
tur. Licet enim profiteatur se vestigiis institutionum D. Cal-
vini insistere, accidit ei opinor quod proverbio dici solet ἕτερα
μὲν τοῦ ποδός, ἕτερα δὲ τοῦ ἐμβάδος ἴχνη. Nolim
autem virum bonum et eruditum litem alienam suam facere.
Nolim communibus adversariis novam criminandi ac calum-
niandi orthodoxos materiam ab eo obiici: Velim fraternis monitis
his praetexta simplicitate damnari phrases ab orthodoxis usitatas ex-
plicantes de praesentia et κοινωνίᾳ spirituali corporis Christi. Et cer-
te meritum de rebus theologicis cogitationum non dubito.

De ijs quae sub finem superioris anni contigerunt in clade illa His-
panicae classis ingenti a Deo, et caede Guisij: tantum dico an ad Dei
laudem, nostramque consolationem accommodatius quicquam dici potest quam
Esaiae illud cap. ult. Videbunt manum Jehovae erga servos et indig-
nationem eius erga inimicos eius. Ei custodi ac protectori nostro v-
nice deinceps quoque commendemus Ecclesiam. In
Misnia a morte Augusti Electoris Saxoniae initia quaedam
emendationis scholarum et Ecclesiarum inchoata sunt: scriptis
Melanthonianis denuo commendatis doctoribus et defensoribus quae
prius exauctorata fuerant per fratres Brentianos: et dimissis
non paucis tumultuatoribus. Selneccerus etiam ipse nuperrime
iussus abstinere deinceps a concionandi munere: et moderatis
quibusdam substitutis in locum eorum qui dimissi sunt. Denique
et edicto publico promulgato de abstinendo per conciones a convitijs
et calumnijs adversus Ecclesias exteras. Nobiles tamen et prin-
cipes alijs periculis occupati non parum impediunt ac remorantur
plenam instaurationem scholarum et doctrinae ipsius emendationem

In hac vicinia, deo iuvante paulatim praelatis quidem prima
ij synceras orthodoxiae fieri incipiebat: Ex quibus est Generosissi-
mus Comes Lippiensis: Cum ad dessertum nobilem Flandrum Jaco-
bum a Borgo, cui sumptu meo ad vos mittit studiorum causa
eumque ut tibi & collegis tuis commendarem magnopere petijt. Sed
& Senatoris Reip. nostrae filium Nicolaum Kingendorf Bre-
mensem & Academiae Heidelbergensi ad vos migraturum ro-
gatus sum, ut eundem tuae dignitati commendarem: cuius
in hac Schola, & postea Collegij, ac tandem Heidelbergae, ubi
juris studio operam navare coepit, summa fuit modestia. Utrumque
igitur, tum propter eos a quibus illi ad vos mittuntur, tum
ob spem egregiae indolis de ipsis conceptam, tum etiam propter
meam intercessionem: omnino vero maxime propter publicum bo-
num & Dei gloriam & Ecclesiae vestrae merito ob omnibus catholica-
disciplinae rationem, quo meliore nota commendatum tibi, tuisque
collegis esse cupio. Ac magni beneficij loco ducturus sum, si
intellexero istos adolescentes, commendatione mea tibi additum esse

Vale

396

Reverendam tuam dignitatem & collegas tuos petesedium etc. ut si consilio vestro opus est fide etc., utrorumque [illegible] vester studius percipiat. Bene & feliciter vale, vir praestantissime & piorum omnium amice & illa [illegible] dignissime, mihique [illegible] & observandi perpetuo colende. Reverendi collegae vestri salutem [illegible] adsunt. Bremae die quinto [illegible]: quo annum aetatis quinquagesimum primum inchoatum. 1549

Cum Reverendam dignitatem tuam

studio & ex animo colit

& amat. Christoph. Pezelius D.

Clarissimo Viro D Philippo Melanthoni

maiori suo in christo observando.

S in christo. Tardius fortassis quam sperasti tuis literis respondeo, sed hoc inde adeo accidit quod princeps Χριστοφορος hactenus a nobis Augustae abfuerit, ubi etiam impetravit conditiones nec impias nec omnino duras, ut hoc die quo haec scribo, Hispani omnes ex hac regione in qua quinque annis maximo Ecclesiarum ac Reip. nostrae detrimento commorati

moreti sunt, in Italiam, ut aiunt proficiscantur. Unam arcem Asperg
tenebit aliquanto adhuc tempore praesidium Caesareanum, non Hispani-
cum sed Germanicum. Quare agimus magnas gratias Deo patri Domini
nostri Iesu Christi, et precamur ut spiritu suo sancto nos gubernet ne
hoc ingenti ac pene inexspectato beneficio abutamur. Retuli quae de
Paulo filio Lutheri scripsisti ad Illustrissimum principem d. Christophorum
qui iussit me tibi respondere, se ad iuvanda studia Pauli clemen-
ter ei per me numerari iussurum aliquot annis quadragenos florenos.
Etsi autem maiora sunt Parentis eius erga nos et universam Ecclesiam
merita, quam ut hac pensione gratitudo nostra satis declarari videatur:
tamen spero vobis voluntatem principis, in hac rerum huius regio-
nis dissipatione non ingratam fore. Visus est autem princeps vi-
cissim hoc petere, ut dissimuletis Paulum ab eo pensionem accipere,
sive ne videatur vestros liberalitate vincere, sive alia de causa. Cur
quid autem sit, certe qua princeps est pietate, non erit inhonesta.
Quare si ita vobis videbitur et Paulus volet hoc principis beneficio
ut

Illi, suscipiat primo quoque tempore professionem ad Tubingen, nec dubitet de nostris exceptum officiis. Legi vestram confessionem & eo tam pedibus quam manibus in tuam sententiam, & ago filio dei gratias, qui quod precatus est in nobis adimplet, ἵνα πάντες ἓν ὦσι. Die 8 Octobris susceperunt Legati principis nostri, quorum alter est nobilis à Pleningen, alter Iurisconsultus, profectionem ad Synodum Tridentinam. Si constituetur legittima actio & permittetur salvus conductus è Synodo confirmabitur, mittentur eo etiam Theologi. Significatum autem nobis est Episcopos non constituere novam Synodum, sed priorem continuare, & jam in eo esse ut omnes veteres suas impietates de Eucharistia decretis suis confirment. Nam de prioribus sacramentis, in superiori Synodo suas nugas stabilierunt. Quare nihil nobis spei de hac Synodo relictum est. Sed quicquid illi constituerint, filius Dei, qui hactenus dominatus est in medio inimicorum suorum, perget haud dubie Ecclesiam suam & doctrinam eius conservare. Bene ac feliciter vale. Giedelfingae. die 15 Octob. Anno 51

Jo. Brentius.

Frechtus te reverenter salutat.

ex autographo.

Meinem Hertzliebsten M Philippo
Melanchthoni

Benedictus deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericor-
diarum & Deus totius consolationis: Mi carissime Philippe, qui hac
hora secunda noctis vestras miseratus & preces & lacrymas, aperuit
mihi venam & vesicam vrinalem impetuose sane cum suffusorum ut
vestri ad mitendum frustra. Vix quartale huius horae transiit & fere
ollas egesta est vrina, plus quam sextans singulis vicibus, ut iam plus
quam cantharum plenum emiserim. Sic laetitia cogit etiam hanc aquam
numerare aliis vilissimam, mihi nunc pretiosissimam. Nec volui te diutius
differre. Wellet solchs allo meynem allerliebsten und gnedigsten
herrn andzeygen, und den andern allen. Denn Ich habe woll erfharen
wie hertzlich gern sie mir geholffen hetten. Es gehe mir nun Gott
wolle, zum tod oder zum leben, so bin Ich noch bereyt, weil Ich
nicht allein aus dem scharfsten lande in unser land kommen bin, sonder
auch der gemeinde erkrigt, das Ich wider die silberne quelle habe

den er dringet gewiss auch, das Ich auch diesen brief, wiewoll fast
elend geschrieben hab, multis diebus urinandi & Scribendi. Caeterum ecce,
hic laetus minxi octo pludes, quae retinere non potuit, quia ad nos vo-
lavit. Age gratias meo nomine patri gratiarum & omnium bonorum
& ora ut perficiat opus suum optimus Deus, & ut hoc exemplo
discamus orare & sperare auxilium de caelo. Behute Euch alle
Gott, und conterat sub pedibus vestris Satanam cum suis satellitibus nem-
pe Romana Curia. Amen. Ad medium fere 3 horae noctis 1537
ex Tambach, loco benedictionis meae, quia hic est mea Phanuel in
qua apparuit mihi Dominus. Tuus Mart. Luther.

Dux Saxoniae ad D. Lutherum
Smalcaldiae aegrotantem.

Mein lieber her doctor, wen Euch in der Allmechtige Gott auff
diese Zeyt von dannen nehmen wolte, wie Ich mich dan nicht ver-
sehe, das er auff diesem Convent thun wurde, auff das die widersacher
nicht ursach zu(?) frolocken hetten, so solt Ihr euch gewiss der zu mir
trosten, das Ewer weyb mein, und ewre kinder, meyne kinder seyn sollen.

Generosae & antiquae nobilitatis Viro Domino Wences
lao Morkowsky de Zastrisell. Domino in Bos
Kowitz & Letoniz, Marchionatus Moraviae
Senatori, & S. C. M. Consiliario: Domino
mihi summe observando.

§ Tandem ergo, mi Generosissime Domine, nonsp[illegible] mea in lucem
prodierunt. Sic enim tibi iussum esse audio, cuius voluntati fuit mihi
religio diutius repugnare: & quum illa iam in Generosissimi Domini D.
Wenceslai fratris tui filij possessionem transiissent, mihi profecto fuisset nefas
vel semel donata quasi repetere, vel de re aliena aliter quam ex ipsius ar-
bitrio statuere. Dubitare me tamen nolueram, ut nunc quidem
vivitur, mores non patiuntur, quin alij quidem non pauca in ijs, &
quidem fortasse non immerito carpant, alij vero me ut senem repue-
rascentem insectentur, nonnulli denique me ut gloriolae quampiam &
inustatae captantem arguant, qui tamen octogenario iam proximus
ne si velim quidem diu frui possim. Haec autem omnia
quum

quam caveri potuissent, si quod optabam factum esset, id est si studium

meæ in utrumque vestrum observantiæ testimonium, vobis proprium & peculia

re mansisset, hæc editio profecto vobis potius quam mihi fuerit ab aliis, sive

iustis sive iniquis reprehensionibus asserenda. Spero tamen ab æquis

& candidis istarum rerum æstimatoribus mitiora. Sed ut utcunque res ista

cadat, testari me nunquam pœnitebit quantum utrique vestrum hoc nomine

debeam, quod [illegible] olim cultissimus ille Catullus immerito de suis quas

vocat nugis scripsit: Vos etiam meas non nugas usque adeo aliquid esse

æstimaveritis, ut meum etiam nomen illi vestro nobilissimo proximum

conspici & legi iusseritis, majore tale beneficio quam ut, quod ad me

& meæ quidem attinet, in ullam æstimationem cadat. Cæterum quod

ad Generosissimum illum agnatum tuum D. Sigismundum, profecto

nunc sua hospitiolum meum dignantem, & adiunctum ei monitorem D. Ca

lidianum attinet, testari tibi possum, per Dei gratiam, nihil hic a me, neque

in illius monitoris ad suam curandam functionem sollicitudine, neque

in

in illius ad obsequendum diligentia desideravi, ut plane confidam fore ut favente Deo spei & expectationi meae, felix omnino huius illorum apud nos peregrinationis exitus respondeat. Sed exardescente magis ac magis inter Gallum & illum Sabaudum principem, quo dicione undique circumcingimur, bello, ad nostras usque portas processuro, si res ita porrexerint, perventuro & nostris cum illo vicino induciis, intra diem proximi septembris mensis vicesimum, quo erit illis novo calculo utentibus, ultimus, desituris, sunt, ebeu nimium multa quae magnopere vereri nos cogant, ne, quantumvis tranquillitatis usque adeo cupide, ut salva nostra libertate, quibusvis conditionibus simus quaestum redempturi, rursus tamen, quorundam culpa, vel ita ferente harum regionum fato, ex ista qualicunque quietis specie, qua durantibus induciis fruebamur, in belli tempestates abripiamur; quod tamen Deus faxit, ut frustra metuisse comperiamur. Sed vero etiamsi quod Deus avertat, acciderit, facile tamen nobis erit de toto

à nobis

a nobis electum tuis illis, et quidem tempestiue, Deo fauente curare, quod etiam a me diligentissime curabitur. Sed cum haec plane sint dubia et incerta, et D. Sigismundum minime velim in isto tumultu ex improviso deprehendi (cui fuerit aliquin nec ingrata nec inutilis paulo saltem diutiernior apud nos commoratio) sua serim omnino, mi Generosissime Domine, quod bona cum tua venia dictum sit, ut res istas ita instituas, ut siue sit illis in alia remotiora loca abeundum, siue diutius hic morandum, habeant a quibus quantum et quando illis opus fuerit, petant, de quibus pluribus tecum aget noster Ethicellius. Si inter ista ut valeam et quid agam requiris, prohibente me, non quidem illo per Dei gratiam, morbo, sed ipsa senectute, publicum munus minus obire, domi contineo me quietum, privatis et priuatis studijs ipse me dies et noctes consolor, in hoc unum intentus, ut absque fidei et spei naufragio in illum optatissimum portum, tandem perueniam. Ad hanc autem ciuitatem et Ecclesiam proprie quod attinet, veriis illius benig

nis

nissimi simul & potentissimi Dei & Servatoris nostri providentia, quum
totus Christi sumus, fieri speramus non desinimus, fore, ut nostris
saltem sanctum nomen suum Christianis precibus ac gemitibus assiduis, vel
has quoque tempestates dissipet, ne ad nostras usque portas perveniant. Vel
ut ille tum demum summas illas vires suas exerere consuevit, quum
res suorum maxime sunt aut videntur desperatae, nobis hoc quoque
liberat, ut quaecunque de nobis statuerit, Christiana fide ac patientia
perferamus, obnixe interim mi Generosissime Domine, & abs te & ab
omnibus istic nostri amantibus postulantes, ut, quemadmodum Vestris
sim pro vestra adversus immanissimum vobis imminentem hostem, salute,
illum non desinimus precari, sic vos quoque vestras ad illum pro nobis preces
in hoc tanto periculo nostras adiungere memineritis. Bene vale, mi
Generosissime Domine, una cum Sancta familia tua, & universo sancto-
rum coetu. Genevae. XXVI August. vetere calculo cIↃ IↃ LXXXVII.

Amplitudini Tuae addictissimus
Theodorus Beza

Magnifico & Generosissimo Domino Dn. Wenceslao Mor
Kowsky de Zastrisell, Domino in Boskowitz &
Letowitz etc S C M a consilijs bellicis,
Domino summe obseruando.

Quae tu vero, Magnifice & Generosissime mi Domine, pro beneficijs in
te & tuos collatis numeres, ego optimo iure pro receptis à te recen
seo, Deum opt. max. precatus ut eorum quae nec mente quidem satis
complecti possum, meminisse illo supremo solem die dignetur, quo se
testabitur pro acceptis habere quae fuerint in suos collata. Ad res
autem nostras quod attinet, adhuc ea est, singulari Dei beneficio, Ge
nere, quam reliqui quum hic esses. imo etiam quod ad externam
speciem attinet, pacatiore quodam statu, sed provens adhuc quod ad no,
tus, ut hic nobis inhaerentem & velut affixum illum priorem alatur, in
certo: ut potest animus nec animum in nos odium, aduersus huius Reip.
libertatem conceptum, Dominus ille noster unicus custos immutauit, aeq.
conatus sic infregerit, ut minus quam antea sit ab illo nobis metu
endum

eadum: quamuis, in hoc ipsius cum Rege ipso Galliae congressu,
conatum illius de alienando a nobis Regis animo cohibitum ad
huc fuisse intelligamus. Quod autem toties ad hunc usq diem
haec experta est, si quae alia sub caelo ciuitas, id nobis nunc quo-
que non defuturum, perpetua Dei et Seruatoris nostri in nos clemen-
tiae & benignitate freti confidimus: inuictum videlicet eius praesi-
dium, qui oppressos insontes explorat quidem, etiam seuerissime:
sed nunquam profecto derelinquit. Sed precibus certe nobis, si alias
unquam opus est; qua in re petere abs te quoque & sanctis omnibus
vestris coetibus, pro vestra illa toties perspecta in nos vere Christi-
ana charitate non dubito, ut vestras etiam pro nobis assiduas pre-
ces nostris adiunctas esse velitis. Ad meam vero valetudinem
quod attinet, de qua sic te quoque cogitare, ea talis est ut quamuis
adhuc, singulari profecto Dei beneficio aliquatenus possim domes-
ticis studiis vacare, crescente tamen magis ac magis omnis cibi
fastidio

fastidio, penitus è publico abstinere cogar, in hoc unum intentus, ut ne
incepto, quod aiunt, portu impingam: quod mihi concessum iri a benignis-
simo illo Vitae nostrae Servatore sperare non desino: praesertim si, quod
unicum abs te confidenter petere audeo, et me magis ac magis propè
ruentem precibus tuis adiuvare: vicissim illum toto pectore precatus
ego, ut te et tuos, et sanctos suos istic omnes invicto illo praesidio
suo perpetuo domi et foris in omnibus periculis tueatur et omnibus
sancti sui Spiritus donis cumulatos conservare, Magnifice et Generosis-
sime mi Domine, dignetur. Bene vale ingenue, etiam atque etiam
mi Domine, et nos amare perge. Genevae Calendis Martijs, anno
ultimi temporis 1600. qui utinam feliciter tibi, vobisque omnibus
illuxerit.

Magnif. Amplitudini et dignitati
tuae addictissimus
Theodorus Beza.

Penè omiseram, quod minime praetermissum oportuit, de illo sexti-
plici Pentateucho, nempe Hebraeo, Chaldaeo, Arabico, Persico, Graeco

cum Graeci

uulgari, & Hispanico vetere, de quo scenda, sicut hic inter nos conue
nerat. Pelicanus noster egit, ut scribi, Magnifice mi Domine, &
Dominis equalis tuis ita uidebitur, nomine & sumptu vestro in lucem
prodeat, ex veteri exemplari ab Orientalibus Iudaeorum Synago.
gis ante non paucos annos Hebraicis characteribus excuso. &
quod admirabili Dei prouidentia in manus meas incidit. de
hoc inquam pentateucho sic habeto. Omnia illa sunt hebraicis
characteribus, additis etiam quae vocant punctis impressa: &
idem obseruandum esse arbitror, si recudantur, ut eo facilius
ab omnibus Christianis Hebraeae linguae peritis ista legantur.
Sed & praetermitti poterit Chaldaica interpretatio, iam antea
peruulgata: nec fortasse necesse fuerit veterem illam Hispani
cam adijcere: neque R Salomonis commentarium isti exemplari ad.
iectum pariterin recudendum. Et sic non ita magno sumptu in hac
editione fuerit opus. Sed inprimis illud curandum erit, ut peritus

quispiam

quispiam peregrinarum linguarum huius sit operae inspector, & re tota quam diligentissime & omnibus ad hoc opus magnifice excudendum necessariis instrumentis commissa, & opera quae translata graecis characteribus accurate exprimatur. Qua de re simul atque statueritis, curate, Deo favente ut ad vos omnia tuto perferantur, minime dubitans quin & magnae vestrae Ecclesiae commodo cedat haec editio, & illustri toti Castizeliorum genti ornamento.

Idem totus tuus

Theodorus Beza.

Ad Danielem Fabinum

Pergratae mihi fuerunt literae tuae, ut istinc profectae: tristissimi cuiusque argumenti, Exceptum videlicet eum vobis nunciantes, cuius et conspectus & sancti labores, si Deo ita visum esset, erant vobis profecto cum omnibus, & quidem speciatim Ecclesiae Keismarcensi profuturi, vel etiam pene necessarii in tanta praesertim istius modi hominum penuria, qualis ille noster fuit & nomine & re strenuus. Cum igitur liceat nobis nunquam ut antehac ipsius vultu conspectui,

Sicut

sicut virum amavi, humanissimus quoque non paucis ab ipso literis provocatus

ita mihi religio fuisset beatam eius memoriam nullo testimonio grati in tan-

tum virum observantiae prosequi: etiamsi ab ingenio essem ad hoc officii genus

ineptus. Quod igitur a me postremis illis literis tuis, ipsius quoque domini

filii nomine carmen epicedium petiisti, ecce ad te mitto: quamvis non ea quam

merebatur, et a me expectatam fuisse video elegantia, summa tamen benevolen-

tia utrinque, et prout hoc aetas mea passa est, consenescentibus omnis propemodum

studiis profectum. Vides mihi nunc nos adiuventum: quod etiam etiam atque etiam

abs te caeterisque summe observandis fratribus ac praesertim ab illo ipsius Bullingeri

simile filio ut accipi ut sacro illius nomine in domino rectorius pre-

precor, atque nunc de fratre commissa sedes, ut etiam animi christiani officium

merito desideratur: deum opt. max. precatus, ut tantum hoc damnum ecclesiis

istis caeteris abunde dignetur, siquidem qui pro dono saltem illum restant,

operariis resarciat. Caeterum quod ad communem statum nostrum at-

tinet attinet, ut paucis accipe omnia. Postulat quidam adhuc Genevam domini,

in illo

in illo pristino suo perfecto statu: idq. precari uiuifica Saluatoris illius

nostri beneficio, sed cum nunq. corpus sanitatis necessarie fuerint bonorum et

operum omnium subsidia et perfectum uideri precis: cessante pristinaq. omnium

sanitate uirilis robustum esto, quo meum capitulum [illegible] uoces ad quidnis sine

illo me apostolicum in meliorandum non desinit. nos uero tantum per illius diuinis

nostri Saluatoris gratiam feliciter adhuc peregimus, annisus ad quarumque illa

nobis fuerint, feliciter perseuerandum amplexi. Inter cetera uero, si quae est

mea conditio requiris, quamuis Domino magis ac magis meam hanc LXXXIII

annorum senectutem eo usq. miserante, ut in pauculis illis multo minus

sim dolorem plerumq. in Xanthis incommodis pene sit immunis: ita me

tamen uiribus corporis ad huius muneris mei functionem publicam necessarijs

destitutum paulatim sentio, ut continue me domi continens, raro in publico ap

pareamin; id animum magis ac magis nunc intelligo ne (quod turpissime

fuit, cum a me [illegible] non possim) imparatus opprimar: quod

mihi uestris per satim precibus fidelis [illegible] illum clementissimum agono

thetam

agnoscebam amicissimum eius fidem: eundem illum [illegible] pectus: et ver-
issime amasse in sancto ipsius ministerio quam fidelissime & quam felicissime ver-
santes. dominica illa sua manu, adversus cunctos illos omnis generis hostes dom[i]
& foris [illegible], atque adeo omnibus illi eximiis suis donis magis ac magis
bene & cumulate pergat. Genevae. 13 Octob. anno hoc ultimo calami-
tosi illius temporis. 1566. At hic quomodo atque quo?

Versus [illegible] in obitum [illegible] Theodori
Bezae: communi fratrum collegii
Genevensis nomine.

SEBASTIANI AMBROSII fidi [illegible] in
Sepulchro Orthodoxae Ecclesiae pastoris, beatae memoriae
THEODORUS BEZA VEZELIUS D.

Sacris exemptum vivis qui fundere veram
Suetus erat nobis ambrosiam Ambrosius
Ecce dixit, lacrymas debitasque [illegible] [illegible]
Omnibus. hac etiam corpore tectus humo
At quorsum hae lacrymae? epulis iam sibi vivus
Aeterna Deo ipso qui bona forte bibit?

Ja

Carmen In obitum Clarissimi viri D. Sebastiani Ambrosii

Kesmarcanus in [illegible] Ecclesiae pastoris

vigilantissimi

Cui gregibus sacris coelestia pabula fidus

Usque pastor praebuit

Atque bonis tantum studuit placuisse, [illegible]

minas scelestas negligens,

Ambrosius felix obijt, coelique quietem

Animo [illegible] possidet.

Cum se alta poscunt lacrymae, planctusque piorum

Et vota [illegible] reddere,

Quantas heu! lacrymas, quot planctus, votaque patrum

Tristes [illegible] fundunt!

Frustra sed repetes, quem potius iussit supremi

Terris [illegible] [illegible].

Hunc fors [illegible] mortali carcere tandem

Laborumque maximis,

Cuius tibi ille opus, [illegible], [illegible]

[illegible] dulcem [illegible],

Et te [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] gaudia.

Joannes [illegible]

[illegible]

Clarissimo Viro, doctrina, Virtute & integritate praestan-
ti D Ioanni Hermanno, philosophiae & Medicinae
Doctori, Vratislaviae nunc agenti, amico affini &
fratri suo carissimo.

S D. Clarissime et doctissime Vir, amice, compater & affinis carissime.
Paucis respondeo tuis ad me & filium meum carissimum literis, quia
pluribus non sinebat ocasio praesens urgentis tabellarij. De tua congratula-
tione propter liberationem meam gratias tibi quas possum ago, & simul om-
nibus amicis meis & patronis antiquis, summis in rep. vestra viris,
quibus meam gratitudinem significabis, quam, si vixero, declaraturus sum
publice. Nihil te moveant inimicorum meorum calumniae, quae me non
magis laedunt quam Dominum meum Iesum Christum filium Dei blasphemiae,
quibus ab hoc genere hominum Veritas ipsius & gloria impetitur ac leditur.
Tuli his majora multo ac difficiliora, imo humanis viribus intollera-
bilia, quae sustinuit & vicit in me fortis & potens filius Dei, Virtute sui
sancti spiritus, quia me proponit & exhibet toti orbi terrarum, & suae
inprimis Ecclesiae, illustre, publicum ac perpetuum documentum & mo-
numentum suae misericordiae, iustitiae, ac potentiae: Itaque meis patronis
& amicis omnibus significabis, ne credant ullis de me calumnijs. Ac
rogos omnes, ut commendent meum votis ac precibus suis Deo pro
magnitudine

magnitudine erga me misericordiae suae, in nomen, laudem & gloriam suam, & in misericordias suae erga me & veritatis suae testimonium gratias agant. Miraculum Dei suum in omnibus & per omnia: qui sit benedictus in secula seculorum. Amen. De Soceri tui obitu non cognovi ante liberationem meam. qui fuerit inter nos amicitia nosti. Doleo in connubio filiae alterius fatum eius. Te infelicem esse credidit: qui longe es & vivis beatior. Alter finem suum non prospicit. Consoleris uxorem tuam, & eam salutes meo nomine, & filium tuum, cui me ἀνάδοχον esse voluisti. Haec subito exaravi sedens ad mensam, ut cognosceres me tui esse & fuisse memorem: quem dum vixero diligere & complecti propter pietatem & integritatem non desinam. Nec dubito Deum daturum occasiones quibus coniungamur. Bene & feliciter vale. Salutem opto reverenter quam de tuo & potius Magnifico D Praefecto, quem cognovi a liberatione mea in vivis esse. Sed in vinculis mortuum esse audieram: Ideo epicedion ei scripsi quo non opus esse nunc laetor. Deinde reliquis omnibus: Amplissimis viris D Iacobo Redingero compatri meo, D Iacobo Schachmanno, & in primis excellenti doctrina, pietate & virtute D Iacobo Monavio: Integerrimis & amplissimis d. Schillingis: & reliquis, quorum omnium meminisse nunc non possum. Data Dessaviae. 19 Martij 1566. Caspar tuus ex animo.

D. Thomae Hubnero. Berlinj.

S. D. Clarissime Vir, amice reverenter colende. Hoc die cum me.
cum esset frater tuus Tobias scripsi data occasione hanc ad te epistola,
quod eo completur annus duodecimus ingressus mei in primum carcerem,
unde fuit initium eius quae secuta est deinceps afflictionis: a qua me
illustribus testimonijs immensae erga me misericordiae Dej, & perpetuae apud
me praesentiae, post mirandam conservationem in tam diuturna & arcta
solitudine, & liberationes alias multiplices tandem redemptum esse, ut
meum gratias agas Deo patri aeterno per filium dilectissimum, dominum
nostrum Iesum Christum, qui tuas meorum preces coniunxisti, & pro me
vota fecisti ad Deum & gemitus, pro amicitia te nostra reverenter oro
& obtestor. Si veneris ad me, quod futurum intelligo ex fratre,
videbis miraculum divinae misericordiae & potentiae, quam nulla gra-
tiarum actione praedicare satis possum: vel hoc saltem nomine, quod
me elegit Deus ut infirmissimum omnium in quo ostenderet ac de-
clararet palam opes & divitias misericordiae & auxilij sui. Et quod
convertit captivitatem meam in nomen, laudem & gloriam suam
filij & Spiritus sancti: & in testimonium illustre & publicum suae
misericordiae & veritatis. Fratri tuo, pro singulari fide & studio, quo
meam adiuvit & auxit liberationem, debeo tantum quantum praestare

nullo

nullo officiorum genere possum. Denique oro, ut cum ipso etiam organo uti voluerit, benefaciat ipsi vicissim & omnibus ex ipso natis, in omni aeternitate. Bene & feliciter vale. 4 April. 1586 Dessae.

Caspar Peucerus D.

EIDEM.

S. d. Clarissime D. Hubnere, amice fratris loco colende. Tardius respondeo, quod tardius epistolam tuam accepi, & quidem illo ipso tempore quo iter ingrediebar ad meos. Abfui autem totas septimanas tres. Itinere ex voto confecto, postquam redij ad stationem meam, differre responsum nolui. Delector mirifice pia & viva consolationis plena gratulatione tua, qua me magnopere & exhilarari & confirmari sensi. Nihil me tam afficit ex omnibus rebus humanis quam sympathea piorum laetantium nunc mecum, & εὐχαριστίαις εὐχαῖς cum meis coniungentium ad Deum: sicut condoluerunt ante meis calamitatibus & carceribus, & vota pro mea liberatione assidua atque ardentia fuderunt, quorum fructum in hoc experior maximum, quod me Deus proponit ac exhibet omnium oculis testimonium: imo miraculum suae misericordiae, praesentiae & potentiae. Oro Deum toto pectore, ut qui desideria non inimicorum meorum, sed amicorum explevit: gaudium hoc omnibus nobis faciat solidum & perpetuum: idque vertat in nomen, laudem & gloriam suam, cum illustri, publico ac perpetuo testimonio misericordiae & veritatis suae, ad omnem posteritatem, adversus mundana, blasphemias & furores

hostiles

hostiles. Benedictus dominus Deus pater aeternus Domini nostri Iesu Christi in secula, qui non dat nos praedam & escam dentibus inimico- rum. Anima nostra sicut avis erepta est de laqueo Aucupis: Laque- us contritus est, & nos liberati sumus. Hoc gaudium meum in fra- ternum sinum tuum effundo. Bene & feliciter vale. 20 Iunij des- sa. Haec scripsi subito, assistente fratre tuo Tobia. Tu me amare & complecti non favore tuo tantum, sed & pijs precibus perge. Anno 1586.

EIDEM. Cass. Bene.

S D. Culpane mea factum sit an tua, vel fato potius utriusque, ut tuo, e Dessena urbe discessu, ante revertente reditum meum vix horae quadrante (ut ferebant amici) optato tam diu desideratoque conspectu & colloquio tuo potiri ac frui nequiverim, nescio. Nemi- nem accuso: Sed meam infelicitatem deploro, quam peto ut occasio- ne meliore Deus compenset, & inter complexus dulces suaviore, ube- riore ac diuturniore colloquio. Non deerit tibi opportunitas ex- spatiandi ad fratrem, quae faciet ut et ego tui conspectus, meique voti compos fiam. Mihi taedia solitudinis, & vita quoque aliena a moribus avitis, occupato tamen curis & operis alijs difficilibus, nil tam levat quam consuetudo cum fratre tuo, qua mihi si carendum esset, non reperirem vexatrucia martirio & molestijs meis. Sus- tinet

tinet & ipse onus meo gravius: Sed experimur utrumque praesentiam apud nos perpetuam auxilii divini, cuius me solius testimonio vivo semperque inter tot, tantasque ac tam diuturnas aerumnas, cum spes certissima nunquam eigdem defecerunt, mixi atque sustentavi hunc usque, γηράσκων, ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Si cum hominum unque mihi certe παθήματα fuere & sunt μαθήματα. Sed laus sit, honor, gloria & gratia τῷ ἐνδυναμοῦντί με ἐν πάντα Χριστῷ. Te rogo, ut per occasiones ad me frequenter scribas. Tempora suppeditabunt argumenta. Eanim videtur imminere communibus rebus seu ταραχή seu μεταβολή, quae non potest non exercere non pectus securos, aut animis otiosos. Bene & feliciter vale. Salutem opto amicis omnibus: inprimis Clarissimis dd Schlecero & Francisco: Secretario item Wolfgango Teuringio. die Martini. Dessa. 1586.

Casp. Pencerus.

Clarissimo doctrina & virtute viro D
Magistro Reinero Reineccio, Historio
grapho peritissimo in Academia Iulia
amico suo carissimo & colendo.

S D. Nihil verum quod sincerum. τὸ γὰρ ἀνυπόκριτον, οἷον τὸ ἀληθείας ἀγαθόν, προσφιλὲς ἀεὶ γίνεται καὶ σωτήριον: ἐκ Θεοῦ γάρ. τὸ ὑποκριτικὸν δὲ καὶ προσποίητον, ὡς τὸ ψεῦδος, λέγοντε

καὶ

καὶ ἀχάριστον. Si sincera est itaq. gratulatio tua, quemadmodum sine ullo dubio mihi persuadeo, veteris meae erga te benevolentiae memoria ac fiducia, sera non est. Utriq. enim nostrum prospera erit ac salutaris, εὐδοκοῦντος τοῦ Θεοῦ, ad teq. cum foenore redibit. Ut fictam esse suspicer, qualem comperi fuisse nonnullorum, quorum simulatus amor tempore τῶν θλίψεων μου, manifesto se livore effudit ac prodidit, quibus ego tamen adhuc & cupio optime & fausta omnia ac felicia precor: Ut talem ergo tuam suspicer fuisse non admittit nec ingenium meum a suspicionibus alienissimum, ut a crudelitate omni & violentia, δεισιδαίμων ὑπόδικος: nec animus erga te meus, quem mutavi nunquam, multoq. minus iudicium de te meum, quod praeclarum semper fuit. De tua ergo constante erga me benevolentia gratiam tibi habeo quantam debeo & possum: Et vicissim gratulor eam quam studiis tuis perdiscis contigisse felicitatem, ut ex prioribus quasi fluctibus adversae ac tempestuosae fortunae delato in portum tranquillum & operis laboribusq. tuis convenientem. Deumq. precor ut eam felicitatem nobis esse perpetuam ad pacta, digna posteritate pertexenda & elaboranda: Quoniam mihi nuper editum abs te Chronicon Ditmari Episcopi Mersburg. nullum adhuc historiis aliud videre contigit.

contigit. Quare quae tua extent in lucem emissa dum latuj, fac ut sciam. Ego e carcere ueluti sepulchro: ex solitudine ut morte ac tenebris reductus in vitam ac lucem, Mundum ueluti nouum & ignotum orbem nunc contemplor. Nec priusquam totum perlustrauero, nisi accurate peruestigauero, quid me abdito actum peractumque sit commentari quam de rebus praesentibus aggrediar. De prioribus quae carcerem antecesserunt, quaeque mihi explorate cognita esse scio inchoaui aliquid. Utraque si me volet absolvere Deus pater misericordiarum, qui me manifesto miraculo conseruauit ac liberauit; & vitam mihi prorogabit, & vires ingenio corporique sufficiet. M Henrico Meibomo & salutem ex me ut dicas, & pro transmisso carmine ut gratias agas, reuerenter oro. Laetor adhuc reperirj multos praestantes viros, qui vitae & saluti, qui nomini & honori meo fauent. Ijs ut Deus benefaciat vicissim opto precorque. Bene & feliciter vale. 6 octob. Dessa. 1586.

Tuus Caspar Peucerus D.

EIDEM

S. D. fecisti, mi Reinere, quod bonis omnibus & insitum est ab origine, et proprium ac peculiare natura & instituto, ut in grauiss fortuna, sua & amicorum sint manentque sui similes: ἅπερ τὸ χρυσὸν τῆς ἰοῦ ἔχει φύσιν. Et meministi unum inter omnes Imperatores

Anto

Antoninum philosophum à Dione ob hoc commendari quod ἐν οὐ-
δενὶ ἠλλοιώθη, καὶ μηδὲν εἶχε προσποίητον· ἀγαθὸς δὲ ἦν
ὅλος καὶ διὰ πάντα. Tu igitur ut fecisti amicitiam nostram constanter
colere pergas. Legi cum voluptate catalogum editionum tuarum, quas
prima mihi occasione comparabo. De Reginone Abbate dabo operam
ut votis & petitioni tuae satisfiat. Hoc tempore tentari à me ni-
hil debuit nec potuit in luctu nostro iusto graviq. ex obitu optimi
nostri, pientissimi & sapientissimi principis. Nam conclavia pleraque
clausa sunt atque obsignata usque ad certum ac destinatum temporis:
Et ubi patuerint, inquisitio laboriosa erit, quod libri Bibliothecae magna
ex parte indigesti adhuc cistis inclusi continentur. Hoc anno decre-
tum erat optimo principi, mihi ac nonnullis alijs commendare dis-
positionem. Feres igitur moram patienter. Cum primum res tulerit, da-
bo operam, ut si affuerit, cupitis potiaris. Ego ut confido, aliqua
parte curarum & occupationum levatus, totum me studijs & incho-
atis operis pertexendis dedam. Brevi epistola respondeo: Impedior
enim luctu & occupationibus alijs. Tu ad me frequenter scribere
perge. Salutem opto vicissim Henrico Meibomio. Dessae. 21 Decemb.
1586.

Casp. Pencer. D.

Ad. D. Joach. Camerarium Me-
dicum Noribergensem.

Binas

S. D. Binas accepi a te epistolas, sed priorem serius. de utraque & de perpe-
tua tua erga me constantia, voluntate & benevolentia gratias tibi quas
debeo ac possum ago: eoque magis, quo pluribus illam, me penitus desperato,
meis etiam exulibus ac dispersis orphanis declarasti. Mirifice n. praedicat
tua fratrisque Philippi erga se officia & beneficia filius meus Philippus. Uti-
nam occasio mihi detur et facultas ostendendi gratum & memorem animum
utrique. Fortasse autem nos aliqua opportunitas coniunget ad complexum
& colloquia mutua, quibus nihil expeto & opto ardentius. Me Deus ut
miserrimum, fragillimum & desperatissimum inter omnes illustribus & evi-
dentibus documentis voluit proponere & exhibere oculis omnium, miracu-
lum suae misericordiae immensae, & testimonium praesentiae perpetuae
cum suis qui ipsi confidunt: de qua ut mecum Deo patri aeterno Domi-
ni & Redemptoris nostri Iesu Christi gratias agas, qui pro mea salute &
liberatione precatus es, te vehementer oro. Nunc sum adhuc in aula
Illustrissimi Princ. ac D. Domini Ioachimi Ernesti principis Anhaltini,
organi divini ad meam liberationem & benefactoris mei clementissimi,
orans Deum assiduis gemitibus ac desiderijs ut reliquum vitae mira-
culose mihi conservatae velit me pijs, sanctis, utilibus & salutaribus
operis & laboribus transigere. Ad me si creberrime scripseris, gratissimum
mihi feceris. Bene vale. 26. April. 1586. Salutem opto vene-
randam

renter fratri Philippo & amicis omnibus ac patronis meis in Reg.
vestra: M Laurentio nominatim.

Casp. Peucerus.

Reverendo Viro, doctrina et Virtute praestanti
D. Magistro Mauritio Hellingo, Theologo
in Urbe Norica: amico suo Veteri &
Carissimo.

S. D. Postq singulari Dei beneficio & misericordia immensa educ-
tus è carcere cognovi te adhuc in Vivis esse, et constanter agnitam
atq. amplexam semel Veritatem retinere ac tueri, Vehementer gavisus
sum, & pro te gratias Deo egi: quod & te pro mea liberatione & miranda
conservatione fecisse non dubito. Optarim colloqui nos inter nos posse,
de quo non penitus despero: etsi magna jam est aetas Utriusq. Nunc
tibi commendo nepotem meum ex Doctore Schallero piae memoriae or-
phanum: et ductorem eius Paulum Pfeffingerum, nepotem senis
Pfeffingeri pastoris Lipsici ex Paulo filio. Profecturi sunt Heidel
bergam. Tu, si potes, adiuves eos, ut qua commoditate secure hoc
iter suscipiant. Schallerum etiam, si potes, deducas ad agnatos suos
& affines, si quos adhuc habet istic à parente. Puer est adhuc,
& rerum omnium imperitus, & ut fit negligentius à patris morte e-
ducatus. Ad me per occasionem de tuis rebus scribes. Bene &
feliciter vale. Datae Dessa. 17 Iunij 1586.

Casp. Peuc. D.

Clarissimo genere, doctrina, pietate, virtute & dignitate praestantj Viro D Petro Monaûo, philosophiae & Medicinae Doctorj. Sac. Caes^{ae} M^{tis} medico celeberrimo: amico suo reverenter colendo.

S D. Ab optimo, et praeter ornamenta generis antiqui ac nobilis, suis etiam dotibus, pietatis, doctrinae variae, virtutis, integritatis, fidej constantiae & gravitatis commendatissimo Viro, D Iac. M fratre tuo, literas accepi intra breue tempus, ternas, ni fallor, in quibus singulis ex te mihi peramanter & officiose salutem nunciat. Quae res cum sit mihj argumentum certum & illustre tuae erga me voluntatis praeclarae, & beneuolentiae eximiae, meis te literis, occasione oblata, antevertere volui. Gratias tibi itaque quas possum, ago maximas, quod nec amicj veteris et iam a tota rerum natura desertj oblitus es, nec conservare memoriam mei desinis, quamquam ad dignitatis in munere tuo evectus summas, summo loco, & laude felicium ac salutarium medicationum cumulatus. Si quid beatum est, & potest esse in his terris, certum esse expertus sum quod miserae istius & afflictae beatitudinis nulla sit pars maior, nulla durabilior, nulla aeternitati propior, quam fiducia veritatis & misericordiae divinae, speque non dubia liberationis certissimae, sustinendo impositi crucis iugum, pavore Deo, & virtute divina, cum illustri testimonio

confessio-

praesentia atque opis dexterae Dei, superare aerumnas & ex adversis eluctari. Qua me beatitudine, cum ex misericordia paterna dignatus sit & coronarit clementissimus & misericors pater in filio dilectissimo Domino nostro Iesu Christo, sic, ut proponat atque exhibeat me omnium oculis miraculum atque monumentum gratiae suae, in novam laudem & gloriam suam, ac documentum veritatis suae: agnosco ac gratissima mente confiteor ac praedico haec in me insignia & conspicua argumenta misericordiae Dei, proque his omnibus Deo per filium, in suspirijs et gemitibus sancti spiritus, gratias quas possum, ardentissimas indesinenter ago, acturus in omni aeternitate: & te oro pro veteri perpetuoque tuo in me studio, ut idem facias mecum in tuis precibus ad Deum. Oro te etiam, ut bonorum ac piorum hominum voluntates & benevolentiam, si qua sese occasio dederit, in aula augusta conciliare mihi studeas. Habuj ante cladem & ruinam meam patronos in ea & authoritate summos, & mej amantissimos: Sed illos mihi fata eripuerunt. Egressus e carcere in novum suum orbem ingressus: & nova reperio omnia. Haec vero ut me magis omnia, commendo Domino & Deo meo, cuius misericordia sum quod sum & quicquid sum. Hunc toto precor pectore, spebus omnibus ab uno ipso pendens, ut sicut me mirabiliter conservavit & liberavit: sic

religuo.

reliquo vitae meae tempore, quas inchoavit mihi dono singulari operas,
virtute & dotibus sui spiritus pertexat & absolvat. Bene & feliciter
Vale. 15 Augusti. Dessae A° 1586.
Salutat te reverenter Doctor Samuel Kelner. Casp. Peucerus D.

Reverendo et Clarissimo Viro, doctrina, pietate,
& Virtute praestanti D. Henrico Mollero,
Sacrae Theologiae Doctori: amico & Compatri suo
colendo & carissimo.

S.D. Reverende D. Doctor, compater colende & carissime. Nulla
ad me fuit operis excusatione mora, quod serius gratulatus mihi sis
liberationem. Sat cito hoc factum. Tua vota in meis semper coniuncta
fuisse non dubito. De tuis maluissem citius aliquid cognoscere ex teipso
cum alii alia ad me detulerint, de quibus quid credere debeam, pri-
mus me certo edocuit Doctor Vitus, cuius mihi conspectus & collo-
quium hoc etiam fuit gratius, quod de te percontari & explorare mihi
licuit, quae scire desideravi. Nihil scribam de calamitatibus nos-
tris: sed Deo & judici iusto, & patri misericordiarum gratias quantas
possum ardentissimas ago toto pectore, per & propter filium dilectis-
simum, quod non contriverit nos: nec dedit nos praedam & escam: nec
opprobrium & ludibrium inimicis nostris. Misericordiae Domini
quod non consumpti sumus. Feramus ergo constanter & patienter
pro

pro veritate & gloria filij Dej, quod ipse & vult nos ferre, & fortis ac potens in nobis sustinet. Crux sit et fuerit mea infirmitas tu optime nosti: pertuli tamen & superavi gratiore, (sic tu cogitare potes;) ἀλλὰ τὰ πάντα ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι με Χριστῷ. Sis fortis ergo & tu: nec frangaris animo: sed pugna fortiter pro manifesta veritate. Deus aderit tibj tuisque, illustribus testimonijs praesentiae & auxilij sui. Utinam vel hora una nobis inter nos colloqui liceret quod sicut votis et gemitibus assiduis precor: sic Deum concessurum nobis spero & confido. Coniugem tuam ut restituat Medicus corporum & animorum nostrorum filius Dei opto & spero. Bene & feliciter vale. 16 octobris 1586.

Casparus Peucerus D.

Reverendo Viro, doctrina, pietate, virtute & dignitate praestanti D Christophoro Pezelio, sacrae Theologiae Doctorj, pastori & Superintendenti urbis Saxonicae antiquissimae Phabiranj, amico & fratri suo colendo & carissimo.

S. D. Nulla prorsus, multo minus tam accurata excusatione silentij tui fuit apud me opus, qui de te & sensi semper optime, & nil nisi quod verum, rectum, sincerum, pium, sanctum, ac constans est expectavi: & post liberationem quicquid pro veritate & gloria filij Dej

Dej

Domini nostri Iesu Christi factum abs te est & gestum, praeclare confec-
tumq. adversus hostes, compertum ac cognitum. Nunquam de precibus pro me
tuis dubitavi, quarum fructum ut piorum omnium uberrimum ex-
pertus sum. Nec meas adiungere vestris ullo momento interdiu
noctuq. destiti, etsi quo loco essent res Ecclesiae, & quibus cum hostibus
conflictaretur veritas, à quibus defenderetur patronis non cognovi,
nisi quantum ex Chimaera libro aestimare potui & ex postremo mihi
traditis Nasi impudentibus, audacibus & tetris confessionibus, quibus
explicatam veritatem caelestem in examine sanctae animae soceri
mei, cum ipsa filii Dei gloria, contaminat, conculcat, involuit, &
obruit: cuius vindictam & illustrationem commendato tibi & aliis
quos Dominus tali loco & statione collocavit, armatos spiritu suo, ut velit
vos esse assertores veritatis. Meas tamen sententias communicabo
vobiscum: idq. ut fieri coram aliqua occasione possit oro, sicut fu-
turum certò confido & spero. Multo ante vidi operas tuas, &
apud me habeo, quibus repetita antiqua & nova dogmata doc-
trinae Melanchthoniae ex immotis verbi patefacti monumentis asseris
illustras, & stabilis: pro quibus operis tibi; pro donis tibi con-
cessis Deo gratias toto pectore ago, huncq. ardenter precor, ut quod
per te coepit, urgeat, pertexat & absolvat, in nomen, laudem & glo-
riam suam. Me quod Dominus proponat & exhibeat omnium
oculis

oculis, illustre, publicum ac perpetuum miraculum ac testimonium suę misericordiæ immensæ & inexhaustæ; perpetuæque præsentiæ cum pijs omnibus, & auxilij omnipotentis, mirandæque liberationis; scio neminem vestrum dubitare, quibus perspecta coram vel explorata fuit infirmitas mea perpetua & desperata in omnium hominum oculis & animis conditio. Quapropter sicut pro me fudistis vota precesque ad Deum: sic te obtestor, ut cum Ecclesia tua, meum etiam & pro me Deo gratias agas & prædices Ecclesiæ tuæ magnitudinem misericordiæ Dei, quam in me effudit & cumulavit, me conservato & liberato præter et contra omnes secundas causas, præter & contra spes & expectationes omnium hominum, & sine omnibus medijs & auxilijs humanis & externis: pro me, inquam, conservato non corpore tantum & vita, sed in agnitæ veritatis etiam confessione & assertione: & pro aucta ac confirmata mihi, miraculo manifesto, indies luce et agnitione veritatis sine præsidio librorum, inter pericula & terrores, quanta homini accidere possunt. Memini sermonum soceri mei, quos sæpe in ore habebat, Nulla unquam certamina veritati mota esse, quibus illa non magis quam ante explicata sit, & clarius enituerit, donec tandem discussis & sopitis mendacijs sola vicerit & extiterit. Id in articulo περὶ ἑνώσεως ὑποστατικῆς τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων

Quocunque praeclare video; Victricem veritatem obtinuisse, quidquid pars
adversa glorietur aut conetur. Spero idem futurum de reliquis articulis.
Fuit mecum gener tuus M. Crellius meus & tuus, quem ingenti cum
laetitia complexus sum. Primus is enim est, quem ex naufragii nostri
dispersis tabellis vidi: & quem, ut scis, semper dilexi. Utinam &
te mihi complecti liceret, ut videas quae, Deo docente & me instruente,
consignavi in carceribus meis de XII articulorum Chimaerae confessio-
nibus. Nondum deposui spem omnem: fore ut rursus congregemur.
Probo itaque consilium tuum quod locum & stationem nondum mutas.
Scripsit ad me dulcissimam epistolam Cruciger noster, quam si cupis
legere mittam. Te et totam Ecclesiam tuam, domesticam &
publicam omnesque amicos veteres toto pectore Deo commendo. Bene
& feliciter vale. 24 Junii 1586.

Casp. Peucerus D.

II Reverendo et clarissimo viro, doctrina, pie-
tate & dignitate excellenti, Christophoro
Pezelio Sacrae Theol. Doctori, pastori & superin-
tendenti Ecclesiae filii Dei in veteri Tencterorum urbe
Phabirana ad Visurgin: amico, compatri & fratri
S. reverenter colendo & carissimo

S. D. Gratiam tibi habeo quantam possum maximam, Ecclesiae
&

& meo nomine, quod patrocinium suscipis mei socij in defensione veritatis. Non fuit mihi possibile inter occupationes perpetuas totum tuum scriptum perlegere accurate. Inter evolvendum observavi quasi per transcursum quantum potui. Certum est post Colloquium Marpurgense, & oppositas ab Oecolampadio sententias vetustiores ijs quas Philippus ediderat, & quas saepe optabat non extare, imo quas a Monachis recentibus Graecis etiam iudicabat in Bulgario & Theophylacto corruptas esse: Tunc ergo certo scio Philippum pervestigata accuratius antiquitate, discessisse a pontificio commento quod retinet ac tuetur Lutherus: de qua re utinam coram tecum & cum Crucigero colloqui possem, ut de controversijs alijs, de quibus, Deo me docente cogitavi non pauca in carceribus meis, ad librum Concordiae, cum ille mihi traderetur. Recte & vere hoc refers quod saepe repetebat, Se de nulla controversia accuratius & maiore studio inquisivisse & contulisse vetustatem quam de hac: ei quod voluerit esse certus de veritate, cum fuerit ipsi pugnandum adversus βεβηλότητα, καὶ δεισιδαιμονίαν ἢ τῦφον, sicut nominabat, duo extreme contraria. τούτοις δύο γὰρ καὶ τ' ἐναντία μαχέσθαι χαλεπὸν. Narrabat se cum

Luthero

Luthero, cum mitior esset, non raro collocutum. Postremum vero collo-
quium fuisse Anno XLI, cum proficiscendum esset ad Colloquium Ra-
tisponense. Eo tempore, ut fecit in alijs controversijs, obtulit ei testimo-
nia antiquitatis purioris pro veriore sententia, & dixit ei inter alia:
Recens hoc dogma esse in Ecclesia, & superiori seculo ante Damasceni
& Caroli Magni aetatem fuisse ignotum: idq. se probare his testimonijs.
Respondit Luterus, Non potuisse tamen tantum errorem de re prin-
cipali in Ecclesia tam diuturnum esse, quae nunquam caruerit Sacra-
mentis. Opposuit Philippus, Si movet te antiquitas in hoc articulo,
cur non in alijs vetustioribus moribus & abusibus? Postea addi-
dit Luterus glossemata ad testimonia; de quibus saepe narrabat
quod responderit ei; Se quoque tales, imo his multo commodiores glossas
comminisci posse, sed in serijs disputationibus, cum quaeritur veritas,
si opponantur adversarijs, quantum valiturae sint, & quantum sint
habiturae autoritatis, se ipsius judicio permittere. Offensus Lu-
terus relinquit manu Philippi scripta testimonia, cum suis glosse-
matis consignata. Illa ego dudum putaram interijsse, sed mirando Dei
consilio, vix ante mensem acquisivi αὐτόγραφον utrinsque inviola-
tum & incorruptum, cuius ad te descriptionem per Crucigerum
mitto. Videbitis ambo qualia sint fundamenta Lutheri: &

cum

cum his quomodo congruant patroni tui, qui contra Lutherum
in pontificio errore sepultum, & contra huius oppositam veritatem
inuictam (duae enim tantum sunt sententiae) introductam no-
uam tertiam hyperphysicam praesentiam, per hyperphysicum corpus
à physico & vero diuersum, & totam tam veterem veram quam
recentem Scholasticorum falsam doctrinam Ecclesiastico nouo & de-
liro pariter commento obruunt. Utinam essent mea descripta,
quibus me in XII articulis ostendo discedere à Chimerae confes-
sionistis. Nouit Cruciger historiam anni XLIII: cum dis-
cedere Witeberga constituissent Philippus & pater ipsius: sed transe-
git cum Philippo Lutherus his verbis. Defendam itaque meam
causam solus, sicut cepi: Tu me non impedias. Nec dimittam te,
sed promitto tibi securitatem manendi in statione tua, quam
praestabo. Ambsdorfio etiam anno proximo ante mortem
Cyrij urgenti ut ad subscriptionem adigat communiter suspec-
tos omnes, respondit: Non faciam hoc. fortassis .n. non paulo
plures contradictorij mihi quam suffragatorij essent. Videbat enim
Caluini declarationi plurimos attentos. Multo etiam, imò
plurima alia monere possem de conuersione hominis ad deum
de viribus humanis, de praedestinatione, de noua praesentia
&

et efficacia divinitatis totius in toto ministerio, & de hac ipsa controversia: de definitione Evangelij: & alia, Sed Epistolica non sunt, & mihi ocij tantum non suppetit. Mitterem ad te volumen meum, sed cui credam non habeo. Haec paucis, quantum in hac festinatione potui, monere te volui. Ego Deo adjuvante liberatus aliqua ex parte curis & sollicitudinibus varijs & maximis (Confido enim me habere Electorem Saxoniae clementissimum, & optime erga me affectum) revertor ad operas scriptionum & quas coepi perlexam. Tu enim tua Ecclesia pro me ora: Et si potes adesse, vel ad me excurre, vel Magdeburgam me evoca. quod tamen non esset ab incommodo futurum. Tutius ad me accedens. Sed nihil tibi praescribo. Bene & feliciter vale. Calend. Martij 1587. Dessa.

Caspar Peucerus D.

Possem etiam de causis multa monere, quae utique obstiterunt: ubi Luthero, ne emendaret se: Et Philippo ne palam profiteretur. Sed brevitas temporis non patitur. Landgrafius me aliquoties invitavit ad se. Si impetrarem mihi veniam a meis principibus, vellem excurrere. Ibi existimo posse nos etiam convenire. Non enim abesse te procul Cassellis puto. Cogita de his.

¶ Ad Dn. D. Joannem Hermannum

Scripsi

S. D. Scripsi ad te ante biduum, & de silentio tecum expostulaui: Sed
liberauit te epistola tua quae negotijs cunctationem excusat: Acquiesco
itaque. Mutationem in vicinia nunquam futuram dubitaui ex quo pulsi
è certe. Ut fiat in melius semper optaui sum precatus, quod optare ma-
gis quam sperare possum, considerans τὴν χαλεπότητα, ὑφ' ἧς ῥάδια πάν-
τα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀμήχανον οὐδέν. Si quaesita fuerit veritas cae-
lestis cum gloria filij Dei, sincere, quae per Chimaeram eiecta exulat,
benedictio diuina non deerit. Si quaesiueritis me serio, inquit Deus, in-
uenietis me, & ero vobiscum. Tibi coniugem saluam & incolumem
redditam esse laetor. Non improbo consilium, quod aduentum distule-
ris tuum, praesertim cum mutationis factum sit initium ab aduentu tuo
in ea urbe. Generum tuum existimaui tecum mansurum esse:
id quod ex sermonibus tuis uidebar intelligere. Hoc consilium cur mu-
taris, cum tu saepe ex urbe euoceris, nescio. Sarmaticos motus
& praesagij & metus semper, etiam in ipsis conuentibus. Poenas quas
promeruimus innumeris peccatis, & repulsu filij Dei doctoris in hu-
le doctrina tanta misericordia primum in his terris accensa, inde profec-
turas non dubito. Quoniam scientiam repulisti, repellam te: in-
quit propheta. Vetus & illud est apud prophetam, A septentrione
omne malum. Ἀρκτῷα πνεύματα δεινά. Vos hostibus ut proximi
sic primi eritis. Deus omnium nostrum misereatur. Maior
dolorem

dolorem obscurat minorem, ut nostri. Sic luctum & desiderium filij mei curae maiores ex conspectu malorum publicorum, & distractio animi in diversa, occupationumque multitudo paulatim obtundunt. Iste [illegible] vulnera. Cum D. Pezelio per triduum fuit mihi dulcissima conversatio, & cum multis alijs doctis viris qui ad me convolant. Bene & feliciter vale. Salutem domesticis tuis, Ecclesiae & omnibus amicis opto. 16 Novemb.

Caspar Peucerus D.

II Nobilitate, doctrina, pietate, prudentia, virtute & dignitate praestanti, D. Ioachimo à Berga, Consiliario in Imperialibus Sacrae Caes. Mtis. Romanae: amico & patrono s. reverenter colendo.

S. D. Magno cum gaudio ex summorum tuorum amicorum sermonibus, ceterorum literis cognovi, te despondisse tibi, pio sanctoque proposito, secundum nostram deliberationem puellam tui ordinis nobilem, ab ijs omnibus celebrem quae requiri & commendari possunt. Hac cum, opto precorque tibi votis sincerissimis & ardentissimis à Deo autore foederis coniugalis, matrimonium sanctum, castum, beatum, concors, suave, foecundum, diuturnum, utrique salutare, addictum & deditum Deo: & ex coniuge posteritatem sanctam, Deo servientem ac placentem. Cumque foedus coniugij inter sanctos sit arcano mysterio typus & symbolum summae coniunctionis & arctissimi vinculi Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi cum sponsa Ecclesia:

Commendo

commendo tibi inter oscula & complexus dulcissimae sponsae novae seri-
am & sempiternam memoriam Ecclesiae Christi, cuius ut mystici corpo-
ris illius tu membrum es vivum, sicut caro est de carne ipsius viva,
os ex ossibus, insertus ipsi viva & efficaci virtute Spiritus Sancti, ut pal-
mes viti; surculus arbori; corpori membrum. Ita autem illam tibi com-
mendo, ut rogem qua debeo animi affectione, ne obliviscaris voti quod
nuncupasti & fecisti Domino nostro Jesu Christo: ne dementis, quod desti-
nasti sponsae eius Ecclesiae. Si, ut constituisti & spopondisti, do-
taveris Ecclesiam; dotaberis à sponso Ecclesiae filio Dei vicissim aeter-
nis et praesentibus, longe imo in immensum maioribus: & cumulo
maiori videbis ex te posteritatem, cuius amore et desiderio nuptias
contrahis, quae pro te succedens in vestigia tua Domini colat & celebret,
& tuae dotis, id est beneficiorum Ecclesiae attributorum sit fida & con-
stans exequutrix. Bene & feliciter vale. Tibi & sponsae cum sa-
lute opto benedictionem sempiternam. Dessae. 8 octob.

Caspar Peucerus D.

II Reverendo & clarissimo, doctrina, pietate, pru-
dentia & virtute viro D Theodoro Bezae, sacrae
Theologiae & orthodoxae Doctori & assertori, Domino
& amico suo colendo reverenter.

Reverente

S.P. Reverende D. Beza, amice venerenter colende: Scripsissem ad te
dudum, sed defuerunt occasiones, quas nunc ipse mihi sumpsi missis
literis Norimbergam ad D. Laurentium Durnhoferum, ex cuius sermonibus
plurima retulit mihi filius meus natu minimus Philippus, de tua pro
me captivo, proq. meis exulibus ac dispersis liberis fraterna sollicitudine
& de promissis erga ipsum tuis . de quibus omnibus quantas maxi-
mas possum gratias tibi ago, atq. inprimis de precibus pro me ardenter
atq indesinenter publice ac privatim ad Deum fusis, quarum fructum
& expertus sum & experior indies uberrimum, vel in hoc uno, quod me Deus
proponit & exhibet omnium oculis illustre exemplum ac testimonium,
imo miraculum evidens & insigne suae immensae misericordiae, potentiae
& praesentiae apud me in omnibus & per omnia . Cum igr mecum &
pro me precatus es, oro ut mecum etiam pro magnitudine erga me mi-
sericordiae divinae gratias agas, quod me non modo mirabiliter & gloriose
liberavit, sed inter tot & tanta pericula miraculose conservavit, ac
maxime ne deficeret fides mea, ne quo errore, lapsu, culpa mea
excitarem scandalum aliquod in Ecclesia . Misericordia Dei unius
& solius singulare & admirandum donum & opus est, quod non
contemptus, quod non confusus sum. Sit benedictus in secula Deus
pater per & propter filium, in suo sancto spiritu Amen. Ago
et ego gratias toto pectore vobiscum & cum electis omnibus ubiq
locorum

locorum, pro conservata, defensa & liberata Ecclesia, & pro veritate ac gloria filij sui vindicata & asserta scriptis orthodoxis; quam ne sinat extingui & obrui confusionibus illis tetris & monstrosis, quas nunc liber conspicor & cognosco in libris antagonistarum, ardenter precor. Haec paucis ad Te subito scripsi, quae ut boni consulas, & pro me cum Ecclesia tua ores, peto. Bene vale & feliciter. Dessa 17 Jun. 1586

Plura alio tempore de alijs, quae optarim ita explicata esse ut dogmata περὶ ἑνώσεως ὑποστατικῆς.

Casparus Peucerus D.

Clarissimo laude vera pij & eruditi Virj D. Joanni Caselio, in Academia Rostochiana professorj primario, amico suo antiqua fide & virtute cum observantia perpetua colendo.

S. D. Non legi sine lacrymis epistolam tuam suavissimam & elegantissimam, pietatis & benivolentiae plenam sincerae: repetens mecum ex commemoratione tua testimonia erga me & in me miseri cordiae divinae, & confirmata erga me studia piorum & bonorum virorum, quae nec diuturnitas aut magnitudo meorum calamitatum nec hostilis aut rabies vi, aut virulentia calumnijs minuere vel labefactare potuit. Ac his ipsis consolor & confirmo me nunc quoque,

nihil

nihil adhuc remittente acerbitate inimicorum meorum, de qua multi ad
me multa, alij alia scribunt. Sed me propter Veritatis confessionem Deo cu-
rae mansurum deinceps, ut fui: sicut experior quotidie, sic nihil dubito. Ma-
gis illos tamen amo qui hostes se profitentur apertos, quam sub simulata benevo-
lentia alentes Viperina odia, & captantes occasiones mihi nocendi, qualis
Vester est. Deoq. gratias ago tuenti ac Vindicanti innocentiam meam
adversus Vim & insidias: Et vobis omnibus qui meam amicitiam con-
stanter colitis, in quo mutuam vobis praestabo omni studio & fide, donec
vixero. Collegis nostris ut tu tibi, sic ego mihi non satisfactum
queror. Desiderium quod in utroq. nostrum est faciet, ut eo citius
de congressu & complexu inter nos novo cogitemus, cum optatas dari oppor-
tunitatem divinitus, cum utriusq. salute, commodo & gaudio. Illi
quem helluonem scriptorum nominas, nec ingluviem hanc nec auda-
ciam contrariae quam usurpat inviderem, si iudicij sinceritatem ac recti-
tudinem & animi candorem, livoris & ambitionis cęcitate posita adhi-
beret. Sed illum sibi ac moribus & fato suo relinquo. Imposuit
multis: forte incidet senex in aliquem, cui non imponet: Sed qui de-
ceptos ante iusto Dei iudicio ulciscetur. O quam vellem nos vicinio-
res esse cum propter alia officia amicitiae, tum vero inprimis propter com-
municationem & collationem sententiarum & consiliorum. Meum
in hac orbitate solatium sunt vicini mei: quibus ego in hac tota
ora

ora, post naufragium tristissimum Academiarum, quod non dicam ante-
feram sed comparem aliquo modo non reperio. Relinquant adversarij
nostri hostes pietatis & literalis eruditionis etiam libera iudicia nobis,
cum ipsorum nos censuras & calumnias cogamur sustinere ac proferre
in servitute deformi: regnantibus ipsis, nobis oppressis. Sed valeant
illi: Nobis satis sit τὰ ἀληθῆ, τὰ ὅσια, τὰ σεμνὰ λέγοντες καὶ
φρονοῦντες ἀρέσκειν τῷ Θεῷ. Aphrodisiaea tua ut illius omnia
cum voluptate & usu magno quotidie verso manibus & cogitationibus:
de illis coram, cum convenerimus. Reperio multa arguta & con-
cinna brevitate graece dicta, quae nullis à nostra religione vel dis-
sonant vel abhorrent. Laetor multos esse in Academia vestra
καὶ ὀρθοφρονοῦντας καὶ ὀρθὰ βαδίζοντας, quibus omnibus salutem
opto reverenter, & Nathanj nostro inprimis, cuj nolim ex amore mej
quid odij aut periculi creari. Bullengerum ex quo vidi & cognovi,
dilexi & magnifeci semper. Etsi enim dissentimus religione: tamen
eas quas in eo reperio dotes iudicij recti, doctrinae, & integritatis, ut
dona Dei agnosco & veneror. Omnes hos itaque ex me salutabis.
Bene & feliciter vale. die meo natali VI Januarij: quo ordior
annum aetatis quartum & sexagesimum, ea qua vidisti facie, mira
tulo misericordia Dej, in ea corporis infirmitate quae tibi ignota non est.

Deum

Denique oro ardenter, ut reliquum vitæ meæ, quod dono gratiæ ipsius mihi superest ipse transigat mihi feliciter, tranquille ac beate: pijs, sanctis, sapientibus, veracibus, iustis, rectis, moderatis, felicibus utilibus & salutaribus consilijs, laboribus & operis. Anno 1588.

Vides me festinanter scripsisse: & valde distractum occupationibus. Datis igitur veniam fato meo, quod semper fuit tale —.

Casparus Peucerus D.

D. Inclyto & Generoso Domino, Domino Ioachimo ex antiqua & celebri stirpe Comiti Ortenburgico &c. Palatinatus Electorij Proprincipe in Bavaria domino suo clementissimo.

Inclyte & Generose Domine Comes, domine clementissime: Literæ tuæ inclytæ Generositatis & delectarunt me mirifice, & simul etiam graviter conturbarunt. Delectationem mihi attulit expressa in illis clementissima erga me affectio, optimæque voluntatis & singularis benevolentiæ plena gratulatio de mea liberatione. Perturbarunt me vero dolore novo iniquitas fortunæ qua inclytam generositatem tuam tot annos tam iniuste & acerbe premi urgerique intelligo propter confessionem veritatis constantem. De illa gratias quantas possum maximas ago inclytæ Generositati tuæ, quas debeo & possum subiectione animi, obnixe submisseque rogans ut quam illa & memoriam &

dilectionem mei cum pio erga me studio, toto tempore desperatae conditio
nis meae retinuit, eam deinceps etiam conseruet, meq benigne, clemen-
terq complecti, fouere ac iuuari non desinat. Dabo operam viritim, ut
quoscunq potero studij, obseruantiae cultus & obsequij genere illam mihi
augeam & confirmem. In altero in inclytam G T uideam dignam
Viro magno & vere Christiano patientiam, exemplo Domini & Redemptoris
nostri Jesu Christi praestare, nec frangi animo, nec labefactari fide inter
tot tantasq ac tam diuturnas iniurias, animo gratissimo agnosco ac prae-
dico Spiritus sancti singulare donum ac praesidium. Ac toto pectore Deum
precor iudicem & vindicem iustum Veritatis & gloriae suae, omniumq
fraude ac Violentia oppressorum, ut donec vult J G Tuam omnis im-
positae crucis ferre. sustentet ac roboret eam virtutibus Spiritus & fidei,
destinatoq tempore Vindicatam illam cum illustri ac publico, perpetuoq
testimonio sui iudicij de veritate restituat, vita feliciter ac beate in seros
annos prorogata. De meipso nullis praedicare verbis: nulla meli-
ni cogitatione potum magnitudinem erga me misericordiae Dei, cuius
me, miraculosa conseruatione & liberatione mei proponit ac exhibet
omnium piorum oculis miraculum ac monumentum, in testimonium ve-
ritatis, praesentiae & omnipotentiae suae. Hoc peto viritim summum
& istud auidius atq ardentissimis votis a Deo peto contendoq, ut tali

me

me statione collocet, qua & voce publica, & indefesso studio, & pijs, sanctis,
utilibus, & salutaribus operis, laboribus, & monumentis gratitudinem quam
debeo summam & aeternam ipsi ad posteritatem declarem pro immensa gra-
tia qua me praeter & contra omnes causas secundas, praeterq. & contra spes
& expectationes omnium hominum conservatum coronavit, cumulavit,
ereptumq. in lucem & ad societatem Ecclesiae sanctae & orthodoxae reduxit.
Virium, ex divina benignitate, ingenij & corporis tantum mihi promitto,
quantum satis erit. Et pro hac aetate, corporisq. [illegible] infir-
mitate validiores prope nunc experior, quam tunc senti cum me ante annos
viginti Inclyta G T benigne & comiter coram dignata est notitia & allo-
quio. Deo me itaq. commendo, firmissima fide nitens testimonijs &
argumentis immotis misericordiae erga me suae, & suae apud me praesentiae.
Quocunq. me statuerit loco: ad desideria, suspiria, gemitus & preces meas
suo concedet hoc mihi quod cedat successu & exitu salutari in nomen,
laudem, & gloriam ipsius, ut ipse celebretur per me in donis, & mirabilibus
suis. Nec per me tantum, sed una mecum per omnes electos utriusque
locorum, qui maximo meo cum gaudio nunc agnoscunt & confitentur
in me, & mecum praedicant misericordiae & veritatis Dei testimonia. Apud
Illustrissimum principem meum, deq. me praeclarissime meritum exec[u]-
tus hoc sum quod tua I G fieri voluit. Celsitudo sua cle-
mentissime acceptis omnibus vicissim renunciari iubet, se eo quo
semper

semper fuerit animo, & quem Inclytae T G sorpi testatum fecerit, nunc etiam esse erga illam, & mansuram semper. Bene & feliciter valeat Inclyta Generositas tua. Datae in Rhoda Hercinia, veteri oppido seu Cheruscorum seu Bructerorum, non procul a Melibocco monte, qui Bructera gentis nomen antiquum conservavit. XVIII Julij 1586.

Inclytam Generositatem tuam

Subiectissimo animo reverenter colens.

Casparus Peucerus D.

Clarissimo doctrina, pietate, virtute & dignitate
Viro D Iohanni Hermanno, Phicae & Medicinae
peritissimo in urbe Vratislaviensi, amico, compatri, affini & fratri suo carissimo.

S D. Τέτλαθι οὖν κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. Recordare quae inde usque ab initio horum motuum sustinuerimus, & retexens tecum, sicut ego in meo cursu facio, admiranda testimonia misericordiae, veritatis & praesentiae Dej in nobis, perfer & vince quaecunque tibj Dominus imposuerit, qui in te ut in omnibus sanctis suis mirabilis & potens est & erit. Multa cogitavi legens epistolam tuam de communj utriusque nostrum fortuna. Oderunt & persequuntur nos Apostatae a veritate, crudeles hypocritae: Aequiores erunt nobis aperti hostes Pontificij. quod me Christum in me, te que a potentiore Domino Episcopo

&

& principe experiri intelligo: cuius ad me νόμισμα, in testimonium illius
erga te clementiae quod misisti, gratiam tibi quantam debeo & possum habeo.
Probo consilia tua meis congruentia. Neque ego reditum ad locum pristinum
tali rerum statu expeto. Quae foret enim mihi κοινωνία cum Belial?
Duriorem multo conversans talibus, vel potius oppressus ab eis sustinere
conditionem, quam in tam diuturno fortuli carcere. Asperius ipsa morte
mihi futurum esset, si cogerer audire, & silentio dissimulare blasphemias
Filij Dei, contumelias innocentium ac bene meritorum, Sinonias artes in con-
silijs, & ululatus furiarum in dogmatibus impijs. Quare & exilium
ipsum, & onera exilij feramus uterque patienter; quae non inter se confe-
ro: Veritum enim supra vires suo onerarj. Meliora speravi
de Reipubl. vestra: sed vinci video veritatem potentia. Plus video
valere metum praesentium & obviorum periculorum quam fiduciam & spem
praesentiae Dei, & non obviae oculis, & non dubij auxilij. Πολλοὶ ἐκ
τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρι-
σαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· ἠγά-
πησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον, ἤπερ τὴν δόξαν
τοῦ Θεοῦ. Nos in praesenti sorte nostra quantumuis afflicta
& odijs, adversationibus ac persecutionibus obnoxia, cum illustribus
testimonijs praesentiae & auxilij divini, tum promissionibus certissimis
praemiorum aeternorum nos consolemur. Τὸ γὰρ παραυτίκα

ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβο-
λὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται. Speremus etiam libera-
tionem adhuc in hac vita & gloriosam, in laudem, nomen & gloriam Dej.
Si apud Ethnicum poëtam Agamemnon conquerens de perjurio Troiano-
rum, moram & dilationem ultionis divinae certa vindictae & justitiae spe
consolari & lenire potest, cum inquit: εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμ-
πιος οὐκ ἐτέλεσσεν, ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,
σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν: Nos non idem
multo magis faciemus? qui & mandata & promissa Christi & im-
moti verbi habemus. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου. Ex-
pecta Dominum, Viriliter age, confortetur cor tuum, & Expecta Dominum.
Item, Visus procul apparebit in finem & non mentietur. Si moram fe-
cerit, Expecta illum: quia veniens veniet & non tardabit. Et de ul-
trice justitia Paulus: οἴδαμεν ὅτι τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ κατ' ἀλήθει-
αν ἐπὶ τοὺς τοιαῦτα πράσσοντας. Feramus ergo quiete jugum suum.
Ego quamprimum liberatus omni nexu meo fuero, vel ad vos excurram,
vel ad me te in patriam invitabo: ibi deliberabimus & concludemus
inter nos de rebus nostris cum invocatione Dej, qui aderit nobis & diri-
get ac fortunabit consilia nostra. Bene & feliciter vale. Salutem opto
omnibus amicis reverenter D. Capitaneo & filio Nicolao. Domi-
nis Scillingis: Reliquis etiam qui de me interrogaverint.

Narravit Illustrissima princeps filia Domina Brigensis Illustrissimo principi meo mirabile exemplum in urbe Brigensi, de Virgine quadam quae in multos annos vivat, imis partibus mortua prorsus, superioribus vivax, & multa experiatur etiam, seu visionibus seu spectris oblata, quibus confirmetur in fide vera & sincera. De ea narravit Te posse nos docere certius, qui aliquoties adieris & consideraveris eam. Vehementer itaque te, Illustrissimi mei principis & meo nomine oro, ut quantum tibi exploratum est, id ad me accurate perscribas. Inquiram utrum quid subsit magicum? Scimus enim Dei permissu Diabolum etiam talibus ostentis mirifice ludere solere. Nihil pronunciare volui, nisi re penitus ex te comperta, qui cum judicio nos erudire de omnibus poteris. Bene vale iterum.

Casp. Peucerus D.

EIDEM.

S. D. Tantum obsignaram literas priores, cum afferrentur abs te novae aliae, quae repetebant petitionem consilij mei in eodem quo antea negocio, sed cum additione, Utrum censeam improbandas esse ἐυλευτικαὶ καὶ ουζατικαὶ ab Illustrissimo meo principe, quae huis coniungerentur? Ego rem cum amicis nostris communibus deliberavi, qui idem quod Ego censebant, non opus esse talibus, eo quod res ipsa tanti momenti non sit, sed interlectionum operositate videatur ponderosior reddi. Deinde, quod praecipuum apud me est, si interveniant ἐπιζεύξεις principum, ij

869

quibus negocium commendatur, & qui sibi beneficium & gratiam illius con-
fecti cum laude deberi existimant ac sibi tribui volunt, idem segnius dat
frigidius agunt, quando laudis & gratiae socios principes habent, in quos trans-
ferri fere solet, si quid gestum est, efficaciusq. dom. Hac propter, & alias
etiam causas maneo adhuc in hac sententia ut duobus Doctoribus per li-
teras negocium totum committas ac commendes cum supplici libello πρὸς
αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐπιτασσομένην. Non dubito te, Dei auxilio, ductu
ac procuratione impetraturum omnia q petis felicissime & facillime:
quod & de meipso spero constanter, expectans liberationem meam a Domino
meo Iesu Christo. Utrique ut quod agimus conamurque sola certaque
fiducia divinae opis & gubernationis, ut Deus qui a se pendentes sincere-
ris animis & spebus nunquam destituit, ex voto & sententia nostra, cum
salute nostra praesente & aeterna, & cum gaudio & laetitia omnium nos-
trum feliciter citoque perficiat, & coniungat nos etiam corporibus ad dul-
cia laeta & mutua colloquia, deliberationesque de nostris & communi-
bus rebus. Denique ut & animum hunc vereantem ?? Ecclesia sua sanc-
tae, piis omnibus regnis hostilibus Ecclesiae suae, Vobis ipsis & omnibus
nostris, ubicunque illi nunc sunt dispersi, faustum, felicem, tranquillum, bea-
tum & salutarem esse in rebus omnibus necessariis & salutaribus vitae
praesentis & aeternae toto precor pectore. Uter nostrum prior cer-
serit

serit, conveniat alterum: quod mihi ad vos accessuro, hoc futurum
esse difficilius, quia de urbe vestra idem sentio quod tu. οὐκ ἐδίκαι-
ως, οὐκ ὀρθῶς βαδίζουσι ὑμέτεροι. Quid faciam ergo apud vos? Si
me hostes veritatis animadvertent manifeste: amici veteres metuerent, &
clam fugerent: communes hostes Pontificij congressus nostros ut suspectos
de conspiratione aliqua occulta calumniarentur. Offeret Deus occasio-
nes quibus conveniamus. Coniugi tuae cum anno novo, laeto & salu-
tarj, robur & vires animi & corporis ac μακροβιότητα opto precorque.
Filium tuum [illegible], novum ex baptismo πνευματικόν ad me accer-
sere, nisi obstaret frigoris asperitas. literas ad ipsum mittam occasione
prima, & meas addam, ut se mihi intelligat curae esse. Ego nunc iam
senescens, deficiensque paulatim viribus ingenij & corporis nihil aliud me-
ditor quam ἀναλῦσαι καὶ εἶναι σὺν Χριστῷ. Taedet me huius vitae.
Conspicere enim spectacula eorum quae mihi aspicere & ferre dissimulan-
do gravius est quam mortem ipsam. Sed confido me impetrata liberatione
divinae & omnipotentis dexterae praesidio vindicaturum esse verita-
tem & gloriam Dej, & innocentiam meam a mendacibus, scelera-
tis & crudelibus hypocritis mataeologis hostibus filij Dej. Id meum
ut serio & ardenter omnes amici veritatis & mei precationibus obnixe
oro. Salutem opto ut in prioribus literis omnibus amicis. Datae Dessav.
26 Novemb. postridie, cum pridie alteras scripseram 86.

Tuus Caspar P.

EIDEM.

S. D. Veni in patriam meam, adductus eo a filio D. Caspare, per quem adventum huc meum significavi tibi curavique, rogans ad me ut accederes. Etsi autem dubitabam, an esses in itinere ad me: volui tamen praemittere tabellarium istum, quaerentem, Numquid ad te vellem? Valde autem op-tarim te huc excurrere cum D. Moravino multis & magnis de caussis ad utrumque nostrum pertinentibus. Coram, ubi advenieris de omnibus rebus cog-nosces, ut de tuis meo exemplo in spem certissimam erectus confirmaveris. Iter longum est, & cur ego ad vos progredi nec debeam nec possim, caussas exponam quibus acquiescetis. Mea tamen solius caussa non velim quem-quam vestrum suo quid cum incommodo facere. Si convenerimus, coram de omnibus agemus: quae comprehendi epistola non possunt: & huic committi non de-bent, etsi privata sunt. Bene & feliciter vale. Nuper ad me missas tuas cum Viri mag[ci]: & nobilis D. Nicolai Redigeri accepi ante iter. Credo red-ditas esse & meas tibi quibus significavi fuisse meum filium, tuum quoque meum θεοτι μιχθέντα τῇ ἐκκλησίᾳ ex baptismo. Salutem omnibus opto: si istic adhuc es: Ego fortassis per quatuordecim dies adhuc hic sum commoraturus. Data. Budissinae. 3 April. Filij mei te salutant.

C. Peucerus D. Pater.

EIDEM.

S. D. Etsi valde expeto colloquium tuum: tamen facile tuis excu-sationibus acquiesco. Missione literarum supplicum ad aulam consulo

ut

ut differas. Commendavi causam tuam accurate Illustri meo principi Christiano, qui se tua causa promisit facturum omnia, sicut & in mea praestitit feliciter. fortasse conveniemus in mea patria: ubi IX Junij, novi Calendarij desponsam mihi viduam Consilis quondam Bergmannij, tibi, ut pollo, non ignotam matrimonio iungam, modica et una cena. Coniugij huius quas habuerim causas cognosces ex me coram. Tu si potes res tuas ita compone & institue ut sub illud tempus sis in patria mecum & precibus tuis coniugium meum Deo commendes. Amici mei veteris Joachimi a Berga orbitatem, filia unica amissa, quam & ante cognovi ex nostri Monaij literis, vero gemitu & luctu deploro. Quantum bono viro jacturam hoc dolorem attulerit ex meis diuturnis moeroribus aestimo. Deus ipsum consoletur. D Capitaneo ut Deus augeat & confirmet vires & robur animi & corporis toto precor pectore. Amisso illo magnam Respublica vestra esse facturam iacturam hoc difficili & perturbato rerum statu. Salutem opto filio D Nicolao, Schillingo, Monaïno, Coniugi tuae, genero meo & sponso: omniaque bene feliciterque vobis evenire opto, cum accessione rerum omnium necessariarum & salutarium vitae, & huius et aeternae. Bene & feliciter vale 19 April. veteri stylo Dessa

Caspar Peucerus D.

Doctrina, ingenio & virtute ornatissimo
Adamo Curaeo, Joachimi filio: amico
carissimo.

S. D. Et patrem tuum propter excellentiam, acumen ac celeritatem ingenij, iudicijque rectitudinem à primis annis semper feci maximi: & in te propagatas naturæ, ingenij ac virtutis paternæ dotes diligo, cum spe optima te in vestigijs paternis sic perseveraturum ac progressurum esse, ut cum eo, cuj in flore primæ juventæ immaturo obitu erepto longiorem vitam fata inviderunt certaturus sis utilibus & salutaribus operis & laboribus, diuturniore vero cursu eum sis etiam superaturus. Quorum utrumque ut tibi concedat, teque cumulatum donis divinis tali loco collocet, in quo uberrimo cum fructu publico servias ac possis Ecclesiæ ac reip. Deum patrem nostri Servi Servatoris(?), autor & gubernator omnium felicium ac salutarium studiorum, consiliorum, actionum & eventuum, toto ardenter precor pectore.

Gratissima mihi fuit epistola tua, & quamquam ubi locorum versareris intelligere ex illa non potui: locus enim expressus nominatim non erat: respondere tamen volui, ut te à me diligi, & memoria paternæ amicitiæ, & propter tuas dotes cognosceres. Gratum mihi facies si ad me ubicunque fueris, frequenter scripseris. Clarissimum virum D. Doctorem Wesenbecium amicissimus, cuj ad sepulturam audio praesentatum esse funebri concione vitæ ac fidei ipsius contraria. Bene & feliciter vale. Cal. Julij 1586.

Caspar Peucerus D.

Al Clarissimo dño & virtute viro D. Mattheo Dressero Philosophiæ & Med. Doctori, P. in Acad. Lips. amico S. obs.

S D. Et debeo & habeo gratiam omnibus qui condoluerunt ante afflic-
tissimae sorti meae: nunc vero de liberatione mea mecum laetantur, de-
claraturus eam etiam si dabitur facultas, quacunque occasione potero. Caetera
Deo commendo. Joanni Cratoni, qui me q3q3 sexennio tantum minore
aetate, ut filium unice dilexit, & quibus potuit officijs & studijs semper
adiuvit, plurimum debeo, quae si vita mihi suppeditavit, epicedio brevi
pijs ipsius manibus persoluam. Dignum iudico virum encomio fu-
nebri insigni, quo posteritati celebretur. Id vero a te perscribi ipsius ro-
gatu, eo magis gaudeo quod non dubito ex sermonibus eius te etiam
cognouisse, a quo parte maxime commentarij & quae de se commemorari
voluerit. Ea vero cum ignorem qualia sint: quid vel tu desideres vel
ego subjicere possim ab ipso praetermissum nescio. Multa de viri eximij
prima aetate & religione eius cursu usque ad meas calamitates, de interna
& familiari eius consuetudine cum viris summis, cum Reverendo
Dno Doctore Luthero, cuius fuit ὁμοτράπεζος, cum D Philippo, & Dn
Camerario. Non pauca etiam ex grauissimis & sapientissimis Impe-
ratorum summorum de ipso editis sermonibus Ferdinandi & Maximiliani
referre possem: Sed pleraque horum vel praecipua saltem explorata tibi dic-
dum & peruestigata esse scio: Quare ut quod bene preg. inchoatum tibi
est, pertexere perges, te: Deum vero ut tuas operas adiuvet & dirigat
& libro felicem perennemque genium tribuat oro. Bodini de republ.
libros & sententiam de Monarchia quarta non legi: Nec mihi
Satisq

hactenus de eo significatum est utrinque a quoque. Egressus e carcere novum
orbem reperi: Nova omnia; Inquiram autem de illo libro, et ubi pervesti-
gare tam mihi donabitur, exponere tibi non gravabor. Bene et feliciter
Vale. 16 Augusti 1586. C. Peucerus

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir, amice colende: Cum ita fieri velint amici
tui et mei ut te onerem, dabis veniam mihi mittenti ad te literas
quas perferri cures Vratislaviam ad Monaviam, ad Reinerum Helm-
stadium. Id fieri enim vult utrque, alioquin tantum oneris imponere
tibi non fuissem ausus. De caeteris de quibus iudicium requisi-
visti meum ac sententiam nondum respondeo, quod multum graviterque
mihi occupato nondum fuit concessum illa cognoscere quae a Bodino
de quarta Monarchia disputata esse scribis. Inspexi obiter in illo
volumine quaedam quae virum esse autorem arguunt plurimae lectionis
multique iudicii ac minime contemnendi, etsi in particularibus notari
quaedam possent ἀσύμφωνα. de toto vero, nisi toto opere evoluto, et
de ipsis capitibus, nisi examinatis perpensisque accurate singulis
pronunciare parum fore decorum. Hoc mihi iudicium adhuc sumo
qui a libris tamdiu absum, et fractus sum multis carceribus. Su-
um tamen cuique iudicium liberum est. Bene et feliciter
Vale. Dessa 6 Octob. 1586.

Casp. Peucer D.

EIDEM

S. Item gratissimam praestitisti mihi, missa oratione tua de Doctore Cracone, cuius si vixero, parentabo & Ego, occasione quae mihi prima oblata fuerit. Orationes quarum meministi de Maximiliano Imperatore nondum vidi: sed praeclaras esse non dubito argumentis & stylo, quo, ad exemplum prisco latinitatis collatae cum eloquentissimis nostri saeculi. Dignissima laude fuit in eo Constantia, quam praestitit in Confessione Veritatis religiosa ad utrumque Imperatorem, patrem & filium. Hanc propter eum Deus & servavit, erexit & protexit, cum sustineret odia atque adversationes gravissimas. Proponi potest exemplum illustre futuro seculo hac in parte, quale fuerunt olim in aula Assyria Daniel & socii eius. Respondeo Reinero. Cuius epistolam ut ad illum mittas te oro. Mihi tuae occasiones desunt: alioqui te oneratiorem non essem. Bene & feliciter vale. 21 Decemb. 56. Casp. Peucerus.

EIDEM

S. D. Siquidem ita vis ut te onerem, dabis veniam mihi audacter voluntati tuae morem gerenti. Mitto epistolam qua respondeo D. Mori. quae curari per me voluit, illa exequuntur fideliter & diligenter. Me vehementer perturbavit interitus Regis Poloniae. Talem enim fore metuo regno ipsi & vicinis terris. Phagedaena cruris laboravit cum intelligo gangraenosa, quae nonnulli contumpsit & extinctum esse suspicantur. Ultimo Cole & salutarem gubernatorem fuisse

fructu coniicio. Ex ijs quae referre de ipso multorum sermonibus a mea li-
beratione comperi. Repetiit fortiter & constanter licentiam nimiam gen-
tis, quae sublato illo redibit ad ingenium & ad principia. Sustulit his
annis fere principes bonos omnes, quorum fuit aliqua Autoritas. Su-
persunt pauci. Si oracula fatalia scripturae consideramus quid omina-
ri aut praesagire possumus animis, nisi quod triste est & perniciosum?
Nulli pene restant, in quos saevire annus sequens possit. Si cunctos nu-
meres, vix duos reperies. Deum oro ut misereatur Ecclesiae suae, &
avertat a nobis atrocissima bella, tristissimas persecutiones, horrendas
lacerationes & vastationes regnorum & gentium, quales annis proximis
nos spectavimus, vicini pertulerunt. Cum quid ad me miseris, id
libenter legam. Mihi quod remittam nihil est ad manus.
Bene & feliciter vale. 21 Decemb. Caspar Peucer

EIDEM

S. D. Probo consilium & tuum & haeredum D. Wecheli de recuden-
dis epistolis Medicinalibus Doctorum quos recenses. Iudico futurum
opus dignum posteritate. Ego quid conferre possum qui annos totos
tredecim absum a libris meis? Non improbo et editionem Roma-
narum historiarum de monarchia quarta: sed ingens illud opus futu-
rum est, & multis voluminibus distinctum: eritq. necesse quem a
Latinis

latinis separarij: Tuum enim stilo conversiones latinas edocentium. legi Bodini et tuum de quatuor Monarchijs. Bodini quomodo probare possim non reperio. Fuit mecum his diebus vir doctissimus Gallus Iacobus Bongarsius, legatus ad principes missus a D. Segurio. Is ad te mittet libros et literas mihi inscriptas: in ijs ad me transmittendis tuam fidem et operam tuam utriq. praestes valde te oro. Bene et fel. vale. 22 feb. 1587

Caspar Peucerus.

II. Ad Theodorum Bezam

S. D. Literas tuas ad D. Monavium missas, quanquam longo circuitu, ipso tamen pro sua fide ac diligentia recte procurante, sat mature accepi. Sed de Mompelgardensibus abs te opposita doctrinae Suevicae, quorum facis mentionem non accepi, excusante id Monavio, quod nondum ad se allata essent: Nondum itaque tua mihi legere concessum fuit hactenus. Suevica percurri obiter, sed cum gemitu. Magis gemuissem, si quid aliud aut melius expectassem. Talia enim praesagij ac praedixi amicis cum dolore et gemitu, mox ubi fama nobis de congressu vestro innotuisset. Verius de illo utrique parte tu potes quod dixit de suo Antagonista Aeschines falso: συμπέπλεγμαι ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν πολιτείᾳ, οὕτως ἐγὼ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καθ' ὑπερβολὴν ἀνθρώπῳ γόητι καὶ πονηρῷ, ὃς οὐδ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι. Nec Tuici dissimiles sunt parastatae οἱ μὲν ἀναβαίνουσι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τόλμαν, καὶ κραυγὴν

καὶ

καὶ ψευδεῖς αἰτίας, καὶ συκοφαντίας, καὶ ἀναισχυντίας, καὶ πάντα τοι„
αῦτα συνεσκευασμένοι, ὡς οὐκ ἂν εὕροι τις ἐναντιώτερα τῶν βουλευ

σῶν, ut de suis adversarijs Demosthenes. Talibus regnantibus in Ecclesijs
nostris & saevientibus in orthodoxos ingenio & more crudelium hypocri„
tarum, quid potes tibi de aliqua concordia polliceri? Apud intelligen„
tes, & mediocriter in veriore doctrina exercitatos sua inscitia semetipsa
refutant, & sunt marginalia plurima plena mendaciorum & blasphe„
miarum, quae non attingam: tua exspectans. Ceteris qui oderunt
veritatem, et furenter ac pertinaciter adversantur, frustra repetuntur
toties & tam diu inculcata. De tuis meum quod iudicium ex„
petis coram aut per literas, id facis amore mei: Ego vero mihi hoc
nullo iure sumo. Confessione mea libenter testabor, quid me docuerit
carcer, ut Schola non tantum poenarum, sed & profectuum meorum in
doctrina coelesti: Spiritu sancto rectore meo ac doctore. Deum enim
in Chimaeram traditam in hoc mihi, ut esset mihi magistra verita„
tis: deprehendi eam corrumpere omnes prope articulos fidei: evertis
à fundamento duobus gradibus praesentiae Dei, tertio & quarto, sicut
à Philippo distribuuntur. De quarto, id est de unione hyposta„
tica duarum naturarum in persona filij Dei satis à vobis disputatum
est, & quae sit in eo veritas demonstratum: quam contra Articulos
vestri

Vestri irrito conatu repetunt suam κρεαστσιν, cum aliquo tamen fuero-
re semper, id est, cum novis & portentosioribus quam ante deliriis, caecu-
tientes iusto iudicio Dei in luce manifesta. Alterum, in ordine totium,
qui Ecclesiae Dei in hac vita per ministerium Verbi & sacramentorum proprius,
& unus idemque est in utrisque, ac recte mysticus & pactionalis vocatur,
quia pacti est & promissi, Hunc ergo plane non intelligunt. Cum certum
sit enim praesentiam hanc ordinatam esse ac perpetuam, claroque & expresso
Dei verbo institutam & traditam, non propter media sed propter hominem,
& in homine propter regenerationem ad vitam non hanc physicam anima-
lem sed novam, aeternam, spiritualem, in agnitione vera Dei, & in iusti-
tia & sanctitate vera, seu in actionibus novis, vivis, sanctis, spiritua-
libus & perpetuis, secundum praecepta Dei. Deinde: praesentiam esse
actionem & efficaciam voluntariam, ac liberrimam totius trinitatis
secundum personarum discrimina & patefactiones quas in actione
id est, in ipso usu ordinato & legitimo mediorum exerit & exprimit
sese liberrime, in quos vult, & quando vult mensura gratiae ac do-
norum, & non extra actionem in otiosos. Tertio: Deum agere per
media non mutata naturis aut viribus suis ut finxerunt Lovanienses,
sed a physico & profano usu translatis ad usum spiritualem, ad
quem dono gratiae instituta sunt, Et agere in hominem non ut
in creaturam irrationalem & brutam, aut effectu quodam bruto & physico

nec

nec coactione Stoica, nec raptu enthusiastico violento, nec magico pontifi-
cio, Nec destructione aut mutatione physica temperamentorum, Virium
& organorum corporis, aut, ut fingunt nostri hyperphysica, Sed ut in
Creaturam rationalem, luce & virtute viua spiritus sancti cogitantem con-
siderantem & intelligentem quo docentur, observantur & exhibentur, renouan-
do & instaurando vires in homine singulas eo ordine quo conditae sunt
& virtute congrua singulis, ad spiritualia, praecipue hominem interiorem,
spiritu mentis, cum viribus interioris, & actionibus spiritualibus, ut clare Pau-
lus docet. Denique cum certum sit regenerationem & conversionem ho-
minis, ipsissimam fiat de contrario in contrarium: a prava vitiosa natura
ac corrupta ad novam & sanctam spiritualem: non fieri tamen mutati-
one seu conversione physica, bruta, otiosa, nec extirpari peccati radice
actu physico, sed reatum tolli remissione peccatorum & reconciliatione
cum Deo, & inde usque a prima regeneratione per baptismum in cre-
dentibus exteriorem hominem semper corrumpi, donec corpus peccati morte
consumitur. Interiorem semper renovari, donec spiritus liberatus a cor-
pore vivit propter iustitiam, non aliter quam novis actionibus virtute no-
va spiritus sancti, cientis sed absque coactione, in conatu serio & lucta
perpetua cum pravitate innata, cum diabolo & mundo. In mente
cum ignoratione Dei, tenebris, erroribus, falsis opinionibus, dubitatio-
nibus.

ribus. In voluntate & ceteris viribus cum diffidentia & contumacia spiritui
repugnante ac regnet, ut Paulus & Psalmus loquuntur, cum non cessat
se commovere. Hac ergo cum ex tota scriptura sint evidentissima,
cumque certissimum & hoc sit, baptismum lavacrum esse regenerationis nec
iterandum esse, quia satis sit sicut semel nasci ad animalem, sic renasci
semel ad spiritualem vitam: Ministerium verbi vero esse alimoniam &
medicinam animae. Alimoniam, doctrina aetati cuique conveniente ad pro
fectus assiduos in nova vita spirituali: Medicinam, per conversionem
& poenitentiam post lapsus in hac naturae morbida fragilitate in qua
peccati radix nunquam est obtusa, nunquam quiescit. Denique coenam sacram
robustiorem esse alimoniam animae ad profectus uberiores saepe iteran-
dam adultis: Chimaeram tamen non verentur fingere conversionem
venerea ex physica, bruta, pontificia infusa, Stoica & enthusiastica
confusam, quae fiat non quidem sine sensu, sine omni tamen motu,
sine conatu, sine actione & lucta omni, homine habente se pure
passive ut subiectum convertibile & patiens, & nihil prorsus agens,
sed mutetur tantum ab infusa qualitate nova, donec satis virium
ad agendum acquirat, perinde ut ranae verno tempore solis tepore
vivificantur, non sine sensu caloris de quo vitam recipiunt, sed
sine motu, donec eousque incaluerint, ut coaxare incipiant. Nec
considerant autores & fabri, Deum promissa dona gratis offerre

&

et exhibere per verbum & sacramenta, liberrima virtute & efficacia spiritus, Et hominem convertendum, ac conversum inde usque à principio regenerationis semper conflictari cum duobus principijs contrariarum actionum; uno insito naturæ vitiosæ, altero adventitio, novo ex virtute spiritus cientis ac foventis. Sicut innatum illud semper incitatur, fovetur & armatur à diabolo & mundo. Et in hac lucta quæ difficillima est initio, dum pusilla adhuc & tenera sunt fidei & aliorum donorum initia, eos, qui virtute spiritus sancti reprimunt ac vincunt carnem, cadere & salvari: Qui negligentia effreti, aut contumacia excusso spiritu succumbunt suæ pravitati, diabolo & mundo, interire. Nec considerant etiam, quantum intersit inter hæc duo, totum opus regenerationis donum esse gratuitum gratiæ ac misericordiæ Dei patris per & propter filium in virtute spiritus. & hominem habere se pure passive, aut conversi ut subiectum patiens, & gratiam effundi in hominem ut in urceolos vanos, quâ insistiremus. Neutiquam convertitur homo otiosus mutatione sui otiosa: Alienissima sunt hæc figmenta à scriptura: Sed luctatur secum & cum spiritu, acerrimos conatus & congressus, in alijs magis in alijs minus. Et vita hominis pij quid est inde usque à baptismo, seu pœnitentia & conversione perpetua, semper orantibus nobis, Remitte nobis debita nostra. Sed

dolores

dolores in pœnitentia ac terrores ex sensu iræ divinæ exacerbantur
gradibus & magnitudine delictorum. Imo nec inter iustificationem
& ἀνακαίνωσιν discernunt. Nec considerant, quomodo fides accen-
datur, & eadem cum sit initium renovationis, in mente, notitia illustri:
in voluntate, fiducia acquiescens corde in Deo: quomodo sit tamen iusti-
tia nostra? Fiunt hæc simul, sed differunt situ & respectu. Fides
est iustitia nostra, non quia initium est novitatis, sed quia appre-
hendit misericordiam promissam per & propter filium, qua primum
reconciliamur Deo patri, & donamur remissione peccatorum, luce,
iustitia, & vita nova, atque æterna, & Spiritu sancto sit opifice, per
fidem novitatis reliquum, sed in continua lucta, certaminibus & exercitiis
perpetuis, quibus dona spiritus confirmantur & crescunt. Otiosum
hic nihil est, & iudico impietatem esse contumeliosam in Deum, fin-
gere quod velit Deus nos converti nihil agentes, contra tantum tam
illustrem scripturæ consensum præcipientem & exigentem studium &
conatum: vitam novam non tantum θεωρητικήν sed πρακτικήν.
Id vero cum virium nostrarum non sit, ideo datur nobis divina vir-
tus spiritus sancti accitus ciens, movens, regens, sed atque coactio-
ne. Quod ergo bene fit & recte, a spiritu est omne. Quod male, a
nobis, & ab impulsibus Diaboli ac mundi. Multo certius hoc est,
quod in sacra cœna nova & peculiari ratione, a reliquo ministe-
rio

no diversa, cum pontificijs per novam, miraculosam & commentiti-
am praesentiam carnis & sanguinis Christi in symbolis fabulentur
contactu, mansu, actu, effectu, mutatione & qualitate physico, ut cum Pon-
tificijs Luth:, hyperphysico, ut recentes dogmatistae contra Luth: ipsius
titulo & nomine pestilentius audacter, à corpore Christi affici & mutari
corpora nostra, in credentibus ad vitam aeternam spiritualem, in incre-
dulis ad exitium aeternum. Nec considerant, Christum semper
in cordibus credentium habitare fide, Et: Sacram Coenam pignus esse
& sigillum praesentiae illius perpetuae, non alicuius momentaneae, qua-
lem ipsi somniant. Nec norunt tamen, nec definire ex Scriptura
possunt uno verbo, qualis sit? quando incipiat? quousque duret in
pane? quo contactu, mansu, actu, effectu? quando desinat? Cum
usus sacrae coenae frequens esse debeat: quo usu, fructu, & qua conso-
latione sumentium accipiatur? Imo ne hoc quidem considerant,
quod quantumcunque litigent de verbis institutionis, oporteat eos
tamen fateri, panem necessario corpus Christi esse aut substantia
aut relatione: neque est inter haec duo medium. Si substantia, id
est ut loquuntur ipsi, si verum, naturale, substantiale, essen-
tiale corpus Christi est, sive κατὰ μετουσίαν sive κατὰ συνουσίαν:
rursus necessario est aut unum itemque cum Christi corpore numero

aut item

aut idem specie. Si est numero unum idemque, vel si numparantur cum Sanctis ipsis, ubiquitatem non effugiet & veritatem corporis Christi abolebunt. Si specie idem est, id est, si, ut communiscentur Pontificij, magica vi verborum quam miraculosam falso vocant, fingentes mirum cultum contra ordinem perpetuum ministerij in sola Cœna: si ergo vi magica verborum creatur novum corpus; non erit illud corpus de quo Christus: quod pro nobis traditur: sed innumera fient corpora: tot scilicet, quot hostiæ consecrantur. Necessario ergo oportet, ut corpus intelligatur relative: quod panis sit corpus sacramentale, mysticum, in typo, antitypo, symbolo, signo, figura. Hæc studiose recte, & sine ulla sophistica in autoritas & confutationibus Chimnici desiderare & arguere: de quibus tamen ut tuum mihi iudicium significes, & moneas, si quid monendum reperies, rogo amanter oro. Sunt & alia, de quibus alio tempore. Prius enim ubi tua perlegero, de illis ad te scribam. Bene & feliciter vale.

9 Octob. Dessæ 1587.

Caspar Peucerus.

Ad dn. D. Iohannem Hermannum
Medicum prac. in urbe Vratisl.

S. D. Coniungens mea vota vobiscum, primum gratias ago gratias possum ardentissimas Deo patri misericordiarum, cum pro innumeris beneficijs proximis alijs, tum pro servatis ac restitutis D. Monavio, & coniuge tua,

quæ

quae profecto miraculo manifesto divinae misericordiae post tot partus,
& editos tam pulchros libros, quos cum admiratione & voluptate coram
spectavi: denique post superatas tot aegritudines superest & vivit: cui et
propter te & sobolem vitam conservet ac proroget paterne & benigne,
& ad testificandam sollicitudinem pro te tuisque suam adversus hostes veri-
tatis & gloriae filii sui qui te oderunt, auxilio & nutamento opto ac
precor. Non dubito vos odio flagrare communi & publico. Verum
enim cum Paulo ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν,
πάντων περίψημα. Sed rursus cum Paulo λογίζομαι ὅτι οὐκ
ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν
ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Hac spe & fiducia certa praesentis
auxilii, quod cernimus & experimur in nobis & nostris, feramus
quod nobis imponitur. πιστὸς γὰρ ὁ θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς
πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασ-
μῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν. Ubi
legeris meas de hoc argumento notationes, historicas verius quam διδακ-
τικάς, confirmaberis de veritate. adjiciam & alias περὶ προδιο-
ρισμοῦ, quas hoc die absolvi. Illas etiam tibi cum Menanio volo
esse communes, cum intellexerim utrumque priora communicata esse, &
te delectari studio veritatis. Ego etsi quae mea sit conditio & vo-
catio

catio novi: tamen scio requirentibus à me confessionem meam, occultare illam
aut denegare non debere. Et memini praecepti Christi; Tu conversus confirma
fratres tuos. Vos pro fide vestra illa eo loco habetis quo debetis, ne mihi
periculum creetur, id est, ne cum furiosis mataeologis committar, qui veri-
tatis lucem ferre non possunt nec volunt, ἐς τοὺς ἀδικισμοὺς traditi. Coe-
rinon vestrum scio intelligere veritatem: Ideo nolim cum σκαρίζειν.
χαλεπὸν γὰρ πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν. Scio aliquem virum bonum
esse: Ideo Deum oro ut confirmet ipsum, auctis viribus fidei & spiritus,
& tandem ad liberam confessionem extrudat. Soltanum alterum non novi.
Patrem novi, qui ut omnes ὀψιμαθεῖς nullam doctrinae partem recte
& integre ex fontibus didicerat, nec intelligebat. Magno tamen fla-
grabat zelo, qui οὐκ ἦν κατὰ γνῶσιν. filius patris exemplum imi-
tatur afflatus vera spiritus sancti, quam magis invexat λόγους
ἄνοια ἐκ φρενῶν ἔρρυε. Vobis mirum non sit vulgo gra-
tam esse istam Theologiam, quae est fomentum omnium scelerum &
ὑπέκκαυμα, & hypocritis pollicitis dulce ἐφόδιον ad interitum aeter-
num sub specie & spe vana vitae aeternae. D. Monachum venisse
in notitiam Illustrissimi D. Bregantis valde gaudeo. Certe princeps est
praestantior dotibus ingenii & corporis quam quis putet! Cartas bellas cum
aliis tum arcanas ex sermonibus occultis patris optimi beatae memoriae;
qui se mihi totum aperiebat & credebat, cum eam maximi faciam. In
primis

primis autem gaudeo veritatem innotescere principibus ipsius opera et
aliorum recte sentientium. frustra oppugnant veritatem alii. [illegible]
γὰρ τὸ ἀληθές. publica non libenter attingo, sed talia sunt, ut vide-
ar mihi prospicere ruinam Germaniae certam cum interitu τοῦ ἐξουσιά-
ματος αὐτοκρατορικοῦ, nisi Deus avertat, quod prae foribus est.
Ego in patriam expatiabor, Deo iuvante, vocantibus me negociis eo
quibusdam meae coniugis quae me consolaturum spero, ut sit ipsa
quoque libera a curis, quibus propter res suas implicatas et mariti prioris
excruciatur. Non respondet famae, quod a marito reliquum habet. Sed
ego Deo gratias ago, qui coniugem mihi dedit secundum vota et
preces meas. Bene et feliciter vale. Celeriter. 26 April. Cal. nost.
1588

Caspar.

De puero Augustano sanguinem sudante quod scribis res mira
est, sive magicum sit sive non. Apud nos in salinis Saxonicis
in tribus distinctis pistorum diversorum furnis panis massa immis-
sa ut coquantur, primum in cruorem versi sunt, vel potius cruorem
tota interna parte conceperunt, et excocti postea in atrum colorem abi-
erunt, crusta illorum externa, et ab alio pane non multum differente.
Significantur cruenta quocunque eventu. Salutem omnibus
opto quos salutare soleo: Salutes et D. Stifsterum, si occasio tulerit.

Nobilitate, doctrina, pietate, prudentia, virtute & dignitate
praestanti D. Nicolao Redinger, patritio Vratislaviensi,
amico reverenter colendo et carissimo.

S. D. Reperi tantum inter laceras confusasque pagellas carceris mei, epice-
dium compositum tunc à me Patri tuo beatissimae memoriae, cum ab uno ex
satellitibus mortuus ille mihi sed falso indicaretur. Nihil in eo mutare volui,
numeros tantum correxi alicubi. Monumentum enim ut esset specimen me-
moris animi & gratitudinis erga vos inter ipsas etiam sordes desperatae tunc
liberationis meae ex carcere in omnium oculis & animis: apud me autem
desperatae nunquam, qui indubitata habui a Deo testimonia & pignora apud
me tutae & mirandae conservationis, ac futurae gloriosae liberationis, quam
praedicaturus sum donec vixero in terris his & deinceps in omni aeternitate.
Si squalidum tibi videbitur, cogitabis de sordibus & squalore corporis & in-
genii mei in illa tam diuturna solitudine destituti omni opera humana.
Splendidiora sunt omnia & gratiora quae commendat fortunae prosperi-
tas: ἀλλ᾽ ὅμως λάμπει καὶ ἐν δυστυχίαις τὸ καλόν. Tibi toto
pectore precor, ut Deus ad summam vim ingenii & doctrinam excellen-
tem adjiciat cursum vitae felicem & salutarem tibi ipsi & Ecclesiae ac
Reip. quam gubernet ac dirigat ὁ φόβος τοῦ θεοῦ Ἰησοῦ σοφίας ἀρ-
χή. Ἐκ θεοῦ γὰρ ἀνὴρ σοφὸς ἀνθεῖ ἐν πραπίδεσσιν:
σὺν θεῷ δὲ φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

Caetera

Caetera tecum communicabit Moravinus noster, quae si probantur Vobis, laetabor: Sed & de publicis narrabit tibi quantum nobis cognitum fuit. Bene ac feliciter vale, meique tui perpetuo memorem, teque facientem plurimi, ut facis, redama. Data Dessae 7 Septemb. Vet. Ao 1588. Salutem opto D Matri, & tuae Coniugi, totique familiae.

Casparus Peucerus D.

Epicedium Viro Amplissimo, de Ecclesia Dei, de Rep. inclytae Urbis Vratislaviae, de liberalibus studijs & scholis, deque pauperibus praeclare merito D Nicolao Redigero, praefecto et gubernatori summo Ducatus & urbis Vratislaviensis: Scriptum in Carcere à Casparo Peucero, Philosophiae & Medicinae Doctore etc.

Magne Gubernator quondam urbis, & inclyte praeses,
Supremum gentis quae caput Elisiae est.
Quo fatum deflebo tuum! quo carmine vitam
insignem meritis tot celebrabo tuam?
Praefulsit cunctis virtus tua civibus: urbes
ante alias patriae fulget ut amplius honor.
Invida sed cursum crescentem Parca secundo,
fine nimis rapuit te propero ante diem.

Sollicita

Sollicita assiduo communi impensa saluti
Abrupit vitam cura labore gravem
Publica quae propter te Res desiderat orba
praesidio auxilij consilijq. tui.
Te moles rerum muros intra urbis & extra,
Diffusum late qua patet imperium,
Flagitat, implorat, magnis agitata periclis.
puppis ut Aeolijs per freta iacta notis.
Te studio promptum perplexa negotia, rectum
judicio, celerem viribus ingenij,
Moribus humanum, moderatum afflictibus, ~~atq~~ et ing.
Congressu blandum, perfacilem alloquio,
Arguum inter pares civis, iustiq. tenacem,
felicemq. operum dexteritate tua:
Ipsa Res igitur, Mores & tempora poscunt
Te talem, populi gratus amorq. tui.
Te luget: Te saepe gemens Ecclesia plangit,
Indiga consilij, subsidijq. memor.
Agmen te tenerum, Christo sacrumq. scholarum
Invictus quod Musas cum pietate colit.
Omnis in hoc commune velut te pauper asylum
atq tuas diro tempore quaerit opes.
Extinctum

Extinctum te tota Inopum deplorat Egestas
Urbe, memor sub te nemo quod esuriit.
Bibliotheca tuis monumentum nobile ceptis
sumptibus & donis nobilitata tuis.
Cumq. urbem cingunt vim propugnacula contra
Nomen nulla tuum secla abolere sinent.
Iuris iudicijq. forum te posuit & ipsa
Sede priore cupit cernere Iustitia.
Hac igitur cum fama, hoc cumq. fauore sepulto
Clara magis condam quo monumenta tibi?
Quam nota satis ante breui versu indice laudis
Si viridi aspergam germine cum tumulum?
Carmine perpetuum viuens quod vernet in aeuum
Utq. tuum nomen flos rediuiuus alat.
Cui me cum fratrem dilexisti: utq. patronus
texisti: cuius me cura fouere fuit.
Nota cano: perspecta cano. Maiora referre
Debebam, virtus quo tua maior erat.
Enervata sed hoc, labefactaq. cervice, plura
Mens cupiat quamuis pangere, plura negat.
Ante mihi memini, quom te predicere valem
presaga haud vano mentis ab augurio

Quando mihi sedis mutanda & muneris huius
Monstrato hospitio suasor & autor eras.
Omina cum minime tibi contemnenda referrem,
Cuius propter portendant certa pericla mihi.
Omina damnata non vana superstitionis
Sed certi quae res inditiumque ferant.
De Christo Coenaque sacra quod recta faterer,
Hostis Maozim Numinis atque Papae.
Dogmatis & tiXtu blasphemi autorique Sueuo
Semina Machmetis quod furiosa nouat.
Natura Christum penitus diuellit utraque,
Indeque compositum delet hypostaseon.
Rursus & humana penitus denudat eundem,
Verbumque spectrum more ut inane foret.
Sed mea me voluit Deus intra septa manentem
Mandato fungi munera: recta sequi,
Firmiter atque ipso confessa iuuante tueri. tenere
Decreta ac sorti fata subire meae.
Cuius miserans summo sic est moderatus amore
Depulit & dirae certa pericla necis.
Non modo non hosti me spectatorem obiecerit esram
Nec pulsi euectum carcere sustulerunt.
Omni

Omni servatum Naturae ope sat sine rerum,
Spes humani omnes praeter & auxilij:
Me Mundi cum prodigium tot vexerit annis,
Miraclum dextrae conspicuumq. suae.
In veri documenta tuij, coeliq. fauoris,
Afflictis & quam fert miseratus opem.
Assiduo multoq. sat est Christa labore
In bona quo patriae publica vita tibi.
Fine tuos interq. domi conclusa beato:
Viuat at aeterno nomine clara precor.
Splendeat in natis virtus, seroq. nepote
Cum patriaeq. tuum prosperitate decus.
Est animae sua parta salus, quae luce quiescat
In Gnati amplexu plena, sinuq. patris.

Caspar Peucerus D
Manu propria.

Clmo doctr. pietate & dignitate viro D Ioanni
Hermanno philos. & med. D physico praec. in inclyta
tu urbe Vratisl. s. estimo amico &
fratri carissimo.

S D. Toto semestri nihil abs te literarum accepi, imo ne salutem quidem. Adeo ne mei oblitus es? Sed idem fortasse obijcies mihi, & si me excusem peregrinationibus, subijcies, cur scriberem
ergo

ergo? Propterea cum ipse in culpa sim aliquo modo non expostulo te-
cum. Credo tamen te cum tuis recte valere, & bene te habere. fortasse
etiam frequentes itiones tuae ad medicandum Illustribus & Nobilibus
impediunt assiduitatem scriptionum. Ego sat bene adhuc valeo
sed senescere me tamen sentio deficientibus viribus corporis & in-
genij, quas intemperantia, siue excessu modico affligi magis ex-
perior quam antea. carere tamen omnino non possum, cum perpetuo a
peregrinis interpellor, qui mei videndj & salutandi causa huc veniunt.
Apud D Monanum, si voles, leges illa de quibus spem feci vobis.
Scis me Theologum non esse sed Christianum. Si quid ergo de-
sideraueris, id commode interpreteris. historice volui originem
idoli in pane & idolatriam in sacrificio missae veram complecti
& in origine ipsa ostendere commentum totum nihil esse nisj fa-
bulam pontificiam omni fundamento carentem, nec usum habere
alium quam quod idoli & idolatriae in pane consecrato & missa
nomen est. In vicino Electoratu Saxonico Chimaera jacet: ibi
repudiata & explosa primo, ubi primum nata est, ut futurum prae-
dixj quondam quod in carcere lusj carmine. Reuocatum & re-
stitutum edito publico Corpus doctrinae. Si reuersj ad Deum toto
corde fuerimus, & non, ut propheta ait, in mendacio: reuertetur
ad nos ipse quoque, & manebit nobiscum. Si non: hypocrisis iram
Dej

Dei exasperabimus, & aggravabimus poenas. Bene & feliciter vale.

7 Septemb. Vet. Anno 1588. Casp. Contarus D.

Clariss. ingenio, doctrina, virtute & dignitate viro Dn.
D Joanni Caselio, professori publico in Academia
Rostochiensi: amico s. veteri & reverenter colendo.

S D. Utinam, mi carissime Caseli, accedat hac aetate utriusque ad veteris amicitiae nulla temporum iniuria interruptum vinculum arctius aliud ἀποστολωνίας, consiliorum & sententiarum liberiori ac tutiori communicatione accomodatius alijs omnibus: Sed optare quod id mihi liceat video: an sperare etiam, dubito! Tuum σκέμμα intelligo. De loco conjector. Unum moneo, ^cancas ne a ripa turbulenti & undosi fluminis quidem aridiore & minus frequente migres in alteram opimiorem quidem & frequentiorem, sed iniurijs nimborum & procellarum magis obnoxiam. Difficilis est deliberatio: difficilis electio, grando fatali turbine commota fluctuant omnia, ut seculo nostro. Tali rerum statu ἡ δὲ ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον ἀνελέσθαι, ἢ τι κληρούμενος ὅ τι λάχοι τοῦτο πο πράττοι. Oremus ergo Deum ut ἀρχηγὸς καὶ συμβουλευτὴς noster ipse sit. Nihil aliud opto & precor quam tali loco ut tibi concedatur reliquum vitae tempus, ubi & publice plus prosis

sis multis, et privatim tuis rebus consulas rectius. De illo vero quomodo de cernemus, ἐν μὲν ὁ θεὸς ἐπιθήσειε. Malim te nobis propiorem esse, in al tera utra vicinarum Academiarum nobis: quod & illas turbulentas fore metuo. ἀλλὰ τὰ μὲν, ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Tuum in D. Hi sanum carmen luctum mihi commovit & gaudium. Luctum, quod tantum praesidium rebus communibus praereptum est immatura morte ante tempus. Gaudium, propter memoriam periculorum, e quibus liberatum illum divino auxilio manifesto memini. Si quid otij suppetit tibi, rogo unum atque alterum distichon in mei filij D Caspari obitum facias, quem avus unice diligebat. Ego sperabam baculum & solatium futurum meae senectae. Mitto περὶ Jo cundi ab Heidelb. edita. Bene & feliciter vale. Salutem opto D Haslarj. XV Januarij 1588. Caspar Peuc.

EIDEM.

S D. Sapienter facis, meo iudicio, quod manes in statione nota, στέργων τὰ παρόντα. Nosti & illud ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς etc. Et apud Pindarum in laude est φρονεῖν τὸ παρακείμενον. Sed praeclarius est quod Paulus τὴν εὐσέβειαν μετ' αὐταρκείας μέγαν εἶναι διδάσκει πορισμὸν praedicat: & damnat τοὺς νομίζοντας πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ceterum quid istic tibi accesserit, quantulumcumque id fuerit, nihil dubites ad tuos certo cum studij & sancte tuo θείας εὐλογίας permansurum esse. Cetera in literis tuis me perturbarunt, quod quae de

de Danorum regis obitu ante cognoveram. quo cum existimo perijsse nobis quicquid praesidij, quicquid auxilij ab ea parte, addo et quod vigilantiae & salutarium consiliorum. Quantum ille enim pro rebus communibus laborauit, mihi non est ignotum. Alterius fatum tristissimum deploro vehementer. fuit ille mihi ex domestica consuetudine notus optime: fuit et carus Socero propter modestiam & diligentiam. Mirabilia sunt & arcana dej iudicia. Nos exemplo moti oremus ardentius, Ne inducas nos in tentationem. Elegiam in Grisium editam legi libenter, etsi vehementer scripta est. Sed atrociora edita & ab illo reproborum genere testa esse ita tamen ut vel nulla concepta vel dissimulata offensa tantum riserint. promissum quandocunque praestiteris gratum mihi erit. Ad tenesio an nuper miserim Epicedia ab alijs scripta: Quod dubitarem ergo, mitto iterum & Nathani vnum, cui quam gratiam debeo, persoluam cumulate; occasione enim expecto. Bene & feliciter vale. Nathani suum reddas cum multa ex me salute. post. Cal. Maij

Casp. Peucerus.

Ad Virum Nobilissimum. Dn. Otthonem à Grunrade &c.

S.D. Si meministi, Ottho charissime, comitem te habui primi exilij mei, & socium doloris ac precum mearum, diuinarum consolationum organon, cum eiectus statione mea, noctu vagarer in tenebris: hoc

propter.

hoc propter confido, te quem Deus in agnita & confessa veritate confirmavit, nunc quoque futurum esse socium gaudij mei & gratiarum actionis ac celebrationis misericordiae, praesentiae, opis, & beneficiorum quibus me Deus ornavit & cumulavit. Quare te vehementer oro, ut mecum gratias agas Deo quas potes ardentissimas, quod me miraculo manifesto conservavit, praeter et contra omnes secundas causas, praeter & contra spes & expectationes omnium hominum, in quorum animis scio me dudum fuisse desperatum, & sine omnibus medijs & auxilijs externis & humanis: Nunc vero non minore miraculo e decennali carcere liberatum insperata intercessione Illustrissimi principis & domini mei clementissimi Anhaltini eduxit. Meoque roges nomine pios omnes & mei amantes, quorum apud vos plurimos esse scio, ut & ipsi mecum vera seriaque gratiarumactione hanc Dei immensam misericordiam celebrent: Illustrissimo principi & Domino, Domino Johanni Casimiro, Electori Palatino &c. & tuo principi me subiectissime commendes; Salutes & omnes eos qui me diligunt. Bene & feliciter vale. 3 Martij. Dessaviae Anno 1586.

Casp. Peucerus.

Fragmentum ad eundem.

S. D. Ex ijs, quae adferet ad te Nepos ex D. Schallero meus & filia Martha cognosces, quanto cum gaudio: sed occursu primo cum lacrymis mixto, ut fit mutatis subito rebus desperatis: Quanto ergo cum

gaudio

gaudio inter lacrymas exultante in patria meos incolumes laetos, & divina
benignitate immensa, beatos etiam (ut in hac vita) complexus sim. Et
quoties, ac quibus cum votis te desideraverim, qui comes primus mei exi-
lij, spectatorq. meorum lacrymarum, cum per totam ac tenebrosam noctem
vagaremur, fuisti. Reverso autem mihi ad stationem pristinam,
in qua nunc Deo servio, transmittit epistolam tuam ad se scriptam vir
Eisenbergius, cui adiuncta erat altera ad me Inclyti Comitis Ortenburgici.
Illi respondeo, quantum licuit, occupatus cura principis valetudinarij,
recreantis sese venationibus per iuga Hercinia non procul a Meliboco
in veteribus seu Cheruscorum seu Bructerorum sedibus, quas ultra ci-
traq. Melibocum contiguas olim fuisse constat. Afficior vehementer
hac optimi & pientissimi Comitis fortuna, eoq. magis, quo meam repeto
meum, & considero frequentius. Sed in utroq. consolor & exhilaro me
vivissimis testimonijs misericordiae & praesentiae Dei, conservantis & confir-
mantis nos in confessione & assertione veritatis & gloriae suae, cum il-
lorum omnium contemptu quae mundus praeclarissima putat ac sum-
ma, & in quibus omnem huius vitae felicitatem, errore in aeternum per-
nicioso, collocat. Nec dubito, ut asseruit utriq. Deus hactenus, sic
asserturum deinceps etiam: & inclytum Comitem gloriose liberatum,
redditurum pristinae dignitati (atqui maiorem nunc habet &
gerit

gerit pro Veritate filij Dei, quam florens ante ex rebus caducis ha„
buit) bonisq. ac sedibus paternis & auitis &c. xviii Julij 1586.

Clarissimo doctrina, eloquentia, prudentia, Vir„
tute & dignitate viro D Doctorj Joanni Caselio
professori publico in Academia Rostochiana,
amico tanquam fratri

S. Doleo vehementer me non ita ut opto ac cupio respondere literis posse:
hoc ipso enim momento quo reddebat tuas Mercator, meas repetijt. Non
transijt enim hac cum accessit Lypsiam. Veniam dabis itaque breuitati. Vix
legere tuas: reliqua tantum inspicere confectum fuit: de quibus omnibus
plura, ubi singula accuratius perlegero. Ex Anglia ad me eadem
scribunt D Seguirius & Bongarsius, & plura alia de commotis in Portugallia
rebus, apparatuque atque eductione classis Anglicae ad reductionem Antonij,
quem Vester pseudoRegem nominat. De sublato rege Poloniae sparsus
& hic est rumor, cui ego fidem non habeo. Nuper enim scio ex Bohe„
mia ad tractationes de pace profectos esse, Aldobrandinum legatum Pontifi„
cium, quem currus in eo itinere euersum casus grauiter afflixit, Hispa„
nicum item legatum & Rosenbergium cum mandatis ab Imperatore, nisi
forsitan alio consilio & fine profecti sunt ut captiuo ambiant successionem
in locum defunctj. Quoquomodo se res habeat: Ego Sarma
tiros

licos motus ut metuj semper, sic formidare non desino, quos ut compo-
nat parens Ecclesiae suae in his terris Deus, toto precor pectore. Tibi
vero de eximia, sinceraq; & constanti erga me benevolentia, & Nathani
quas debeo & possum gratias ago, celebraturus etiam de utroq; si quo extro,
ad posteritatem. Celeritatem ex manu agnoscis. Bene & feliciter Vale.
Salutabis Nathanem. Pridie diej natalis mei qui est sextus Janu-
arij quo ingressurus sum annum aetatis quintum & sexagesimum.
Deus servet me Ecclesiae suae & amicis. Anno 89.

Caspar Tuus totus ex animo
sincero & veterj.

EIDEM.

S. D. Ἀπροσδόκητα mihi sunt quae scribis de tuis rebus. Existi-
mavj enim post recusata priora, πορρώτερα constitutum tibi esse morj
ac sepeliri in ea urbe, in qua tu operis scholasticis & scriptis inclaruistj
ac consenuistj, & quam prae alijs nobilitastj. σφαλερὴ γὰρ πᾶσα
μεταβολὴ, seni praesertim. Si tamen sit facienda muneris & loci mu-
tatio, scis spectari à sapientibus in tali deliberatione, publica & privata
& his illa anteferrj. De privatis nosti vetera: στέργειν τὰ παρόντα
χρὴ ἐν τιθέασιν. Item νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν τ' ἀνέτοιμα
διώκει. Nec credo, si quid commodi privatj causa tantum fit, in hoc
genere

genere, illud habere εὐδοξίαν. Quantum ad priuata itaque, velim te considerare, utrum certa exploratque (Christi nomine nihil dico ἢ πίστιν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις) praeferre velis inexploratis, & illa relinquere, haec ut experiaris. Quod ad publica consilio, ut bene totum perpendas, utro in loco nauare atque efficere plus possis. Respectus enim ad publica potior debet esse nobis quam ad emolumenta priuata. Sed his tibi subuectionibus opus non est, quibus abundas ex tua philosophia, quae Christiana fide ac pietate gubernatur ut norma rectrice. De Gallicis mea me non fefellit coniectura. Semper dixi ea quae fiant à Guisio non esse collusiones cum Rege, ut multi contendebant: sed occultas conspirationes ac molitiones hostiles & seditiosas. Accidit igitur duritori quod prouerbio dicitur: ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα ἀπώλεσε. Guisius regnum affectans vitam perdidit, iustissimo Dei iudicio. Ταῦτ' αὐτῷ τέχναις γὰρ ἀπώλλυτο, ἅσπερ ἔπραξεν. Vtinam ascripsisses nobis cum nouum esset Monasterius, quem tibi de facie non esse notum valde miror. Bene & feliciter vale. Vallami nostro salutem optat[?] reverenter, & amicis alijs quotquot ibi supersunt. Dessa. 23 Aprilis Iuliani. Anno 1589.

Cass. Pencanus[?] D.

Ad Dn. D. Ioannem Hermannum

S. D. Non est opus inter nos tam operosa & ambitiosa gratiarum actione, qui

qui non certamus hypocrisi sed εἰλικρινείᾳ Deo in cordibus perspicua &
placente. Utinam a me praestari aliquid tibi gratum potuisset. Tu Sarma-
tica metuis, nec temere. Non enim illa me minus terrent. Et affulgent
ἀπὸ τῆς ἑσπέρας fauonij id est meliores aurae, Federico facto respectu,
& mutatis rebus in Gallia. Sed quid si tota moles redundet in nostros
ab una: in nos ex altera parte? Undecunque origo existat. Quare nolim
te temere mutare locum, sicut nec ego propero, etsi quid hic sit futurum
nondum prospicio. Saepe dixi, non futurum finem saevitiae & grassatio-
num in Gallia & Belgico, nisi deletis illis omnibus funditus qui consilij quon-
dam & socij fuerunt cum idololatriae horrendae, tum coniurationis qua viri
innocentes immaniter oppressi & contrucidati sunt. Nunc cum videam De-
um Parisiensem laniena ulcisci simili vindicta in authoribus illius prae-
cipuis, optime sperare & illis tranquillitatem polliceri incipio. Nostris
terris vero quid possum ominari boni a tanta offensa qua Deum ad
iram provocarunt? Propheta dictum est: A Septentrione omne
malum. Est & apud Aristotelem in cap. problem. de ventis: ὅτε νό-
τος βορέαν προκαλέσεται, αὐτίκα χειμών. Imber erit, Boream
si quando provocat Auster. Vel. Imber erit quoties Aquilonem provo-
cat Auster. ~~Hoc~~ physicum ne vertatur in Ethicum seu po-
liticum potius prognosticon, valde vereor. Sed de his satis. Ex
nostro

nostro Monacho audies ceteras nostras [illegible]. Bene & feliciter vale. Cal. febr. Iulian. A° 1589.

Caspar Peucerus D.

Ad dn. D. Ioannem Reymannum Cancellarium Ducum Brigensium.

S. Amplissime dn. Cancellarie, amice colende & carissime. Est apud Herodianum de Bassiano Imperatore: λυπηρὰ τῶν ὀνομάτων κνίζει μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν. Ego vero non supplicio tenus egi, sed sincero animo καὶ ἀληθῶς λυπηρῶς τε συμπάσχων, quando te paulo durius monui. Moneor silentio tuo ut offensum te putem mea παῤῥησίᾳ. Credas mihi, non illa scripsissem ad te unus, nisi me & periculi tui magnitudo, amicorum literis exaggerata & mea nimis paterna sollicitudo de te tuaque posteritate perpulisset. Hinc iudica, si quid est quod te moveat. Sed de his satis. Venio ad nostra: de quibus tuis sub vesperum literas accepi ab ipsis principibus fratribus, & a Domina matre. Nuptiae bene feliciterque confectae & peractae sunt ex votis geminae. Nam Dux Holsatiae cum vidua Electoris Saxonici Sonneburgae in arce sua priores. Princeps Ioannes Georgius cum comite Mansfeldica Dna Dorothea posteriores in mea Hadersleben, urbe & arce Regia in Cimbrica Chersoneso celebrarunt, apparatu & sumptibus Regiis, Rege ita

ita volente. Summe praedicant in suis ad me literis omnes voluntatem erga se praeclaram & magnificentiam mirificam Regis Daniae. Priores XV, posteriores XXI februarij celebratae sunt. Nunc in reditu ad nos sunt principes, Johannes Georgius cum coniuge, D. Matre & fratribus duobus Bernardo & Augusto. Tertius Christianus rogatu Regis apud illum mansit, commoraturus ibi, ut audit, per unum mensem. Expectantur circiter 23 Martij nostri aut secundum vestri Aprilis. Haec per scribere ad te volui, ut tuos de his principes doceres. Vobis spero pacem partam si quiescere vultis: & quid proderit ... ?

De liberatione etiam praeclara optimi principis Archiducis Maximiliani optime spero. Confido enim Sarmatas ... natura ... maiorem tamen laudem ex victoria moderate usi ... victoria ipsa quaesituros esse. Mitto ad vos exempla Epicediorum scriptorum filio meo beatae memoriae ab amicis. Bene & feliciter vale. Salutem opto coniugi tuae ex me & mea: & soli tuae domesticae Ecclesiae. 8 febr. Vesp. 1588

Casparus.

Nobilitate, doctrina, virtute & dignitate amplissimo Viro D. Joachimo a Bergen, Consiliario Sacrae Ro. Caes. Maiestatis, patrono suo colendo.

Amplissime

S. D. Amplissime Vir, amice et patrone colende: Scio te ita affectum esse, ut si negat tibi sobolem misericordia divina, de iis donis quibus te constat locupletatum esse favoris divini ubertate, velis bene merendo de Ecclesia Dei & de posteritate publice, privatim non etiam de bonis viris, sed inopia temporum egentibus, comparare tibi nomen illustre & memoriam tui, tali grati monumento saeculis futuris consecrare. Id cum mihi persuasissimum sit, non dubitavi intercedere apud te pro duobus: Uno sene, viro optimo, & ob merita praeclarissima fortuna meliore digno D. Esromo Rudigero, noto tibi nomine & facie, multo magis excellentia doctrinae & meritorum fama: Altero, adolescente filio nostri optimi D. Hermanni. Esromum eiectum ex Academia Witebergensi constans in professione veritatis voluntas quibus exercuerit casibus adversis non ignoras. Illum exhaustum exiliis & aetate, laboribus, curis, ac morbis fractum periculis, & ita fractum, ut docendo vegetiorem nihil possit amplius, nunc egestas dira premit, destitutum etiam ut viribus corporis, sic opibus omnibus auxilii aut subsidii humani. Quibus flagrent enim odiis in aulis praecipuis Orthodoxi, quam exosum sit nomen illorum, non te latet. In hunc ergo alendum tua liberalitate si quid te dignum & illo contuleris, nusquam nec melius collocaveris bene

filium

filium alterum, nec ullo beneficentiae genere maiorem tibi laudem pepereris. Praedicabit ille te ut benefactorem, et cum illo docti omnes apud quos tu admiratione es propter doctrinae copiam et ingenij praestantiam, ac vel maxime propter constantiam in confessione veritatis celsitam. Haec ut te moveant patere. In alterum non ut novum aliquid extra ordinem beneficium conferas, sed ut te destinatis iam ac delegatis Ecclesiae beneficiarijs, et inter clientes tuos ut eum recipias, atque inter seminaria quae Ecclesiae et Reip. tuae impensis educantur, te obnixe oro: quod ut faciam cogit me obligatio ex debito, quia filius est meus Deo et Ecclesiae ex baptismo, deinde quia ingenio et studio dignum esse comperio, cuius serij et felices conatus adiuventur: et patrem clade domestica in re familiari, bonitate sua sed fraude aliorum, quibus benefacere cupiuit afflictum, liberis ut facultatibus alendis non satis ... Nec te impediat quod medicas artes discit. hoc praeclarius merebere de posteritate si huius temporibus educati in omni parte generis humani doctrinae et professionum ... fructibus proximis plurimis, et versabere per illos in omnium hominum ore, donec quod reliquum erit in terris. De utroque ut excusatas me, quae ad modum fiducia tua erga me ...

eximie

eximiae, perpetuaeque benevolentiae certo confido, sic confidenter et obnixe oro. Plura te edocebit ex ore, et meo nomine Nonamnus noster, quem ut patienter audias te iterum rogo. Bene et feliciter vale. Ego pro te vota facere non desinam ad Deum, et pro foecunditate coniugij tui, de qua minime spem depono. Nec te spes foecunditatis a benefa-ciendo alijs absterreat. Quo largior eris, hoc te remunerabitur lar-gius Deus beneficentiae compensator, ἐξ οὗ πάντα ἐστὶ πληρῶσαι ἐκ-ποιεῖ etc. Remunerabitur autem te sobole et benedictionibus alijs. Datae Dessae. 29 Iunij Iuliani Ao 89

Caspar Peucerus D.

Ad Dn. D. Ioannem Reimannum
Cancellar. Brig.

S. Reddidit mihi tuas hic Cursor vester cum editione scriptorum Polonico-rum, pro quibus gratias tibi ago maximas. De singulis epistolae tuae capitibus respondebo paucis, quia multae occupationes non sinunt. De te primum: in quo resipiscentiae hoc mihi argumentum agnosco et probo, quod te moveri pa-teris, et quod omnibus est usitatum qui peccant, translatione causae ute-ris ut ἀπολογίαν texeres, qua tamen ita fortiter te astrinxisse vires, ut nisi moderatius illam feras, periculum non sit caritivum. Scis Herodianum il-lud in Bastianum: λυπηρὰ τῶν ὀνομάτων κρίσει μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει

ἔλεγχοι τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν. Sic et νουθετοῦσιν ἀπα-
ραινέσεων τὰ λυπηρά. Quare etsi non dubito te nonnihil offensum esse,
agitatis tamen nullam medicinam tam sanare quam quae dolet: praesertim ab a-
mico profectam. Sed tribuas omnia candori et sinceritati meae quam non ig-
noras. De Poloniae consilium vobis ex eventu non defuturum spero. Si arma
praefertis τοῖς ἐμφυλίοις, non sapitis: praesertim cum vapulaturi utrinque af-
flicti clade a Polonis, a Boemis accusati et destituti. Si prurirent vobis
scapulae, venient qui fricent, et irritati alarum accelerabunt. Nostri
ab Holsaticis nuptijs reversi sunt salvi omnes atque incolumes, usque ad
Dominam matrem quae Berlini subsistit, ut parienti Electrici Brandeburgi-
cae adsit, et principem Christianum quem Rex Cimbrorum apud se detinuit.
Utrumque nunc expectamus quotidie. Electricem feliciter enixam esse
filium iterum, qui tertius est, ex ipsis vos cognovisse non dubito. Cur
illa ergo literis Illustrissimae Dominae matris vestrorumque principum non re-
spondet, id absentia ipsius excusabilis: Remissa ad nos peculiarem tabellari-
um mittet: ab altera Dominae nostrae coniuge principis Ioannis Georgij mitto
responsum. Regie accepti et tractati sunt nostri a sponsi fratre Cimbro-
rum rege, cuius humanitatem et munificentiam mirifice praedicant. Quae
ad Monavium mitto, ea tibi cum illo volo esse communia, sed spargi non
volo.

non volo. Scriptum περὶ ἐξαρισίας absolui: Nunc describitur. Amanuensium opera nisi destituerer, misissem nunc ad vos. Interea illa leges quae ad eum misi nuper, in quibus propter atramenti pallorem & scriptionis ordinem confusiorem laborandum tibi erit. Mihi magno gaudio fuit quod et principes & ministri uno ore mihi confirmant omnium ordinum viros praecipuos sacros & politicos de me amantissime inquisiuisse & honorificentissime locutos esse. Hoc me, diuina bone dictione, testimonium habere ubiq. apud bonos magis laetor quam ullis alijs huius vitae commodis. Sed de his satis. plura .n. me modo non sinunt negotia. Breui alias expectabis. Bene & feliciter vale. Salutem tuae coniugi & domestico Euleterio opto. Salutabis & dn. vestissimum [illegible] officiosissime. 27 Maij raptim 1588.

Caspar Peucer.

Clarissimo Viro D. Erasmo Rudingero, amico & compatri suo tanq. fratri.

S. D. Legi cum magno dolore tuam ad M. Vuinum epistolam de obitu coniugis tuae, & filij valetudine afflicta. Hanc orbitatem & sollicitudinem esse quae frangat animo de meis experimentis conijcio: tamen scio veras, viuas et efficaces consolationes tibi non deesse, qui fontem virium consolationum diuinarum in psalmis monstratum non iudicio tantum sed & experimentis tuorum exercitiorum illustrasti. Feramus patienter quod nobis

imponit

imponit iugum filius Dei & ut leve ut suave commendat: scilicet, quia ipse sui contribuitis leve & suave id nobis efficit. Mitto tibi carmen ma. [illegible]. Statim si possim rebus tuis consulere: sed quo re te iuvem, qui opitulari mihi ipsi non possum? Video indies magis magisq. omnia ruere in peius. Ubiq. & confessiones prostitui teteriores, propter quas me huius vitae taedet. Ad postremas meas cum non respondeis, dubito utrum redditae tibi sint. Proposui tibi Academiam Palatinientem: sed absterrere te video a migratione tam longa & difficili. Apud vicinos auctoritas mea nulla est. fortasse id [illegible] mea est. Bene & f. vale. Dresd. 11 April. 1588.

AD Cl. V. d. ESR. Rudigerum.

Quaeris cur gravius, tristior quo quisq. labore?
Nil dura an pietas hoc crucis auget onus?
Illustrem meritis te, doctrina & monumentis
Extorrem facit Religionis amor.
Cassibus exilij varijs ac iniqua fatigat
Sors saltatim etiam nunc sine fine senem.
Orbat te sociaq. precum fidaq. ministra;
Hac igitur lacrimis quid tibi restat humo?
In nos iusta singulis) quo tandem saeviet usq.
Ira dei? finem e quando habitura suum?

Cois

Sis causam. Serio vult ipsi sidere soli
Conformesq. Deus nos fieri archetypo.
Exemplo gnatiq. sui, dum vecta tremur
Multa adversa pati, vincere ope & superra.
Et sic promissa coeli ditione potiri
Humanis junctos Angelicisq. choris.
Vult veri testes per secla futura: superni
praesentisq. pijs esse typum auxilij.

Caspar Peucerus D.

Ad d. Doctorem Joannem Reimannum Cancellarium

S D. Gratus admodum fuit omnibus nobis adventus ad nos D Hermanni, cuius me conspectu, complexu & colloquijs suavissimo & hilarij, interspersis votis, quibus & te desideravimus & alios amicos nostros. Minus autem prolixus sum in respondendo ad tuas literas quod omnia melius ac plenius Hermannum commemoraturum tibi esse scio. Vinum Ungaricum istum antevertebat, pridie enim eius diej quo hic venit, advehebatur huc lipsia, sat bone numinum sat plenum etiam, unde illaesam etiam nai apiktop ii all Vaplop esse conijcio. Illustrissimo principi gratias quas debeo ago per epistolam: Tibi tuas
etiam

etiam, a quo ut autore & impulsore beneficium profectum est. Vere me mag-
no affecisti & preclaro beneficio, in hac boni & veteris viri raritate & caritate.
Deum precor ut benefaciat vobis vicissim, & tranquillitatem vobis constituat
dissipatis consilijs & machinationibus bella spirantium, propter Ecclesiam. ro-
οὐονο ζαρ τῷ Χριστῷ, νοοῦσι τὰ τοῦ θεοῦ. Sarmaticis compositis
non video quid vos vel turbare vel terrere possit, nisi fatali aliquo decreto
minatur aut vobis aut inter vos ἱερὸς πόλεμος: quod quid velim intelli-
gis. Metuo enim hac in parte & domestica & externa. Turcica arma ta-
men me successus nostrorum tam crebri invitant terrere. Illa vero si im-
petu maiori pro more gentis in vos feratur, quomodo non dicam repri-
mere, sed sustinere possimus non video. Sed ruituros in hanc ferox
& inclinor sententiam ut existimem periculum illius tyrannidis circum
altum tendere ad ruinam & finem. Cum apud me viderit Doctor
Hermannus ex ipso audies. Pagellas meas a te lectas iam esse non
dubito. In tractatu de praedestinatione constitute presbiterij omnia alia,
toto scopo collocato in hoc uno, quomodo succurrendum & consulendum
sit conscientijs. Id solum enim Philippus spectabat, ἀνεξερευνα
cetera relinquens. Narratio de Cancellario Sarmatico fuit nobis
valde grata. Coniugem tuam hac aetate & hoc habitu corporis adhuc
fecundam esse, & tibi redijsse robur pristinum virile post mortuum

lateri

lectali sumus omnes, Deo tamen aedis gratijs, sed solutum obijsse dolemus, quem & lege naturæ & testimonio scripturæ scimus debere cariorem esse alijs. Tui vero te & Coniugem debere ijs remedijs quæ sunt a Deo esse officina. Quid velis a me componi & Bresmanno, non assequor: utrum epigrammation vel Epicedion? Bresmannus tremuit Contractis ex decubitu humorum a Capite in colli adeoque timoribus satis ut magnis ex quibus & molestijs. Tuam illi epistolam legendam mittam quam primum. Bene & feliciter vale. Salutamus te & Coniugem tuam cum Cæterna tua domestica Ego & Uxor mea, quæ optat ita fieri beata iucundis aliquis per divinam benedictionem ex me, sicut ex te tua facta est. Sed in Deo hæc sunt posita. Dessæ 17 Novemb. Iuliani. Anno 1588.

Cas. Peucerus D.

Epistola secunda.

Ad Illustrissimum principem Fridericum Palatinum, hæredem Electoratus etc.

S D Illustrissime princeps, Domine clementissime: Etsi scio Cels. T abundare præceptis institutisque pijs, sapient & salutari principi necessarijs ex doctrina, institutione & commonefactione summorum Virorum, Grunradij & Huttenij, quos singularis Dei providentia adiunxit tibi velut Chirones: facit tamen amor erga te meus singularis, studiumque conceptum ex Grunti consuetudine atque colloquio spes de rectitudine ingenij, iudicijque ac pro-

probitate naturae tuae, & ex promisso debitum, ut non possim non literis me-
is ad ea te simul incitare atque confirmare, ad quae te norma verbi divini
rectricis, ductuque spiritus sancti, ac naturae bonitate & impetu ferri sponte,
opera vero studioque gubernatorum & harmostarum dirigi video. Id cum
mihi persuadeam, nulla re efficacius, nulla re felicius tentari & perfici quam
regibus principibusque, vobis dirimere, historiarum exemplis illustratis, quae ve-
lut hypotyposes & picturae in oculos incurrentes, animos validius quam prae-
cepta commovent: existimo me facturum rectissime, si id aggrediar exor-
sus a populo Dei, & Iudicum, Regumque in eo populo exemplis. Enarr
Cels. T. velim primum & ante omnia considerare diligenter dissimili-
tudinem gubernationis quae fuit in illo populo post eductionem ex Ae-
gypto. Non enim nata est aut mutata fortuito & casu, sed singulari
Dei consilio introducta, ut exemplo perpetuo doceat posteritatem, a Deo
constitui ac mutari regna, & gubernacula tradi iis quos Deus eligit &
erudit: denique gubernationes ex Deo tantum felices esse ac saluta-
res: quod quidem Ethnici sapientiores etiam senserunt ac praedica-
runt. Fuit in populo Dei Iudicum aetate status Aristocraticus tem-
peratus Monarchico, hoc modo, ut legibus praeessent rebus communibus
Septuaginta seniores: his vellet tamen Deus Ducem esse unum quem
ipse designarat, ita ut ipse Deus esset caput summum, & gubernator

perpetuus

perpetuus, velletq. ad se omnes respicere. Negocia vero gubernationis bel-
lo pacec. administrari vellet suo consilio ac ductu, & ad nutus ac man-
data sua. Ideo e medio populi, deq. tribu, quacunq. ipse volebat, excipe-
bat & praeficiebat duces, qui Iudices nominabantur, suo arbitrio. Etsi
enim Ephraimiticae stirpi ius & praerogativa primogeniturae, cumq. ea
primatus concessus erat decreto & testamento Iacob propter incestum pri-
mogeniti Ruben: tamen summa rerum & gubernationis ex Lege erat
apud & penes eum, quem e quacunq. tribu Deus creaverat Iudicem.
Huic ipse ut summum caput & perpetuus Rector regebat sapientibus
consilijs, instruebat dotibus quibus quantisq. volebat, alios alijs, & arma-
bat virtute, successibus, autoritate. Istam formam gubernationis vo-
luit Deus esse typum futurae hierarchiae perpetuae in Ecclesia, quae di-
vino instituto est vel saltem esse debet Aristocratia, cuius summum &
unicum caput est perpetuumq. solus filius Dei, Dominus noster Jesus
Christus, ut erat in populo Israelitico, Iudicum seculo. Sed illam Ponti-
fices Romani converterunt in Monarchiam primum, inde in Tyranni-
dem, rapta atq. in se translata illa potestate, quae Dei solius est, tali
exemplo pravis, quali populus Israeliticus, fastidio Aristocratiae sub
Monarcha Deo, hoc ex Christo Rectore, flagitabat decerni sibi Regem.
Abrogata enim tunc Aristocratia, quae ex solo Deo summo Monarcha
pendebat

pendebat, obtinuit populus a Deo regnum, cui quas leges circum dedit, scrip-
tura explicat. Non excludi se tamen Deus volebat. Idcirco cum duo es-
sent in populo quasi regna ordinaria, Unum hierarchicum, cui praeerat sum-
mus pontifex, Alterum politicum, quod Regis erat: Utrumq. suis circum
scriptum ac definitum limitibus, utriq. tamen imperabat Deus per prophe-
tas, quos nova & extraordinaria vocatione immediate excitabat, ut ar-
guerent utrosq. & vel continerent, vel aberrantes revocarent intra metas
sui muneris. Manebat itaq. adhuc Deus summum caput & gubernator
summus populi Regum tempore, ut mansit quando invaserunt & occu-
parunt Tyrannidem in Ecclesia Pontifices Romani. Semper enim e
medio populi excivit idonea organa Deus, qui impietati, Idolatriae, &
tyrannidi Pontificum, & aliorum assertantium in Ecclesia potestatem eam
quae solius Dei est, in condendis aut mutandis articulis fidei, & cultibus
divinis sese opposuerunt. Utq. in populo Dei, etsi saepenumero reges
et pontifices fuerunt palam impii & hostes veritatis, semper tamen ali-
qui coetus audiebant & sequebantur vocem prophetarum: Sic dum
Curia Romana arrogavit sibi titulum, & usurpavit potestatem non
Ecclesiae tantum, sed ipsius Dei, etsi ministerium fuit impium: tamen
in eo coetu, in quo sonuit vox verbi patefacti. Semper fuerunt aliqui
Deum recte agnoscentes & invocantes, ut vera & viva membra Ec-

clesiae

clesia, etsi alias plus, alias minus lucis habuerunt. Nec est alligata Ec-
clesia ad ordinariam successionem & autoritatem, consuetudine mala introduc-
ta, & tyrannide pontificum Romanorum & Episcoporum, aut horum dogmata
vel decreta: Nec ad Regum aut principum decreta, statuta vel edicta pe-
toria, sed ex solo Dei verbo patefacto pendet, & ex successione quam or-
dinat & conservat filius Dei, caput Ecclesiae, regnans ad dextram patris
& distribuens dona inter homines, dans Apostolos, prophetas, pastores, doc-
tores et ornatos, instructos, ac distinctos accomodatis & utilibus donis.
Ut non erant Ecclesia olim, qui Regibus & Pontificibus impijs adhaere-
bant, sed qui parebant voci prophetarum: Sic hodie non sunt Ecclesia
satellites Curiae Romanae, & horum asseclae, aut impij Reges & principes,
sed qui audiunt vocem pastoris sui filij Dei. Haec considerare
Cels. T. utile est, ubi in Iudicum & Regum libris legerit exempla
tristissimarum mutationum & confusionum, quibus alij Idola Ethnica,
alij ἐθελοθρησκείας arbitrio privato introduxerunt: ne offendaris as-
pectu tristissimae confusionum seculi nostri: Semper enim talibus obnoxia
fuit Ecclesia: Et cogites, nihil accidisse nobis, cuius simile non eve-
nerit prius: Teque erigas & consoleris promissionibus divinis certis atque
immotis, quibus Ecclesia affirmatur mansura esse usque ad consummationem,
et quidem in eo coetu qui verbum patefactum amplectitur ac sonat. Ip-
sum

suum regnum vero, mirandasque in eo vicissitudines, & regum dissimilitudines
ubi intueberis, discernes reges pios ab impijs: piorum virtutes & vestigia
imitaberis: impiorum scelera detestaberis. Considerabis autem praecipue & ac-
curate quidem, causas mutationum, dilacerationum regni, excidijque & separa-
rum aliarum, semperque habebis in conspectu regulam, historias populi dei
non esse narrationes tantum otiosas & inanes rerum gestarum, sed pictu-
ras, imo prophetias certissimas futurarum eventuum similium in Ecclesia,
tanquam altero dei populo, saeculis postremis. Defertur regnum initio ante
omnes alios Sauli e tribu Beniamide, qui illo se sponte exuit, superbia
quae nota est exemplis pluribus, polypragmosine, usurpans sacerdotum & pro-
phetis propria in rebus divinis, aliena a munere suo, cum sacrificat non
expectato Samuele: qualem curiositatem deum inultam numquam relinquere
testantur non solum innumera vetera, sed insignia aliquot nostrae aetatis
exempla, Caroli Quinti cudentis librum Interim, Principum fabricantium
Chymeram, & alia: tertio, contumaciae inobedientia non parens dei singu-
laribus & expressis mandatis. Haec peccata propter quae reijcitur a deo,
ut non tantum excusso spiritu dei sancto fiat mancipium mali spiritus:
sed & ab isto exagitatus insaniat, & a deo desertus quaerat praesidia
diabolica per pythonissam, & tandem ipse sua manu consciscat mortem de-
speratione, secumque evertat posteritatem suam omnem. Eo sublato

Regnum

Regnum traditur Davidi; à quo transfertur in filium Salomonem: Horum duorum dissimilitudinem si spectaveris & examinaveris, multa scitu digna et necessaria reperies. Non imitatur Salomon exemplum patris Davidis in precibus. Hic enim semper & ante omnia petit aeterna: Vias tuas Domine demonstra mihi: Semitas tuas doce me: Dirige me in veritate tua, & doce me: Sustenta gressus meos, ne moveantur vestigia mea. Iterum, Veritas tua & misericordia tua custodiant me semper: Item Spiritus bonus deducat me in via recta. Salomon iussus petere aliquid a Domino, regni initio, non petit aeternam sapientiam, non hoc quod pater, Sed politicam sapientiam gubernatori in hac vita necessariam. Quam in re quantum erraverit, ostendit exitus. Pater David etsi bellator est, & virtute militari ac victorijs antecellit omnes posteros suos: politica tamen prudentia nulli regum cedit, & pietate superat omnes, de quo Deus inquit, Elegi mihi regem secundum cor meum. Salomon laude sapientiae civilis, & fama opum ac tranquillae gubernationis anteit patrem, caeteris omnibus inferior est. Etsi enim templum extruit tamen id facit de conscripto patris, & thesauris ab eodem in hunc usum comparatis. David labitur humana infirmitate, commisso adulterio & parricidio, quibus offendit Deum graviter: Labitur & superbia, numerans populum: Sed semper David celeriter resipiscit; ac

culpam

culpam et capitalem deprecanti remittens, irrogat praesentes quoque atroces
admodum. Memor exempli Sauli deiecti et abiecti a Deo non tantum
veniam supplex rogat, sed ne auferatur etiam ab ipso Spiritus Sanctus.
Salomon multo gravius peccat. Idola colens Ethnica et delubra his condens,
exemploque suo primus inter reges polluens ac seducens populum idolis,
in gratiam mulierum peregrinarum, quarum se coniugiis irretit ac con-
taminat adversus prohibitionem divinam expressam. Horum omnium lu-
it poenas in posteritate. Utinam non in seipso aeternas. Impetrat ergo
Vterque, quod petiit David aeterna cumulata tamen calamitas cum fine bea-
to, placidoque, ac cum Deo perseverante constanter, eoque gloria aeterna, quota
nulli Regum in genere humano contigit, ut ex eius posteritate nasceretur
Messias, Rex aeternus. Salomon caduca, coram mundo Davidicis splendi-
diora, sed caduca tamen, cum fine nec placido, nec beato, nec in Deo
perseverante. Spectat enim cum indignatione et fremitu initia la-
cerationis regni denunciata, Deoque repugnans illa consiliis ac viribus suis
avertere conatur. Hoc cum fremitu moritur, relictis delubris ac cultibus
Idolorum. Ab interitu eius non regnum tantum, sed Ecclesia discer-
pitur, in poenam idolatriae ab ipso stabilitae: Nova religio, Idola nova
et cultus instituuntur in regno Israëlitico, quibus populus abducitur a Deo

et divinis

et divinis mandatis. Posteritas eius parricidijs Athaliæ deleta fundi
tus non tantum regno excidit, sed amittit summum decus de Messia pro
missum Davidi. Utrumq. transfertur in fratris Nathan superstitem ac di
vinitus servatam stirpem. Scriptura conferens utrumq. inquit de Salomone.
Cum jam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur
Deos alienos: Nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor pa
tris eius David. Fecit Salomon quod non placuerat coram Domino, et
non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater eius. In
hac exempla Cels. T. intuens cogitet primum ac deploret infirmitatem
naturæ humanæ miseræ et peccato corruptæ, deinde totam ad imitationem
Davidis componens, ea precetur quæ precatur David, id est, bona æterna
sicut præcipit Christus ipse: Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius.
Petat Cels. T. lucem et agnitionem Dei veram, et Spiritus sancti præsidium
perpetuum atq. gubernationem: Cætera enim, ut inquit Christus, ad
jicientur. Et gloriam ponat Cels. T. de verâ misericordia divina, cum
Davide, qui semper ita precatur commoda vitæ præsentis, ut præmittat
æterna, et misericordiam Dei imploret, ut se peccatorem agnoscat ac
confiteatur, et culpam ac pœnas deprecetur, ac se regere dedi ac di
rigi in semitis iustitiæ et veritatis æternæ. Habes illustre exem

domesticum

domesticum in laudatissimo principe Avo tuo paterno, quem Deus mirando consilio ad hoc summum fastigium evexit, ducentorum annorum agnata & collaterali stirpe extincta, quod tu expertus es tandem. Sed maius est quod collocatum in hoc fastigio converterit ad se in veritatis suae agnitione ac constantis confessione, & adversus odia, insidias ac pericula quae sustinuit maxima, protexit ac servavit. In vestigiis avitis si Cels. T. (quod certo spero confidoque, & a Deo tecum ardenter precor) permanseris, nunquam te misericordia, nunquam dextra Dei destituet. Bene & feliciter vale. Dessa. 8 Sept. Julian. Anno 1589.

Tuam Celsit. reverenter & cum subiectione colens.

Casparus Peucer. D.

Ago gratias etiam Cels. T. pro clementissime communicatis editionibus, quae huc ad nos non adferuntur.

Ad D. Doctorem Christophorum Pezelium. Theologum. Bremae.

S. D. Reverende Domine Compater, amice & frater carissime. Accepi omnia recte quae ad me misisti, ac tandem pervenisse in manus tuas post errores longos & varia pericula pagellas meas inviolatas.

tas valde laetor: ὅσον δὲ πρὸς τὰ δῶρα τὰ ἀπεσταλμένα τῇ ἐμῇ
γυναικί: si expectas εὐχαριστίαν μεγαλοπρεπῆ, ἢ ἀντίδωρα τίμια.
erras. Ego vero tibi irascor. Si enim meministi qui fuerim, & si vere
tibi persuades me nulla in parte mutatum esse in deterius, quod ego qui
dem misericordia Dei singulari me consecutum puto, quare me nunc
πλεονεκτικὸν fingis, & animo atque officiis erga amicos alium quam
fui olim? Non certemus inter nos muneribus, quod ambitiosum &
ostentatricis opulentiae est, cum exules simus & miseri, sed ἀγάπῃ
ἀνυποκρίτῳ καὶ εὐεργετήμασι εὐσεβείας ὑπηρετικοῖς. Me
non dubites donec vixero, promptum fore ac paratum ad omnia quae
ex tuo usu fore intellexero, vel sponte vel admonitum. Venio
nunc ad alteram partem epistolae tuae. Nasoni συμπάσχομεν,
si modo συμπάθεια dignus est ζῆλον γινώσκω, ἀλλὰ τὸν
ὄντα οὐ κατὰ γνῶσιν: quid verum eorum iudicii tribuam ex im
becillitate orto, an vero superbiae ac malitiae utcunque illa extat, nescio.
Affirmat extitisse a vestris vel collationibus vel conflictibus de
formulis & phrasibus, quarum usus est in doctrina de Coena sacra, ma
nifeste apparet, & quibus & nunc faciunt διαφορουμένους nostros:
in rebus enim διάφορον οὐδέν. Si verba haec: Hoc est Cor-
pus meum: vel, Panis est corpus meum: vera sunt usitata, regulari

&

et simplici prædicatione, nihil interest quantum ad rei veritatem, inter has propositiones: Panis est corpus, vel, Panis est substantia corporis, vel Panis est substantiale, verum, naturale corpus: quia subiectum & prædicatum sunt naturæ eiusdem, Sicut nihil interest inter has; Petrus est homo, Petrus est homo substantia, Petrus est naturalis, verus, substantialis homo. Sed nullo modo aut ratione dici potest hoc regulariter in propositionibus de cœna, quia ταυτότητα substantiæ corporis & panis necessario infert aut præsupponit. Id cum viderint Scholastici; fatentur, si corpus Christi in mortem traditum de fracto pane prædicetur, nec proprietatem in verbis nec transsubstantiationem, nec ullam realem præsentiam esse aut defendi posse: Inde etiam sunt inter illos ποικίλα illa καὶ διάφορα ἑρμηνεύματα. Simplici ergo & regulari intellectu omnes istæ propositiones sunt & manent falsæ, quomodocunque fingantur: quia panis non est corpus ipsum quod pro nobis est traditum. Rursus si panis & corpus sunt & manent species disparatæ, naturæ diversæ, coniungi non possunt, nisi prædicatione aut inusitata aut figurata. Inusitata, καθ᾽ ἕνωσιν ὑποστατικὴν, uno et solo exemplo duarum naturarum in persona Christi; quam hic non habere locum non eget disputatione. Figurata vero κατά τρόπον τινα. Si tropica est, metonymica est ex analogia signi ad rem signatam, quæ aut

abest

abesse a signis, ut in mnemonicis & histrionicis & alijs innumeris,
aut praesens adest. Adest praesens aut ordine condito diuinitus, uel phy
sico naturae ac rei, vel politico rationis in quacunque sit parte naturae
& rerum creatarum: aut ordine ministerij sacri instituti uerbo in Ec-
clesia; Inde sunt duo gradus praesentiae Dei in creaturis, primus et ter
tius. Prior ordinatus & physicus est, seu conditus, proprius creaturis:
Alter ordinatus etiam, sed spiritualis & verbo patefactus, eoq. pactiona
lis & mysticus, non physicus, proprius Ecclesiae. De hac uero praesentia
certamen adhuc reliquum est hoc tempore, quae mihi uidetur in his
conflictibus non modo non explicata ac definita esse, sed inuoluta ma
gis atq. implicata. Non sunt enim Antagonistis circumdatae illae metae,
intra quas continere se, & respondere cogantur: Et video quantum in
tersit inter huius seculi disputatores qui se trahi patiuntur sophis-
mate uno & altero ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, nunc huc, nunc illuc;
Vnde oritur illa perpetua conflictationum uicissitudo. Et inter Phi
lippum, qui solebat Antagonistis ponere uel figere potius limites &
metas, intra quas cogerentur respondere, sicut faciebat Popilius lega-
tus Romanus Antiocho. De hac quaestione, id est, de praesentia
in ministerio, cuperem tecum colloqui: Sed mittam ad te Antigna
tiones meas cum primum recepero. Redeo ad calumniis momentum.
Praesentiam in Caena confitentur omnes: De subiecto & modo dispu-

tatio

tatio est, quae omnis oritur ex ignoratione, aut falso intellectu praeten-
ta gradus tertij. De subiecto primum, quia Lutherani & Pontificij fin-
gunt praesentiam carnis in pane, et per usum panis in homine. Prior, in
pane praesentia antiquitati ignotissima est, sive physica & naturalis seu ma-
terialis, sive miraculosa, sive hyperphysica, sive magica statuatur,
substantia & viribus. Altera per usum panis in homine, secundum
eosdem modos omnes pariter ignota prorsus est Ecclesiae purae: Sed
agnovit vetus Ecclesia unum solum ac perpetuum modum praesentiae
spiritualem in praesentia & virtute spiritus in homine, ut in creatura
rationali, ordinatum verbo, & in usu ordinato & legitimo, sicut verbi
vocalis, sic mediorum in Sacramentis, tanquam verbi visibilis, etsi inter-
dum extollens ut verbi, sic Sacramentorum dignitatem, signis tribuit
quae significatorum sola sunt & propria. Nec Sacramentalis prae-
sentia aliud est quam praesentia pacti, ordinis, & instituti divini, ex ana-
logia signi ad significatum praesens in actione & usu, qui est institu-
tus exterius & interius. Sic semper sensit Ecclesia usque ad
tempora proxima Carolo Magno. Circa illa tempora, cum ex invecta
superstitione potior & maior ratio sacrificij esset in Coena ritui & sym-
bolis quam Sacramenti, quaesitum est & disputatum de praesentia in pane:
Inde & circa illa tempora natum & invectum est in Ecclesia illud

portentosum

portentosum commentum de praesentia in pane, quod fundamentum est & ner-
uus idoli panis & missae, ac totius regni pontificij: & doctrinam de praesentia
Christi in homine, fide accipiente verbum ac sacramenta, & per haec Christum cum
Spiritu sancto, & de Christo habitante in nobis per fidem perpetua & non momen-
tanea praesentia, penitus obruit: quod necesse est omnes sanos consiteri. Ni-
hil nouit, nihil quaesiuit sincera Antiquitas de praesentia in pane, An, aut
quod sit aliqua? quis usus illius sit & fructus? etc. Sed de sacrificio in-
troducta persuasio hanc quaestionem commouit, in quibus certaminibus cum
defenderet non Ecclesia, sed Curia Romana pro sacrificio praesentiam in pane
carnalem quidem sed miraculosam tamen cum monstrosis alijs figmentis:
istae inde etiam phrases & formulae usu irrepserunt & inualuerunt: panem
esse substantia, esse substantiale corpus, verum, reale etc. quod longe aliter
intellexit Antiquitas, nimirum panem esse relatiue corpus, seu symbolum esse
corporis. Ut ueniam ergo ad propositum: Si haec verba, Hoc est corpus meum,
vel, panis est corpus meum, sunt vera metonymice, sicut modo dixi, id
est, si panis est symbolum corporis: quod de simplici propositione uerum est,
de additamentis proprietatem corporis determinantibus etiam uerum est,
quia inseparabilia sunt. Vera sunt ergo hae propositiones per se, in
vero suo & genuino intellectu, Panis est symbolum corporis quod est
substantia, uel corporis substantialis, ueri, naturalis. At priori-

bus

bus propositionibus hac forma & hoc intellectu de quo dictum Antiqui-
tas usa nunquam est, quamvis utriusque tamen seculum illud Eutychianum &
Monotheleticum, & Monophysiticum necessitatem afferre debuisset ac
potuisset ad asserendam & vindicandam veritatem τοῦ ὄντως corpo-
ris, quod ab his destruebatur: A pontificijs vero deinceps posteriore sen-
su illae nec fabricatae nec usurpatae sunt; sed alio prorsus, id est acco-
modato firmandae praesentiae commentitiae in pane. Nec hoc tantum pro-
miscue nunc admittuntur etiam aut tolerantur ab Antagonistis: quia
de hoc ipso disceptatio est. Cur nos ergo in tanta luce veritatis volu-
mus tueri ac defendere, aut retinere? imo cur manifeste damnare
ac rejicere non volumus? cum & Paulo & toti vetustati ignotae prove-
nerint ex transsubstantiationis commento ac mendacio, neque ad hoc pro-
sint ut veritatem corporis Christi astruant, quo testimonio ante Suermerica
deliria non fuit opus nobis, sed ut idolum missae ac sacrificij, toler-
timatque superstitiones & horrendos abusus illum missae tum consecrati pa-
nis, & carnis ipsius sacrae stabiliant? Quid obsecro alterutra utra-
rumque propositionum usui aliud confert, Panis est substantia corporis,
& Panis est substantiale corpus? Ex quod destruit & defigit mentes
& fidem in panem, & Christum ibi carne quaerere, ique eius usum sum
conversione orali sumi & capi docet ac persuadere satis, quam docet
& iubet

et jubet scriptura fide quaerere in cordibus sub sacramenti sigillo, quod prae-
cipit usurpari christus in memoriam sui, id est, et meritorum suorum, et suae
inhabitationis in nobis? Haeret enim in animis hominum per Lutherum con-
firmatus Pontificiorum error de praesentia in pane, et per usum panis: quem
si vos ita moderari posse existimatis, ac formulis retentis putatis lucrari
vos hoc pallio sophistico et falso animas Christo posse a fascino erroris
liberatas quo magis irretiuntur; plurimum erratis, et errare nos docet
experientia. Non sunt excusabiles istae propositiones, ut sentiuntur, mul-
to minus Zanchianae. Verus est, ὁ σοφὸς εὐθυρρήμων ἐστί· πολλῷ
μᾶλλον ὁ εὐσεβής, καὶ μάλιστα ἐν συγγράφεσι. Utamur
verbis simplicibus, apertis, ac rei congruis. Sic non opus erit libellis
quibus cum necesse est, si mederi non oportuerit pharmacis solutionum aegris
sermonibus. Omittantur et caveantur ambigua. Nonne ista
glossemata: sed an talibus putas simpliciter et videres animum magis
more litigantium, quam implicare? Et quid hoc aliud est, quam πλέκειν
δι' ἐκκλησίας ἐπ' ὀνομάτων λήσειν? Utinam recte explica-
retur praesentia totius divinitatis in ministerio, quae est, Primum:
omnium personarum, patris, filii Dei et hominis, et spiritus sancti. Se-
cundo: ordinata verbo in ordine ministerii, liturgica, id est actione
et efficacia liturgica, in quibus vult, qua et quanta vult, varius modi,

id est

id est, eadem in Sacramentis & verbo: non extraordinaria, miraculosa, multo minus Stoica, Enthusiastica, Physica, Hyperphysica, Magica, sed spiritualis, rationalis, mystica. Tertio: ordinata, propter hominem, & in solo homine, non ulla in re alia. Quarto: in actione tantum, id est, in ordinato & legitimo usu mediorum verbi vocalis, & Symbolorum visibilium in Sacramentis, secundum ordinem verbi ac promissionem. Quinto: in homine, non ut trunco, non ut bruto, & multis sese habente prorsus passive, quod ignotissimum est Ecclesiis: sed ut in creatura rationali, per virtutem divinam & afflatam, liberrimam tamen, Spiritus Sancti, in usu & meditatione verbi & Sacramentorum, per Spiritum Sanctum, & in lucta perpetua cum carne, diabolo, & mundo &c. Sexto: Christum communicare se nobis applicatione suorum meritorum, & inhabitatione in cordibus per fidem, virtute verbi & Spiritus, Et Sacramenta sigilla esse & testimonia illius praesentiae, inhabitationis & applicationis: id est, communicationis sui & suorum beneficiorum. De his admonebunt te consignationes meae, quas mittam, cum primum a Monacino recepero, qui diutius meas opiniones apud se retinet. Haec explicata talia sunt, ut intelligi possint, & ut non tantum erudiant & confirment homines, sed excitent, acuantque curam, studium, & vigilantiam & assiduitatem in discenda

&

exercenda doctrina, fide, invocatione, obedientia nova, & aliis praeceptis divinitus. Legens Allobrogum conflictus cum Volaterrano, haec ubique desidero, quibus declaratis pleraque huius sponte essent corruitura. Sed de his satis. Redeo ad Nasonem, in cuius scripti reprehensione, quae tu de illo commemoras. Vides ἀνίατον εἶναι καὶ ἀνήκεστον, quales sunt οἱ πε- ρὶ τὴν πίστιν ἐναυαγηκότες, quorum in Apostatarum semper rabies maior esse solet, quam aliorum errantium. Quomodo compesci potest nisi a Magistratu, si scriptis nostris non emendatur, non reperio. Legi nuper in Reverendi D. Bezae Commentario super novum Testamentum in historia institutionis Coenae, panem & vinum in Coena qualitate mutari, quia fiant symbola. Si qualitate mutantur, quid dissentit cum Volaterrano, qui nihil aliud urget quam symbola vim novam induere, per pontificum preces. Omne illud inde oritur, quod non recte explicatur praesentia in ministerio. Non qualitate, sed relatione mutantur panis & vinum, id est, ut praeclare & perspicue Philippus, instituto ordine & mandato divino transferuntur ad usum spiritualem, quem fides quaerit & intuetur in verbo, diversum a Physico & prophano. Et virtus signorum seu mediorum omnis est a verbo: Inde sacramenta sunt verbum visibile. Theodoretus inquit, ὁ ἄρτος τὴν φύσιν οὐ μετα- βαλὼν, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστιθείς. Nec substantia,

nec

ne qualitatibus fit mutatio, nisi impressionem accidentariam finge-
re velimus, qualis est caloris ab igne in aquam frigidam. Sed nulla
talis fit, & comminisci aliquam seu veram seu accidentariam repug-
nat ordini & efficaciae ministerij & scripturae. Eadem est ratio me-
diorum in Sacramentis, quae vocis sonantis naturam est. Sed de his le-
ges in meis Coniugationibus, quibus ne careas, mutato consilio inter
scribendum, decrevi ad te mittere coniugationem primam meam ma
nu factam: Sed remorabitur illa te inter legendum. Tu tamen dabis
operam, ut recipiam. Bene & feliciter vale. 15 februar. Iuliani
Anno 89. Salutem omnibus amicis opto plurimam, & tuae con
iugi, ac toti domestico Collegio. Inprimis salutat te etiam & tu-
am mea uxor reverenter.

Casp. Peucerus.

Quae de anima & corpore opposuisti volaterrano recta erunt; Unum
discrepat a me, quod ego animam, dum est in corpore, ad suas etiam
actiones proprias existimo uti corporis organis, multis argumentis a
posteriore, seu ab effectis: quod tamen nullo modo patrocinatur Sadeel-
lo. Dissimilitudo enim summa, quod organa corporis imper-
fecta in suis actionibus proprijs perfectionem ab anima accipiant, ut
sint organa, ad ea ministeria idonea, quibus animae serviant, ut in

oculo

oculo luceant species visibiles, in aure sonent soni: & illa ipsa vis non in-
esset, nisi et suam ante haberet constitutionem idoneam huic tali respondere.
Non impertit anima suâ propriâ organo, sed eam vim à quâ habere perfec-
tionem, innata huic aliorum ex temperamento, quâ servit animae.

Fragmentum Epistolae scriptae à Viro Nobili Tychone Brahe Dano: ad V. Cl. dn. D. Casparum Peucerum

&c. Cum vero in custodiae illius mentionem incidimus, referam ea
quae in libro quodam nostro genethliaco, à me, cum Lipsiae ante annos
plus minus viginti quatuor operam literis darem, apud huius genesis sche-
ma annotata invenio. Tum .n. circa praedictiones verum astrologicas &
genethliacas peculiarum constitutionibus paulo curiosius addictus, quas tamen
postea increscente aetate & iudicio, praesertim quod siderum motus ipsos sy-
derum in tabulis se non recte habere, exposui, & ad observationem emen-
dationemque molitum me totum magno conamine contuli. Reperio
autem ibidem sic olim scriptum. ☿ [illegible] signo Tauri, & in tertia domo ori-
entalis, liberque à radijs ☉lis ♄na existente in II signo ☿li, &
praesertim in nona domo, cui etiam ☿ius praeest, ingenium acre &
profundum, laborisque patiens, & arduum iudicium designat. Postea
subiungebatur: Sed ☾na iuxta cuspidem nonae damnato □to

Tauri

♄ni & △ᵘ brevi ♂tis magnum aliquid mali insinuat, idque causa religionis, ob nonam domum: ingenij ob Ⅱ signum ☿le: mulieris alicuius illustris ob ☽nam ipsam, quae etiam illustribus fixis, sed nimis coniuncta. Deinde de captivitate haec verba adscripseram. ♂ domi nus septimi loci in duodecima, inque suo detrimento constitutus, & ictus per antisciam partem ♄i lethis, carcerem vel exilium diuturnum significat. Et quia ♂ damnat ☿um per □m e duodecima, id damni occasione studiorum & ingenij denotat. Sed cum ☽ra directionis via pervenerit ad ⚹em ♂is in 14 ♌ in MC, per mortem vel Martialem aliquem hominem liberabitur & restituetur in integrum, idque iuxta annum aetatis LXmum. Subinnuerant insuper, Cauda Draconis in medio Coeli iuxta Arabum placita, deiectionem ab honoribus & dignitatibus notat, praeterim cum sit in signo solari, hoc existente depresso, & nullae benefica stellae sint in angulis, sed ambae cadentes. Haec, inquam, tunc temporis, infra figuram celestem tuae nativitatis annotaveram: quae non ob id nunc refero, quod tuae distinctae calamitatis causam in sola astra reijcere velim, nimium tribuendo his astrologicis indicationibus: sed saltem ut tibi obiter significarem quid olim hac de re, cum bisce praedictionibus imperitius accipere clarus mandarim. Sic quantum concedendum sit Astrologicis

gius convictivis, nec eas plurimum suspicio, neq. etiam nimium contemno, in quorum vtroq à plerisq. etiam eruditioribus peccatur. Si contineatur haec ars intra suas metas, significationes quasdam non ineptas, neq. vbiq. friuolas & cognitu non inutiles suppeditat. Sunt tamen plurimae aliae euentuum concurrentes causae ex inferioris mundi, & in ijs q in hoc tumultuose geruntur occasionibus prouenientes. Super oia vero Deus ipse autor vniuersi tamq prima & vniuersalis causa liberrime agit, secundarias atq. causas, siue superioris siue inferioris mundi, pro suo arbitrio disponit & moderatur. 13 Sept. 1588

Ad D Tychonem Brahe Danum Mathemat. Cl. Virum Nobiliss.

S D Magna cum laetitia accepi, cum maiore voluptate legi tuas tuas, Vir nunc nobilis, & adiuncta illis τὰ ἀποσπασθέντα scripta, quibus erudito & artificibus summis digno examine confertis σύνταξιν, περὶ οὗ vestras Illmus princeps Landgrauius Hassiae Wilhelmus & Tu: sed tenius hz operlint. Abs te enim emissa Vraniburgi (quod Vranoscopiam vocare soles, ut speculam caeli) 13 Septemb. Ao 86, peruenerunt ad me demum vltima Januarij Juliani anno sequente 89. Vbi latuerint aut haeserint, & quorum culpa nescio. Tardius nunc ut ego respondeo, destitutus occationibus & copia eorum, qui tuto ac mature perferant. His nunc politis, aduenisti ad nos

Ill

Illustrissimi principis Dnis Holsatiae Joannis [?] volui satisfacere & tibi
et Magco Dn. Henrico Ranzovio, quantum potui, in hac extremitate &
carceribus debilitate virium ingenij & memoriae, qui tam diu a libris
& studijs Astronomicis abfui, afflictaq. corporis valetudine, & in his occu-
pationibus, quibus nunc etiam obruor. Primum autem gratias tibi ago
quas debeo & possum, quod tam accurate mihi exponis occasionem,
historiam, & rationem tuarum observationum & hypothesium, in quibus
vere affirmo me non reperire quod desiderem. Haereo alicubi, ut
in luminaribus, Nimirum cum illa circummajas circuli terrae ho-
mocentricis (quibus et orbibus ut commodius sic rectius & verius
stetis) utrum anomaliam apparentem in eis, eadem qua in alijs
planetis quinq. ratione, (quibus Solem statuis centrum) per circel-
los duos parvos expedire velis Copernicco exemplo, quod probas in
Luna, in qua ille duobus epicyclis usus est, a quibus tu abhorres,
An vero alia qua mihi non occurrit. Reliqua ita plana, ex-
plicata, & perspicua esse iudico, & ad doctrinae Astronomicae, et Phi-
losophiae facilitatem tam accommodata, ut me fateri oporteat, Vete-
rum hypotheses si his conferantur labyrinthos videri, illa orbium
dissimilium varietate & multitudine nimia, qua tamen non asse-
quuntur quod promittunt, experientia docet. Totum aetheriae regionis
tractum

tractum, stellarum corporibus exceptis, tenuissima constare aetherea substan
tia, purissimaq. et radijs omnibus pervia, eaq. liquida & fluida, divinae
sapientiae verbo caelesti patefactae testimonia non dubie contra philosophos de
monstrant. Quam mihi sententiam persuadent & confirmant non illa tan„
tum ante prolata e scriptura dicta, sed multo plura alia. Moisi enim
1 Genes. caelum expansum quiddam est. Id significat enim vox Ebrea
Rakia, idest, quiddam ἀραιῶσαι καὶ λεπτῦναι κατὰ διάκρισιν in
tam fusum & dilatatum expansum immenso in corpus δυνάμει διαφανές
quod luce accensa ac diffusa creatione factum est διαφανές ἐνεργείᾳ.
Diffusam hanc lucem omnipotentia opificis summi postea die quarto
alterutrum mutuis coegit, augmentavit & digessit κατὰ σύγκρισιν
in luminarium ac stellarum distincta corpora. Septuaginta interpre
tes verterunt στερέωμα: Unde firmamenti manavit appellatio. Utraq.
appellatione indicari existimo cum repagula illa admiranda, nobisq.
inexplorata, quibus moles aquarum orbi creato circumfusa sustinetur
ac coercetur, tum hoc nobis obvium & sensibus omnibus a philosophis
etiam agnitum ἀμετάβλητον regionis aethereae, quod ipse Aristoteles
inter secundas causas induxit τὴν ἀναστροφήν, ἀπὸ τῆς φύσεως
distinctam, ac diversam. Nec aliud per aeneos caelos voluit Hiobus.
Fortasse quia respexerunt ad peculiarem tunc & vulgo creditam ex

Commentus

commentis philosophorum in Assyria & Aegypto opinionem de orbib. Coelestib.
Interpretes, ex consuetudine vulgi, huic veritatem, ut saepe fit, vocabulum
accommodaverunt. Cum hebraeo enim non congruit. Talem autem coeli expan
sum distractumq. ac dilatationem perpetuo scriptura repetit & inculcat.
Esai: 45: Manus meae tetenderunt coelos. Esai. 44. Ego sum dominus
faciens omnia, extendens coelos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.
Iob 9. Qui extendit coelos solus. Ierem 10 & psal 135 Qui praeparat
orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit coelos. Extensionem
illam autem quae solius omnipotentiae opus est, ejusque exordio facta
ab aquis terrae circumdatis, quae τῶν διαφανῶν sunt quasi principium,
sed admixtae terrenae concretionis sordibus atq. umbris densum & opacum,
quibus in halitum fusis, & halitu illo magis magisque semper atte-
nuato perpurgatoque, ac cum polito & disjuncto, usque ad illam tenuitatem
& puritatem quae recipiendae luci purissimae subiectum fuit idoneum,
stabile & perenne, omnemque illum immensum coeli tractum Scriptu-
ra docet, ratio etiam & experientia convincit. Ejusque non assequitur ullo
modo attenuationis purgationisq. rationem & subtilitati immotae
constas. Neq. usquam legitur quod in concretum, solidum, compactum
& impervium systema fluidum illud & aerium corpus unquam coi-
verit & coaluerit κατὰ συμπίεσιν & πῆξιν. Imo testimonia
Scriptura

scripturae expressa per omnia & in omnibus adversantur, quae praeterea. Ut
taceam cataractas aquarum, ascensus ac descensus, accessus ad thronum
aeternae majestatis ac recessus commemoratos in bibliis, quos nullibi pia
Antiquitas ὁράματα aut φανερώσεις tantum φανταστικὰς & imagi-
narias, ut multi nunc somniant, sed actus veros ac historicos de iisdem
narrationes esse credidit constanter. Quod ex Castalionis versione
cites (quam mihi non lectam, a plerisque tamen parum probari intelli-
go) id textus hebraeus etiam habet, & ex psal: 104 videtur ab Esaia
desumptum. Verba psalmi sunt: Extendens caelos sicut pellem: quae cum
membrana sensu idem est. Ego vero & Esaiae illud sane de caeli ter-
raeque corruptione, qua fiet renovatio utriusque, ad naturam utriusque
recte applicari posse existimo, cum dicit propheta: Caeli sicut fumus li-
quescent: Terra sicut vestimentum atteretur. Caeli liquescent ut
fumus, aut evanescent, quia sunt veluti fumus expertes soliditatis con-
cretae: Terra crassa & solida atteretur. Maneo itaque in eadem
tecum sententia, aetheream regionem totam impleri non contextu &
compage διαφανῶν seu pellucidorum orbium, qui concretae materiae
perspicuitate & soliditate crystalli similes sunt etsi & his comparentur,
non tamen soliditatis, sed perspicuitatis ratione: Sed sua quadam sub-
tilissima & purissima substantia, quae aere a quo propagata est, te-

nuior

nūier multo sincerioq., & ab infusa luce perfectior est, quam complexu
continent atq. coercent suo circumfusae densae nubes & aquae circumfluae.
A quibus Hebraei caelum nominant Schamaim, idest ibi aquae. De his
aquis clara sunt & indubitata testimonia doctrinae sacrae. Gen. 1. Fecit
Deus firmamentum, & divisit aquas sub firmamento ab his quae erant
supra firmamentum. Vocavitq. firmamentum caelum. Gen 7. in historia
diluvij: Abyssi terrae rupti sunt, & cataractae caeli apertae sunt, &
facta est pluvia super terram. Esa: 24. Quia cataractae caeli aper-
tae sunt, & concutientur fundamenta terrae. Psal. 18. Posuit tene-
bras latibulum suum: In circuitu tabernaculi sui tenebrosam aquam
& densas nubes. Psal. 104. Qui contignat in aquis tabernacula sua.
Quod aetherea regio circumfluis aquis summo extimoq. ambitu inun-
det: quod nubibus densis operta sit atq. obscurata: quod interfluentes
nubes etiam et aquae sedem supremam majestatis divinae a creatis
subtusq. conclusis, intraq. caeli ambitum, circumflexu huius comprehensis
rebus universis diriment. Cur dubitarem, intuens auctoritatem & fidem
immotam divinae Veritatis patefactae? Sed quae sint illa repagula
aut firmamenta, quae cataractae, quae clausae caelestes aquas pendu-
las in sublimi sua natura graves & nullo corpore suo nitentes de-
orsum detinent; quae laxatae itidem aut adapertae easdem profundunt,

ut in

ut in diluvio: nec scriptura prodidit, nec philosophorum quisque argutis
ingenij coniecturis pervestigabit. Nec magis hoc perscrutabitur quisquam, quam
explicatum est a quoquam, quomodo suis sese fultibus in medio mundi libret
immotum terreni globi pondus. Nihil moror philosophorum quaestio-
nibus percontantibus, utrum terra? utrum caelum sit in loco per se
vel per accidens? quia extra caelum non sit locus. Sed assentior scrip-
turae, quae induit & cooperit systema mundi aquarum mole, fortasse
si non omne undique, nubium tamen involucris omne: quae & con-
tentum esse docet nobis inexploratum, sed certum tamen & admirandum
augusta recessuque inter superna & infima, inter aquas etiam caelestes & imas:
quae denique aquarum & nubium obscura tenebrositate docet secludi
aeternam sedem majestatis divinae aeterna luce plenam, in qua crea-
turis inaccessa habitat divinitas, a luce & sede creata inferiorum.
Quid enim hic est in biblijs manifestius? Ratiocinor inde & multa
de causis eorum quae in caelo creato nobis occurrunt, ut de caeli
colore sapphirino, qui interdiu noctuque caelo sereno conspicitur, dissimiliter
tamen, clarius & lucidius die, obscurius nocte: de dissimilibus
caeli partibus, de via lactea, quibus nemini leges & dogmata fero,
sed coniecturas recito, ex Dei verbo, relinquens expendendum cuiq-
tis utrum latere fidem, an philosophorum rationibus credat. Colorem

caeli

cæli saphirinum coniicio non esse aliunde quam ex aquis & nubibus superius
perfusis & tinctis illa cælesti superna luce, quæ nobis tanto affulget purior
& nitidior, quo cælum nostrum splendet clarius. Inde etiam esse iudico, quicquid
tenebrosum in octavo orbe, noctis presertim, cælo limpidiore cernitur. Nec
video quas alias Philosophi caussas proferre possint. Neutiquam enim sufficiunt
quæ ab ætherea luce creata intra cælum petuntur, ut maxime constituantur
in cælo orbes solidi, concreti, pellucidi, quos immissa et fracta lux luminarium
& stellarum suo splendore imbutos cæruleo colore tingit, sicut sparsi per
aquam radii solis marinas aquas. Unde erit enim illa umbrosa tenebrosi-
tas quæ supra octavum orbem sistit ac finit visum, eousque primo & nos-
quam impedito exitu, cælo puro penetrantem? Viam lacteam
autem coniicio esse rariores partes seu nubium seu aquarum cælestium
seu repagulorum, vel horum omnium per quas superorum interiorum & æ-
ternum lumen penetrat aut pellucet radiatum, evidentius quam in densio-
ribus et obscurioribus. Nec assentior philosophorum somniis qui illam
fingunt esse confusum consortium luminum multarum & parvarum stella-
rum, quas propter exilitatem prospectus oculorum consequi ac discernere
nequeat. Malo enim cum scriptura, & ex hac ipsa philosophari quam cum
philosophis rerum divinarum imperitis hanc contra nugari: in iis præ-
sertim

sertim, in quibus aut haerent plane, aut penitus caecutiunt, aut comminiscuntur
& attimore pro certis ac veris hypotheses veritati caelesti adversas, quod ex
emplo veterum Copernicus fecit in mobilitate terrae. Propter has cogitationes
ex Dei verbo, in literis ad Magnificum D. Henricum RanZouium, movi du
bium illud in hypothesibus tuis de caeli vastitate, non quod hoc alicuius
momenti esse censerem, aut hoc quod non considerarem & quo me admones,
sed ut ostenderem me de octavo orbe & contigua sede cum hoc planetarum
aliquid a philosophis diversum reperire. Non imaginor .n. octavum or-
bem unum quendam cavum orbem esse, cuius superficiei inerrantes stel-
lae infixae sint: Sed has mirando consilio & inenarrabili sapientia divi-
na per supremum, nubibusq. & aquis caelestibus proximum, latissime pa-
tens tamen & profunde se demittens spacium eo ordine, sedibus certis fi-
xisq distributas esse, quo consistere & circumferri uno impetu inter se
immotae intervallis cernantur, non eadem positu tamen. Supremi caeli
respectu, nec eadem a terris distantia, qd totum spacium per octavo orbe est.
Sed quod obiicient philosophi; si orbes non sunt: si stellae partes or-
bium non sunt, unde pendebunt in sua regione, & qua vi, quo mo-
do circumvehentur? Respondeo, Si Aristoteles, qui orbibus eas
affigit ac circumducit, Noêo illi tamen suas intelligentias af
fingit, cur nos recte de Dei operibus edocti non multo magis tribue-
remq

remus Deo opifici laudem in structura operis imperuestigabilis sapientiae
& potentiae imperuestigabilis? Cur non statueremus motus stellarum
admiranda & imperscrutabili sapientia diuina regi, qua conditi sunt?
Cur non fateremur ἀνεξερεύνητα esse opera Dei? Concludens itaque
hanc epistolae partem acquiesco tecum in circulis. In obseruationi-
bus autem hoc requiro, cum te ♂ ἀκρόνυχον ἐν περιγείῳ in
Solis diametro intelligo multo humiliorem Sole reperisse: Utrum etiam
duos inferiores ♀ et ☿ ἀποστιλάτους, ut pro certo compertoque
statuis, Sole deprehenderis altiores? quod & de Cometa viso Anno 77
affirmas. Quae enim de 72 anni Cometa, quem tunc meo more
Caelum assidue sub noctem & auroram contemplans nostris primum
ostendi, de illo ergo quae edidisti visa mihi nondum sunt. Inquisiui
in de illis secundae partis titulo admonitus, & ab amicis, sed consequi
non potui. Scis fundamentum doctrinae Astronomicae esse certitudi-
nem obseruationum, eoque magis miror, quod ex mei praeceptoris
Erasmi Reinholdi tabulis ante mihi non animaduersum, de canonibus
mediorum motuum, ac προσθαφαιρέσεων posses. Quid sunt enim
προσθαφαιρέσεις, nisi discrimen inter uerum apparentiam aequalem, &
mediam inaequalem? Id vero discrimen quomodo exacte constituetur,
si medii motus exacte definiti & cum obseruatis ueris comparati non
sint?

sint! Memini magnos etiam Astronomos obseruationes in Copernico desi-
derasse, qui suspicabantur nec satis diligentem illum in hoc genere, quod
praecipuum est, fuisse, nec tantum obseruationum habuisse quantum operi
tanto conficiendo fuit opus. In te vero nihil horum quisquam merito accusabit,
qui tot modis totiesq. variatis & emendatis, ubi necesse fuit, organis
idem toties summa cura expertus es. Inprimis vero laudo exquisitum
accuratumq. studium tuum in discrepantia notanda quam parallaxes &
διακλάσεις seu fractiones per vapores densiores pariunt, qua in re
nemo omnium ex veteribus etiam aliqui satis diligentes fuerint, confisi fortas-
sis nimium serenitati & puritati caeli australis, soli propioris. Inerr-
rantium examen & emendatio per τηρήσεις, paucis exceptis, quae
Ecliptica vicinae sunt, nemini admodum curae fuit inde itaq. ab illis de-
scriptionibus quae Hipparcho tribuuntur. In his insigne inuenio a vete-
rum notatione discrimen consentientibus obseruatis vestris Illustrissimi
Landgrafij & tuis hoc magis gaudeo, quo plus referre existimo ut
illarum sedes, saltem praecipuarum sint exquisite, certoq. designatae.
Distributionem operis quod instituis, valde probo. Nec minus ingeniosa
inuenta, quae ad compendiosam facilemq. ἐπίδοσιν πρὸς motuum ap-
parentium vel ex solo triangulorum canone promittis. Utinam vi-
uam tuo diu, ut cognoscam quomodo consentiens experientia comprobet
ac stabiliat illam, quam hypothesibus tuis condis nouam fabricam
in

in maximis et mirandis Dei operibus, quibus quantum de summa illa Dei sapientia consequuti simus, intellegemus tunc, quando αὐτόπται coram opera ipsa aspiciemus. Francisci Valesij Hispani nec nomen novi antea, nec legi librum: Sed quae ex illo commemoras, mihi talia videntur, ut refutatione nec argutam nec operosa indigeant. Absurdius est quod caelum ex elementis quatuor constat, cui praeter ἀμετακίνητον ἀδιαφορίαν Philosophi omnes essentiam quintam, etiam solidiorem ab elementis tribuerunt: Nec reperirunt quomodo τὸ διαφανὲς ἐνεργείᾳ seu natura sua & actu lucidum ex elementis deducerent aut demonstrarent. Anno Christo fui Casellis apud Illustrissimum principem Wilhelmum Landgrafium, Dominum & benefactorem meum clementissimum, ubi magna cum voluptate spectavi & consideravi instrumenta, quibus ad observationes ipse utitur. Sextantem inprimis, ex tua, quantum intelligo, officina profectum & ibidem natum. Experiri vim & usum propter temporis brevitatem, & copiam ac varietatem rerum quae mihi ostendebantur, ut optarem, non potui. Nec scio an possim in hoc genere quid praestare amplius, oculorum acie mire hebescente. Literas vero ultro citroque scriptas inter vos, quas mecum humanissime communicasti, inspexi accurate, nondum perlegi, quod faciam quamprimum ne careo aliqua parte illarum operarum quibus nunc occupor & exerceor. Credo mihi ex genethliaco meo themate ante

tot annos praesagijsti, nimis verus vates, sic evenerunt ut praesagijsti.
horum ego nonnulla, exilium praesertim, mei etiam fati sensu & moni
tu aliorum prospexi ac metui: Sed tu omnia, causas etiam & occa
siones melius & integrius: Eoque magis tuam excellentiam ingenij tui
in omnium artium, ac praesertim disciplinarum mathematicarum
genere, tum vero inprimis in prognostico seu ἀστρολογίαν etiam a Graecis
vocari [illegible] admiror. Non illa magis contemnenda judicio tu
dita & rationibus atque experientia nixa praedicta, cum sint in conditis
a Deo operibus creata simul & ordinata ad naturae totius & singula
rum partium utilitatem & physicam gubernationem vestigia sapientiae
documenta providentiae, & testimonia potentiae divinae: Leges coniectu
ras & praesagia Astrologicorum. Plus scientiae de illis, plus studij &
diligentiae in plerisque quam tractant, & verum magis solidum & sanum
reperio in plurimis. Illa infitiari quae δόξαν habent καὶ περιεργ
est derogando ordini & virtuti operum divinorum contumelia Deum
afficere. Neque existimemus casu aut temere alios alio siderum posi
tu in lucem edi, etsi frequentius homines significati syderum dele
riores vita & moribus, infeliciores eventu ac successibus: raro me
liores evadunt ac deprehenduntur aut feliciores. Tu vero praeclare
fecisti; quod non repudiasti quidem, sed intermisisti prognostica, ad
divinas illas, divinaeque sapientiae plenas artes totis te viribus conver
tisti

listi, ingeniique acumine & aliis geometricis atque arithmeticis ad ipsorum side-
rum praesentem quasi contuitum, motuumque exploratione emulasti ac pene-
trasti; quae te nobilitabunt ad omnem posteritatem. Mirifice tamen & mihi &
doctis omnibus, quibus excellens prognosticon tuum placet, atque eo communi-
cato mecum, ut de aliis gratiam me tibi eximiam debere agnosco. De
ditione epistolarum tuarum ad amicos, & amicorum ad te, cum non
vehementer probarem consilium Mag. D. Henrici Ranzovii, cur tam non
reperio. Quanquam enim ipsum esse & te autorem operis satis cuique commen-
dabit: tamen plus autoritatis, fidei, studiique utrique libro illa publicatio
adiunget. Et innotescet palam quantum industriae, operae, vigiliarum
& sumptuum impenderis, & quantopere tibi cura fuerit aliorum
etiam consulere & excitare iudicia, quantumque tuum antecellat. Ad-
do hoc etiam, me paucis diebus ante has literas scriptas, procurante D.
Ranzovio, accepisse aeneam ἰχνογραφίαν & fabricam hypothesium tuarum
in cuius consideratione pleraque tua intellexi plenius, uno haerente de cir-
culis, quod si in luminaribus, ut planetis quinque, observas, nihil deside-
ro. Bene & feliciter vale, meque te vehementer amantem & colentem propter
singulares & eximias dotes divinas, quibus divinitus excitatum te video
& dico esse ad hanc mathematicae doctrinae partem illustrandam & absol-
vendam, quam ego maximi feci semper, cumque admiratione & volup-
tate colui, sed avocatus aliis studiis nimis cito e manibus deposui,

ne tamen

udama. Data Dessa 10 die Maij Juliani, Anno 1589

Caspar Peucerus.

Generosa nobilitate, indole praeclara, doctrina et virtute praestantibus, Nicolao, Christophoro, Si-gismundo & Francisco a Burckhausen fratribus: amicis & patronis suis reverenter colendis.

S. D. Generosa nobilitate, paternaeq. laudis haereditate, ac sua indole dotibusq. suis praestantes Burckhausij fratres: Una vobis omnibus epistola respondeo, quod singulis per occupationes non licet. Gratissimae mihi fuerunt literae vestrae, cum propter memoriam Viri praestantissimi patris vestri, quem eximijs pietatis sincerae, doctrinae multiplicis, pru-dentiae salutaris, ac plurimarum virtutum ornamentis, sapientiaeq. ac iustae gubernationis laude excellentem reverenter colui: tum propter illustria vestigia ac documenta earundem omnium ab illo ita propa-gata in vos filios, ut cum illo certissimis argumentis egregiorum pro-fectuum certare iam incipiatis, suo quisq. vestrum supra aetatem loco atq. ordine. Exemplo comprobatis vestro Amphiarai illud apud Pindarum. Φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα. Generosi parentum animi natura & in filijs eminent. Veru na-ri autem horum semina ortu primo á parentibus teste Plutarchus censet. ἐν ταῖς σπερμάτων ὀλίγαις ῥοπαῖς καὶ τὰ τῶν ἀ-

ρε

ρετῶν συῤῥέουσι. Cum paruis seminum guttulis & virtutum se-
mina ac rudimenta vehuntur. Sed non fit hoc nisi benedictione ac
virtute diuina, quae ijs solis contingit, qui serio sincereq. studio veri-
tatem & gloriam Dei quaerunt, rebusq. humanis omnibus anteferunt:
Consentienti perpetuoq. scripturae totius testimonio; A quo ne Ethnico-
rum quidem saniorum iudicia discrepant. Τὰ δ᾽ οὐκ ἐπ᾽ ἀν-
δρασι κεῖται, inquit Pindarus, δαίμων δὲ παρίσχει: Non sunt
haec in viribus humanis posita: Sed praebet Deus. Item ὅταν αἴ-
γλα διόσδοτος ἔλθῃ, λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν καὶ
μείλιχος αἰών. Quando diuinitus affulget lux, tunc splendet ho-
minum gloria, vitaq. tranquilla est ac diuturna. Talem vobis
splendorem à patre partum ac relictum, cum ardore vos filij atq cu-
mulare studeatis, felicitatem hanc vobis à Deo toto pectore gratulor, pre-
corq. Deum vt vobis adsit perpetuo, praestetq. ut praeclare apta praecla-
riis prospero, florentiq. vitae cursu absoluatis. Me vobis commen-
datum esse ac manere cupio: quibus cum amicitiam veluti haeredi-
tate paterna in vos deuolutam colere, quoad vixero, beneuolentiae testi-
monijs & officijs quibus potero, ad posteritatem ipsam vsq. non desi-
nam. Bene & feliciter valete. pridie Natalis Dominj in Cal-
sulano Anno 1589. Salutem opto vicissim reuerenter inclytae

D

D matri et familiae vestrae, cum voto serio, ut annum venientem velit Deus omnibus vobis felicem esse, tranquillum, salutarem & affluentem benedictionibus divinis. Caspar Peucerus D.

Clarissimo doctrina, prudentia et virtute viro Mattheo Dressero, philosophiae & Medicinae Doctori, ac graecae linguae professori publico in Academia Lipsica, amico colendo.

S. D. Quae tribuis mihi literis tuis, ex amore mei proficisci iudico. Ego vero illa mihi nequaquam arrogo. Sed si qua inde est gloria mea, omnem illam in hoc pono, quod me dignatus est Deus misericordiae ac veritatis suae exemplum ac testimonium Ecclesiae proponere. Nec meritis tribuo meis, nec viribus pertulisse, quae sustinui. Sed debeo & accepta fero omnia τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ: cuius est causa, qui et me corroboravit κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς. Idem ille ut est & suae vindex, sic erit denique κριτὴς ἐν δίκῃ, ut suae veritatis et gloriae, sic meae innocentiae. Utinam fiat hoc cum tranquillitate & salute harum terrarum. Mihi nunc satis est de me falso sparsa refutasse in me vivo rei veritatem quae toti orbi innotuit. Ἡ δὲ ἔτι καὶ νῦν κεκαλυμμένη ἐστί, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις

κεκα-

κεκαλυμμένα ἐστὶ, scandalum Paulum, ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος
τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι
αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ,
ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ. In Ecclesiam autem & scholas quis ex
facta mutatione fructus redundavit, in omnib. doctrinarum partibus an-
te oculos est. Damnum conspicio & ruinam: Remedia ἀναληπτικὰ
nulla reperio. Mihi tamen dubium non est, Melanthoniana mansura
esse si quid eruditae doctrinae superfuerit, & Aristotelica, quibus ille
legitime excoluit atque illustravit, ideo adhuc ita ἐπιπολάζειν, ut
ab eruditis omnium gentium in doctrinarum tractatione usurpentur.
Solis nobis Germanis sordent, οἷς μὲν ἔθος ἐστὶν αἰσχύνειν τὰ
ἐπιχώρια, παπταίνειν δὲ τὰ πόρσω. μεταμώνιά τε θηρεύ-
ειν ἀκράντοις ἐλπίσιν. τοῦτο δὲ τὸ φῦλον, κατὰ Πίνδαρον,
ματαιότατον. Sed de his coram cum libris tecum colloqui malim. Ἑ-
νὸς ἀτόπου δοθέντος ἕπεται πολλά. Bene & feliciter
Vale. 3 Ianuar. Iul. Ao 90. Caspar Peucerus D.

Expecto quid responsurj sint Bellarmino qui petuntur nomina-
tim. de translatione Imperij Romanj à Graecis ad Francos & Germanos.

Ad FRIDERICUM PALATINUM
Electoratus Haeredem.

Interea.

Epistola prima.

Inter ea, quae cum liberatione mea petivi ardenter & assidue a Miseri-
corde Deo & patre Domini nostri καὶ σωτῆρος Iesu Christi, toto tempore carceris
mei, fuit hoc votum praecipuum, ut si ita illi placeat, restituto mihi quo
vellet loco in Ecclesia sua det cum vera laetitia & perpetua gratiarum-
actione, spectare ac celebrare Victoriam Veritatis et gloriae filij sui Iesu
Christi. a discussa ac depulsa caligine densissimarum nubium quae obru-
ebant lucem Veritatis aeternae & simul tempestatum ac procellarum quae
saeviebant hinc propter in orthodoxos testes ac Vindices Veritatis tan-
to cum impetu, ut extinctum viderentur omnes uno ictu: (Quorum
in numero erat, qui nullis unquam seculis laudari satis potest a magni-
tudine divini spiritus contemnentis odia, insidias & pericula, Avus
Cels. Tuae:) fruj denique orthodoxorum conspectu, colloquijs, conso-
latione mutua, & commemoratione cum gaudio eorum quae quisque
suo loco in his tam atrocibus, tam terribilium nimborum ac tempesta-
tum conceptijs sustinuisset, quae alios alijs magis ferierunt ac laeserunt.
Huius mei voti compotem factum esse singulari erga me misericordia
Dej, horis & momentis omnibus Deo gratias ago, ac nunc quidem eo
magis & ardentius, quod hoc ipso Anno contigit mihi, pio ac sincero cum
gaudio videre αὐτόπτης, patriam Soceri mej Philippi Melanthonis,
quam propter ipsum & ex ipsius honorificentissimis sermonibus, ac
Volis

voti crebrrimis, ac si mea esset: imo pro mea patria propter Ecclesiam communem, quae omnium piorum ubiq. patria est, habeo, diligo, colo que et Deo commendo precibus indesinentibus. Quod illam ergo contigit mihi videre talem qualem optavi, idest cumulatam dotibus divinis omnibus, cum florente Ecclesia et Academia, quae sonat ac tuetur ut fida testis & assertrix, lucem Veritatis cum gubernatione pia, iusta, sancta, clemente, moderata & salutari; sub principibus organis misericordiae & benedictionis divinae, ac Rectoris Spiritus sancti; Ecclesiae nutritijs & patronis, vindicibus ac defensoribus Veritatis ac iustitiae: sub optimo & laudatissimo principe Ioanne Casimiro Tutore, unoq. post Veritatis orthodoxae assertore acerrimo: & te pupillo illius, adolescente, summa ac piorum omnium laetissima cum spe in patrocinium simile, ac Vindiciam Ecclesiae, Veritatis orthodoxae & iustitiae: ad paternam veram, salutarem normam ac praecepta, assidueq. quod oculis obversatur exemplum patrui Tutoris: cura, studioq. fidelissimo & impensissimo Gubernatorum institutionis, & vitae quotidianae, in consuetudine domestica & externa Otthonis Grunradij, cui viro gravium Palatinatus vel propter Ceis T. debeat, et caetera eius merita taceam, modo non commemorato, & Dnj Hutteri: Quorum virorum non humano delectorum iudicio, sed divina provi dentia

dentia singulari tibi adiunctorum quid opera fiat ac praestetur in Ecclesia
& gubernatione, recitare nimis longum foret. Tales autem omnino sunt:
ut ob hoc divinitus excitatos esse & instrui gubernarique nemo habeat quod
dubitet. De hoc ergo beneficio divino gratias ago quantas possum ac
debitissimas indesinenter Deo, miscens perpetua vota, gemitus & suspiria:
ut illud ipsum beneficium non solum patriae Soceri mei & ab ipso
mea, auctum, confirmatumque, servet ac propaget ad longam posterita
tem, constituta ibi, cum benedictionibus huius vitae perennibus, stabili
ac diuturna sede Coeli veritatis suae, sed etiam ut T. Cels. velit esse
ac manere multis seculis illius ipsius felicitatis, quae in hac vita sum
ma est, & cui praeferre aliam nullam mens pia potest, aut debet:
Ut ergo T. Cels. suo loco & munere velit esse ac manere ut
principem populi sui & Imperij pium & salutarem: sic praecipuum
etiam Ecclesiae suae membrum, ac veritatem quam discis, quam ag
noscis, quam constanter pro aetate tua amplecteris, fovere ac pro-
pagare, retentam ac assertam adversus molitiones omnes diabolicas
& hostiles, quaecunque illae periculorum & insidiarum conatu intentantur.
Haec vota mea, a quibus primam epistolam ad T. Cels. post redi
tum meum ordiri volui, ut compleat ac perficiat filius dei ἀρχιε
ρεὺς precum nostrarum, qui προσεδρεύων ad dexteram Patris
toto

toto precor pectore. Has ipsa etiam gratias iterum ago Cels. Tuae pro clementissima voluntate, & testificatione huius erga me eximia, quam tot modis coram mihi exhibuit ac praestitit: gratitudinem declaraturus donec vixero; si alijs obsequijs non potero, precibus & votis tamen, & Epistolis frequentibus deinceps, donec vixero. Bene & feliciter valeat Cels. Tua, quam, ut feci antea, Deo commendo, inter meos gemitus & suspiria ad deum.

Cass. Concaeus D.

EIDEM PRINCIPI.

Epistola tertia.

S. D. Illustrissime princeps Elector Palatine, Domine clementissime: In proxima epistola proposui Cels. Tuae praeter gubernationes duas, Aristocraticam Judicum, Monarchicam Regum tempore in populo Dei, consideranda etiam trium primorum Regum exempla, Saulis, Davidis, & Salomonis: quibus velut in transcursu indicatis, visum fuit adhuc paucula, monendi causa, adijcere, ordiendo ab initijs Regum Saulis ac Davidis: quorum illum errore vago quaerentem amissos asinos sui patris: hunc pascentem & expedientem greges sui patris, sublatum de caulis ovium, & a tergo foetarum abductum, (ut psalmus ait) utrumque ex humili loco Deus evocat, & ad regni fastigium extollit, illustri cum testimonio ac preconio, Tradi regna

& gubernaci

et conservari a Deo ijs, quibus vult. In ipso statu nomen utriusque, cum vocarentur, omen etiam ac praesagium inest secuturi eventus. Sed & mutationis gubernationum, atque universim eversionis et amissionis regnorum causae conferuntur in peccata gubernatorum ac populi. Et gubernatorum quidem multo magis, qui exemplis vitae impiae ac flagitiosae, tyrannidis, idolatriae, & libidinum plus nocent tacite quam palam legibus aut decretis impijs vel iniustis. Verissimi sunt versus Claudiani: Non sic inflectere sensus humanos edicta valent, ut vita regentium. Item: Regis ad exemplum totus componitur orbis. Causa mutatae Aristocratiae in Monarchiam tribuitur improbitati filiorum Samuelis prophetae, cuius pertaesa gens Israelitica (ut vicissitudinis perpetuae, qua Deus tanquam caput ac rector summus designabat quos ipse volebat iudices, & e qua libebat ipsi stirpe excitos) deposcebat Regem, qui per posteros, haereditario ordine iure succedentes potiretur summo imperio, et res domi forisque ac bello pacique communes administraret. Saul accusatur contumacis inobedientiae, de qua dicitur: Neglectionem affectatam, aut contumacem contemptum praeceptorum divinorum, non minus esse peccatum quam idolorum cultum. Salomon fit idolatra & cum hoc peccato moritur. Paria sunt itaque peccata utriusque de hac scripturae sententia: Exitus

Epistola tertia.

vero

vere par quidem non est. Saul enim desperatione se iugulat iste, mani feste ac penitus reiectus à deo. Salomon violentum nihil patitur corpore: sed angitur & cruciatur animo, nec de salute tamen aeterna, nec argumento ullo poenitentiae: Verum de jactura rerum praesentium: cumque fremitu & indignatione reliquum vitae transigit, ac tandem finit, dum aspicit vicinarum gentium quas enumerat textus defectionem, & indicatam voce prophetae, sui regni divulsionem, dum prohibere contra deum impie studet, ac conatur frustra. Attamen & de Salomone pronunciat scriptura, quod non perstiterit in cultu deo placente, cum paulo ante declararit defectionem illam, qualis fuerit, nimirum fanorum ethnicorum aedificatio, & idolorum adoratio, usque ad finem vitae. Concludens itaque initia regni Israelitici cum his libris Regibus, repeto paucis, quibus horum quisque excelluerit virtutibus, aut se polluerit vitijs, ex decalogi norma: quae praemia etiam retulerit, aut quas quisque sustinuerit poenas. In Saule fere praeter proceritatem & pulchritudinem corporis nihil aliud commendatur: Hac conciliantur ei favores & studia subditorum; re scilicet admodum fragili & instabili, & quae inter bona caduca omnium est minima atque incertissima. Forma bonum fragile. Nec in hac aut ex hac quidquam certi

πολλαχ

πολλάκι τὴν γνώμην ἐξαπατῶ' ἰδέαι, vetus est versus: Externa species sæpissime decipit iudicium. Pietatis vero initia frigida & languida ut in hypocrita cito deficiunt. Ita vero deficiunt ut pro domicilio Sancti Spiritus fiat mancipium Diaboli: & huius impulsu aversus à Deo, ut non modo furenter sæviat in Davidem, sed ad Diabolicas artes ac præsidia ut decurrat. Virtutem bellicam vero & res gestas armis mox obscurant successus ac laudes crescentis Davidis, quem contra Dei ordinem & mandata extinctum cupit. De exitu et pœnis, harumq. causis antea dixi. Salomonis pietas commendatur prima parte ætatis ipsius, præcipue à structura templi, et sacrificiorum magnificentia, quæ sunt opera externa incurrentia in oculos, hypocritis communia. Interna, cuius argumenta sunt preces & testimonia doctrinæ quæ reliquit, declinante ætate multum ac degenerant, ipso in idolatriam prolabente, eamq. multiplicem: Et preces quidem quales sint, quidve requirant, ostensum est antea. Gubernatio eius commendatur à sapientia politica & pacata tranquillitate, à magnificentia in oculis hominum splendida, ab ingentibus opibus, structuris, sumptibus. Hæc ratio humana admiratur ac prædicat tanquam summa bona (ut sunt inter humana & caduca summa mundi iudicio) sed ut caduca bona non perdurant usq. ad finem in hoc summo Rege. Mutatur enim tota prior ipsius fortuna, contaminatur, obscuratur, corrumpitur exitu omnis ipsius

gloria

gloria: fit contemptui illis, quibus erat terrori: fit causa perpetuae distractionis populi & regni, ac horribilium peccatorum & scandalorum. detrectant eius imperium Syri: Idumaei iugum abjiciunt. Ieroboam Ephraita Rex designatur voce prophetae, qui a iunctis decem tribubus regnum novum inchoat, et novos condit cultus, eosq. idololatricos, ut regni sui nervos. Etsi autem ἀφορμὴν & occasionem praebuit dilacerationi filius ac successor Roboam: causa tamen ab idololatria Solomonis extitit, sicut interitus posteritatis, quam Athalia impia Regina delevit. Ad haec Salomonica potestatis & gubernationis ornamenta si Davidica ipsius ratione obscuriora comparantur, longe reperiuntur veriora ac solidiora. Excelluit enim David omnibus virtutibus tabulae Decalogi utriusque. Quantum ad primam, soli Deo firma fide adhaeret semper, petit se doceri sapientiam ac iustitiam Dei aeternam, ac dedici & dirigi in semitis veritatis & iustitiae aeternae: timet ac diligit Deum constanter, invocat serio & ardenter. nihil incipit nisi consulto Deo: consilia & actiones omnes refert ad verum finem ut Deus honore afficiatur, & templi autor omnis suae felicitatis celebretur. Deo se subijcit atq. obedit patienter in rebus adversis, ferensq. crucem & in afflictionibus. Non fremit adversus Deum: praestat omnia de externo cultu leuitico, deq. sacrificijs praecepta suo loco atq. ordine, non usurpans ea quae Sacerdotum erant, ut Saul: Comparat necessaria filio ad templi

Architram

structuram, & munera destinata mandato divino cultus Levitico inter fami
liæ Leviticæ ministros per classes ac gradus distribuit, ut omnia ordine ac
decenter administrentur: Denique manet vir secundum cor dei, & verum, vivum
ac perpetuum templum & organon spiritus sancti. Quantum ad secundam
tabulam, est suorum amantissimus, in gubernatione iustus, moderatus,
clemens, mansuetus, affabilis, patiens iniuriarum, placabilis, non tenax
odii aut offensæ memor, non vindictæ cupidus: parcit Saulj aliquoties
quem in manu ac potestate habebat sua & interficere iuste poterat tot
affectus ac lacessitus iniurijs, præsertim cum promissum regni titulum ha-
beret: Sed non vult tollere illum, quem deus Regem creavat; verum
vindictam permittit Deo ut iusto iudici, & expectat patienter donec
ultione divina illo sublato, autoritate divina in regno collocetur. Ut
nuper Davidis exemplo præclare fecit in Gallia Rex Navarrenus. Non
sitit sanguinem, magnanimus est, in bello fortis & acer ac felix; verax
et veritatis amans, alienus à simulationibus & mendacijs, osor syco
phantarum, adulatorum & delatorum, vindex scelerum: non appetens,
nec rapax alieni, abhorrens à fastu & superbia. Hæc propter &
supra ornatus promisso regni æterni in Messia nascituro ex ipsius se-
mine, ornatur donis admirandis & singularibus à Spiritu Sancto donis
luos & sapientiæ æternæ supra politicam, timo prophetiæ, religiosisq.

Extremæ

sincerae ac constantis pietatis erga Deum, roboris ac magnitudinis animi in rebus adversis, moderationis in secundis: ornatus manifesto testimonio protectionis divinae ac liberationis, in periculis insidiarum ac praeliorum, defenditur ac servatur manifestis miraculis adversus Saulem & hostes alios: ornatur ingentibus & insignibus victorijs prostrato Goliatho, domitisq. & sub iugum servitutis atq. ad tributa redactis Idumaeis, Moabitis, Ammonitis, Palaestinis, Syris: Excussus regno atq. in exilium actus restituitur, denique pie & placide moritur. Tantis eminens donis ac virtutibus divinis, fit tamen lapsus & peccati etiam illustre exemplum fragilitatis humanae iustiq. iudicij dei, & ineffabilis misericordiae in poenis. Delinquit vero peccatis violantibus secundam tabulam praecipue & proxime: etsi peccatis omnibus Deus offenditur, Et cum insolescit suaeq. felicitatis ac potentiae admiratione populum numerat (quod q. credi potest quadam κακοζηλία factum esse priorum exemplorum, q habebant dei mandatum) id tamen contra vetae tabulae primae peccatum potest esse superbiam in rebus secundis se efferentem: Tale tamen qualitate & gradu non est quale fuerunt Saulis & Salamonis. Reliqua ad alteram tabulam pertinent, cum rapta alterius coniuge fit adulter, & marito interfecto homicida: Cumq. filio commendat vindictam in eos, à quibus fuerat laesus, ut in Ioabum & Semeinum, quos ipse tamen iuste punire poterat

rat, Ioabum præsertim: Semeias enim culpam deprecatur ac pœnam. Hæc
& similia peccata propter, cum puniuntur: exemplo pœnarum docet Ecclesiam,
non parcere Deum peccantibus, ne dilectissimis quidem: sed singulari mise-
ricordia eundem simul condonare culpam serio, ardenterq. agnoscentibus pœni-
tentiam: Sicut Davidem egisse ostendunt historiæ, ac testantur luctus vehe-
mentissimæ ac tristissimæ cum sensu iræ Dei, mortisq. æternæ terroribus,
ac deprecationes ardentissimæ culpæ ac pœnarum in Psalmis expressæ:
tum pœnas æternas convertere in temporales, ac mitigare has ipsas
ad Deum conversis idem etiam exemplo suo docet. Nec tamen
afflictiones omnes Davidis τιμωρίαι sunt, seu pœnæ certorum delic-
torum, aut justitiæ & vindictæ divinæ flagella. Sed exilium ac per-
secutiones Saulinæ inimicus sunt δοκιμασίαι seu examina ac probati-
ones: Reliquæ sunt τιμωρίαι & ultiones, cum spectat incestum filij Am-
monis cum filia Thamare, parricidium Ammonis per fratrem Absolonem,
seditionem Absolonis, ipse eiectus & exutus regia sede, pollutionem in-
cestam concubinarum, iuxta regulam: peccata seminis puniuntur in se-
mine: denique cum spectat stragem grassantis per triduum pestilentiæ, quæ
consumpsit septuaginta millia hominum. Disputari in historia Davidis
inter alia & hoc potest, utrum recte fecerit, quod limitibus patriæ exclusus
confugerit ad hostes, & detulerit eis operam adversus gentem suam in
acie, sive serio id fecerit, sive simulate. Videtur in neutra recte

facturus

473

facturus fuisse, sive dimicasset productus in aciem, praesertim Saule profligato, sive fidem in acie hosti fefellisset. Sed talia cogitemus potius eti-am cadere in sanctos, quae Deus tolerat, ac ne opprimantur prohibet. Ta-lis cum fuerit David, verius ei accomodari elogium illud potest, quod Dion Antonino Philosopho Imperatori tribuit: ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη· οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ μηδὲν προσποιητὸν εἶχε. Similis suj erat per om-nia, & in nulla re est mutatus. Vere autem bonus vir erat, nec quic-quam habebat simulatum. Cum & patris & suj dissimilis sit Salomon Regum omnium laudatissimus qui unquam fuerunt, si conferantur denis alternis, comparatio ostendit. Etsi haeres regnum patris obtinet, non fit tamen ut regni sic virtutum paternarum heres, nec perseverantia in integritate & constantia Deo placente. Cum sequuntur Reges & ti-mitiq sunt inter se. Alij Davidis vestigijs insistunt, & permanent in ijsdem, quamquam non uno modo: ut Asa, Iosaphat, Osias, Iotham, Ezechias, Iosias. Alij cum pietate regnum & gubernationem ordiuntur, sed non per-severant, ut praeter Salomonem, Roboam, Ioas, Amasias. Alij cum impietate regnum adeunt ut Manasses, qui in comperta antea huic populo saevitia cantum stabilit, ac Ioachin: sed castigati redeunt ad poenitentiam. Alij in impietate pereunt, ut Abias, Ioram Ochozias, Achas, Ammon, Ioachas, Sedechias, qui an resipuerit in

carcere

careere non constat. De his quae sunt & videntur memorati & considerati-
one digna maxime, scribam deinceps. Discat autem Cels. T. sanctum in-
tuens, cavere ac deprecari Davidis exemplo, lapsus contra conscientiam, & con-
tumacia peccata, quae vocat Christus peccata in Spiritum sanctum. Da-
vid orat: A contumacibus custodi servum tuum, ne dominentur mihi.
Precatur ibidem, Ne auferas ab ipso Dominus Spiritum sanctum: Utrumque
haud dubie intuens Saulique casum & ruinam. Salomonis exemplo
discat Cels. T. a Deo petere serio, assidue, & ardenter non illa solum
politica, felici, sapienti & florenti gubernationi necessaria, sed aeterna
multo magis: & componat se totum ad mandata Dei, ad praecepta
Salomonis, ad praecepta & exempla virtutum Davidis. Proposuit Deus
Cels. Tuae nuper exemplum domesticum singulare & illustre in mi-
randa protectione & liberatione Patrui, patris & Tutoris tui Illustrissimi
principis Ioannis Casimiri Palatini. Hoc divinum beneficium ag-
noscat & consideret Celsitudo Tua cum gratiarumactione perpetua, &
vos mores paterne custodiri petat a Deo, cum Davide, in his tantis
insidiis, molitionibus, & furoribus Diaboli & mundi: quae nulla sapi-
entia, aut calliditate: nulla vigilantia, nullis viribus humanis aver-
ti possunt. Id coniunctis vobiscum votis, gemitibus, ac suspiriis
faciemus & nos: Nec dubitemus Deum exauditurum preces
nostras, ac consilia conatusque sospitem. quos nunc supremos experi-

entiu

sentur, dissipaturam esse. Bene & feliciter valeat Celsitudo Tua, cuius salutem cum salute Illustrissimi patrui ac patrui, omniumque piorum, & Ecclesiae vestrae, Deo ardenter commendo. Datae VIII Decemb. Iuliani. Anno 69.

Cels. Tuam
venerenter & cum vera animi sub-
iectione colens
Casparus Peucerus D.

EIDEM PRINCIPI.

Epistola quarta

S. D. Illustrissime princeps, Domine clementissime. Cels.m Tuam cum illustrissimo Dno patruo Tutore recte valere, feliciterque proficere in omnibus studijs ac rebus, pio, bonoque & salutari Principi necessarijs ac dignis vehementer laetor. Proque hoc beneficio Deo Autori cum omnibus bonis, deque Ecclesia & rerum communium salute pie sollicitis, quantas debeo ac possum gratias ago: ac precor, ut quod coepit, quod excolit & elaborat praeclare cum spe optima, item ut perficiat exitu optato, atque sperato, confusis hostium filij Dei consilijs ac molitionibus. Ego quod institui ad Cels. T. pertexam, quanta potero brevitate, cum indicatione eorum quae praecipua sunt atque insignia maxime. Veni ad regni, quod Deus per Davidem condiderat victorijs illustribus ac terribilibus: per Salomonem stabiliverat sapientis ac pacificae gubernationis operibus ac

ac fama, dilacerationem, cuius pars maxima cessit Ieroboamo Ephra
taeo, ex ea scilicet stirpe, cui decreto & collatione Iacobi Patriarchae iura
primogeniturae contigerant. Cessit illi autem decreto mandatoq. Dei, in,,
ternuncio verò atq. interprete Propheta Abia Silonite, in paenam introductae
à Salomone idolatriae, perniciosissimo ad posteritatem exemplo, quam se
testatur prorogare Deus in filium Salomonis, non propter hunc, sed propter
Davidem patrem. Salomon tamen conspicatur & exprimitur mutationis per
petuo secuturae exordia. Causa itaq. discerpti regni est ipsum idolatriae
quod extitit rursus ab alio peccato antegresso, à commixtione scilicet
cum coniugibus Ethnicis impijs & idolomaniae prorsus deditis, contra
Dei prohibitionem, in hoc magna cum interdicti severitate editam, ut oc,,
casiones Idolatriae Ethnicae arcerentur ac praeciderentur, quae à consue
tudine thori, amorisq. coniugalis plerumq. oriuntur. Completur itaq.
Regni divulsio sub Roboamo filio, qui mensuram inchoatae à patre
impietatis complet auctuarie Tyrannidis exacerbantis imperij leges
& onera subditis aggravantis, minaci atrociq. responso, ex iuvenum
ferocium impulsu, quibus à teneris adsueverat, adversus moderata &
sana consilia Seniorum. Hac .n. propter Gnathones & adulatores
iuvenes contemnit, obsequutus cupiditatibus iuvenilibus, somnio dura,,
turae perpetuo felicitatis palponeo stolido & inani, quibus illi blandiuntur:

Hac

Nec se legibus divinis accomodat, quibus iudicium regere debebat
ac formare. Inde ergo ἀφορμὴ & occasio emergit mutationis quam
decem tribus attulerunt. Haec evidentia patefactionum divinarum
& prophetarum interpretum exempla ideo descripta ac posteritati
conservata sunt, ut doceant pios principes & subditos, eodem modo per
petuo sine externis etiam his medijs, gubernari divinitus societatem
generis humani. atque in haec regna mundi, quae praebent hospitia Ecclesiae.
Tota series Regum Iuda confirmatio est regulae in Decalogo expres-
sae: Ego Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, visitans iniquitatem pa-
trum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt
me, & faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me & faciunt
praecepta mea. Perdurat posteritas Davidis in regni possessione,
& tandem 3393 iam extincto regno, promissum tamen Christum Regem
aeternum, mundo secundum carnem gignit ac producit. Sed vicissitu
dine mutationum miranda & multiplici. Non enim sapientia,
nec virtus parentum, multoque minus felicitas ac potentia eodem
cursu, ac minime omnium pietas propagatur eadem mensura in libe
ros ac posteros. Sed sunt haec singularia dona Dei, quae etsi arcano
nobisque incognito consilio distribuuntur: a nobis tamen causas evidentes
& patefactas mutationum in poenis ac praemijs considerari Deus: &

ex his

ex his de eventuum ac mutationum dissimilitudine judicari: atq ad ea ca-
venda nos invitari vult, ac fugienda, omni studio, quibus ruinarum cau-
sa tribuuntur: Ad recta vero & salutaria conservanda, praesertim in reg-
no Iuda, quod pro illustri exemplo Regni proponitur, in quo nomen &
titulus populi Dei atq. Ecclesiae Dei cum ordine divinitus instituto mansit,
quanquam nec usurpatus sit nec cultus eodem modo semper, quo fuit prae-
scriptus ac praeceptus, imo saepe sit penitus intermissus. Roboam igitur
Avi Davidis ac primis Salomonis vestigiis insistit dum recta incedit
via, & a Deo praescripta. Sed cito degenerans deflectit ad postrema de-
menta Patris, tumensq. fiducia felicitatis atq. autoritatis paternae, & ex
arroganti persuasione atq irritati ferocis sodalicii somnians longe majo-
ra quam Pater praestiterat: Nec petens illa a Deo ut fecerat pater, nec
quaerens Deum sed confidens viribus regni sui, & juvenilibus applausi-
bus Gnathonum tentat & adoritur non pares viribus. Admonitus ta-
men Prophetae interdicto paret Deo, & discedit ab armis. Talia mo-
nita nunquam desunt bonis principibus. Cum enim a fidelibus &
recte sentientibus doctoribus ac consiliariis proponuntur: non dubitet
Cels. Tua a Deo esse, & his obsequuta nunquam errabit. Reges
Iudaici & Sacerdotes summi, quoties rapti extra metas recto con-
silio, ipsos Prophetarum divinas & salutares voces audiverunt, &
facto

facto complexerunt, res sacras & politicas bene feliciterq. administra-
runt & gesserunt. Has ubi aut spreuerunt aut neglexerunt, in
errores et se praecipitarunt consiliorum, indeq. in clades & exilium. Nos-
tris idem accidit, quoties sanos Doctores, & consiliarios sapientes, qui
prophetarum loco sunt, aut sequuntur aut repudiant. Si quaeris:
Quomodo agnoscam ac discernam quae a Deo sunt, ab hominum com-
mentis? Dicam. Saepe in ministerio Leuitico, quod Deus institue-
rat, & ad praescriptas leges alligarat, regnabat tamen, quae uel exem-
plo atq. autoritate Regum, uel abusu aut procuratione facta invecta
praeualuerat impietas in doctrina, cultibus diuinis, ac moribus. Hanc
arguebant extra ordinem Leuiticum immediata vocatione e quauis tribu
uel Leuitica uel alia exciti instructiq. a Deo prophetae mandatis singu-
laribus. Istis miscebant sese alij sine vocatione mentientes munus
propheticum, & somnia sua Regibus ac populo grata venditantes, de
quibus inquit propheta Ieremias: Sacerdotes & prophetae omnes polluti.
Inter utrosq. hoc intererat quod quicquid afferebant missi a Deo,
id patefactis antea congruebat in doctrina, cultu vitae, & oraculorum
monitis: Nec apparebat usquiam in ulla harum parte a prioribus ali-
qua discrepantia: Pseudoprophetae a scriptis & a patefactis antea disse-
debant. Hos igitur cordati ac sani abhorrebant ac repellebant, adhae-
rentes

rentis alteris. Ad eundem modum illa quae nunc per orbem volitant opinionum novarum enormia monstra, quaecunque vocationes Authoris iactitent, & quibuscunque illas pingant atque commendent fucis Cum sua inveterata mendacia Christum Pontificij titulo ac titulo potestatis alliga ta ad ordinariam successionem Episcoporum suorum ab Ecclesia nova absolvissimam. Flaciani ac Vbiquitarij praestigijs ac praestigijs alijs. recepta Antichristi. Illa monstra ergo opinionum revolvit & explo ret Celsitudo T. ad canonem veritatis immotae traditum in verbo patefacto & contentarevocam sibi per omnia, atque in omnibus congruam illam ana logiam fidei. Rectum enim omne dirigit & recte & obliquum: Et quod per aetatem sponte nondum potes, fac Harmosterum & exemplo rerum ductu. Id si feceris cum seria & ardente invocatione Dei, Spiritus Sancti lux & virtus nunquam destituet te. Idem ad gubernacula tibi accesseris, fac in gubernationis politicae negotijs ac legum decretis: & auctoritati insistens bonorum & sapientum sana ac moderata consilia semper praefer calidis iuvenum. Sed evager a proposito longius. Revertor itaque ad Reges Iuda, sed praeteritis impijs duobus. Roboamo patre & Abia filio, quibus suum inter degeneres reservo locum, alt Christo. tui natos rursus duos alios bonos ac pios Reges, atque ad illos inhibendos alternatis vitijs pravitatis & impietatis consecutos. Hi sunt Asa & Iosaphat

Iosaphat. Asa Abiam sequitur, abnepos Salomonis: Is instigante
& urgente Zacharia propheta felicissimo obsequio & regni exordio re-
novat solennibus precibus ac victimis foedus cum Domino, obligans se ad
mandatorum divinorum exsequutionem & observationem pactorum: in-
staurat sacrificia sub avo & patre penitus intermissa. Demolitur
delubra & aras idolorum cum idolis ipsis, succidit ac devastat lu-
cos, diruit & mutilat excelsa, pacato decennij regno: Eius propter or-
natum admirabili victoria, quam a Deo precibus impetrat, conversis
in fugam & in fuga caesis ad internecionem decies centenis milli-
bus Aethiopum. Reversus domum magis repurgat Iudam ab idolis,
& simul quicquid a vicinis tribubus Ephraim, Manasse & Simeon
ad leges & cultum templi Hierosolymitani aut sponte aut armis subac-
tum redierat. Excelsa tamen non penitus sustulit, ut multi hodie
Idolatriae, superstitionis & abusuum religionum ex tenebris Pontificijs
aut ramos, aut semina & nervos, alij vi consuetudinis inveteratae
alij favore superstitionis, alij exemplo & authoritate retinent ac tu-
entur. Fit itaq. oblivione miraculosae victoriae & officij in emen-
datione religionis necessaria exemplum primo fragilitatis humanae:
mox etiam diffidentiae erga Deum, & brevius punitae divinitus. Bel-
lo enim exorto inter ipsum & Baesam Israelitarum propter oppidum
Rama

Rama, quod hic muniri contra Iudam coeperat, immemor priorum pre„
cum quas ante Deum effuderat, forti constantiq. fiducia praedicans, q„
dam Deo esse vincere in multis & paucis: facit foedus cum impio Syriae
Rege, & accersit ex foedere auxilia Syriaca, quarum irruptione
eti Baesa retracto, diruit structa in perniciem sui regni, ac multa
oppida tribus Ephraimiticae ab hoste occupata recuperat quae sunt
omnia singularia exempla immensae Dei misericordiae & longanimi
tatis ac patientiae tolerantis sanctorum lapsus: tamen multo gravius
peccat quod ethnicis successu & victoria, nec peccatum nec misericordiam
Dei revocantis ipsum ad poenitentiam agnoscit. Et ad haec omnia adij„
cit saevitiam. Obiurgatus enim à Propheta Hanani, ad concionem
reprehensionis divinae tam impotenter, imò furenter incandescit exem
plo tristissimo principum contumaciam impatienter ferentium saluta
res commonefactiones: ut et prophetam malè caesum ante verberibus,
vinculis etiam addicet, & de populo magnam multitudinem iniuste tru„
cidet. Cui saevitiae causam praebuisse coniicio item de facto ipsius
populi iudicium, quod fuit Prophetae: vel improbationem similiter in
prophetam usurpatae. Morbo etiam correptus, ad medicorum opem
prius ac potius quam per preces suas & intercessiones ac consulta propheta„
rum ad Deum confugit. Quod tamen scriptura sinem illius hoc
elogio claudit: fuit cor eius perfectum cunctis diebus: ad poeniten
tiam

tiam renovatum correctio, etsi expresse non adijciatur Cum Deo: & vari-
su recitatur alia, nimirum votorum impletio, & donariorum cumula-
tio sacrorum, seu ara depurata. Idem et felix est in filio Iosaphat
pio ac felici, in quo fulgent virtutes omnes magno ac beato principi co-
venientes, quas tamen & ipsae adversae polluitq. infirmitatib. & lapsi-
bus. Intuetur in omnibus, cumq. timore Dei vero, & cum fide non simu-
lata, seriaq. invocatione & assidua instituit, componit & dirigit sua
omnia ad praescriptum, ad iussa, ad nutum Dei, gloriamq. & suorum salutem.
Instaurat collapsas in reliquis tribubus: neglectas in suo regno synago-
gas: praecipit ac sancit ut recte erudiatur populus de lege Dei, secundum
prophetarum interpretationes ac declarationes. Iudicia aut laxata aut
corrupta restituit & emendat, revocans praesides quibus pietatis iustitiaeq.
curam & administrationem commendat, magna cum severitate & atro-
ci vindictae divinae comminatione, ad normam Canonis caelo traditi,
& iustitiae divinae ac voluntatis in eo expressae: quae duo sunt praecipua
boni gubernatoris, pacis & quietis tempore, officia. Est in gubernatio-
ne iustus, moderatus, clemens, suorum amans. Ardenter invocat Deum,
& exauditur: Eripitur ac servatur in praelio miraculoso libera-
tionis divinae exemplo a circumfusis hostibus Syris undiq. circumdatus.
Impetrat precibus ut hostes Moabitae, Ammonitae & Idumaei, multitu-
dine

dine innumerabiles ac terribiles, commissi inter se mutua sese conudant ac contrucidant lamina, fiantq. castris ac cadaveribus, apparatu bellico, & impedimentis preda populo Iudaico. Propheta Iahaziel id praenunciante. Victoriarum miraculosis successibus atq. eventibus incutit formidinem pa„ voremq. vicinis, unde supplices munera offerunt ac pendunt palam Palestini & Arabes. In expeditione bellica cum Israelita Ioramo, & Idumeo contra Moabitas, qui bellum redintegrant, Helisæus propheta exercitui siti pereunti procurat aquas ex aridis terra arida & sitibunda dextra omnipotentis e„ ductas, & promittit victoriam non Regi Israelitico, sed ipsi Iosaphat. Respon„ dit enim, Nisi eruditissem legem Iuda, nec respexissem nec attendissem ad te. Is tantus Rex, tamq. illustribus ornamentis Dei prosequutus, guberna„ tionis & auxilij conspicuus: totq. testimonijs de ijsdem edoctus ipse ac con„ firmatus impingit tamen ac labitur imbecillitate humana. Coniungit se foedere & castris adversus Syros cum impio Rege Achab qui Micheam prophetam eventum belli monitu Spiritus sancti praedicentem detrudit in car„ cerem, insano & contumaci contemptu oraculi caelestis. Culpat ac damnat hanc societatem & propheta Iehu, tribuitq. indicat memoria bonorum operum Iosaphatj, quod in ea societate ab hoste, cum circummonitus jam ac conclusus esset, oppressus & iugulatus non sit. Attamen alia se rursus foedere devincit Ochoziae Israelitae filio Regis Achab, patri non dissimili,

in

in classis apparatu ad Conuectionem aurj Indici. Id ulciscitur Deus, classis dissipata & submersa interitu, ut Propheta Eliezer praedixerat. Non uult Deus, ut ineamus societates, aut foedera confirmemus cum impijs: nec felicia unquam talia fuisse foedera docent historiae omnium temporum, sacrae, ut Regum Iuda & Maccabaeorum, ac prophanae aliarum Gentium. Omni tempore enim cum Pontificibus Romanis contracta foedera et coniuncta secum arma infausta fuerunt, exituque aut irrita aut seriis exitiosa, siue ἐπιμαχία fuerint seu ad defensionem comparata, & ad iniurias propulsandas, siue συμμαχία ad mouenda & inferenda bella. Imo raro prospera & fausta comperiuntur fuisse confoederationes belli- cae, bono consilio fineque inter bonos factae, ut de imperiorum confoederatio- ne taceam, quod pleraque ex diffidentia erga Deum, desperationeque qua- dam diuini auxilij natae fiduciam attrahant, aut in se includunt sa- pientiae, potentiae, & uirium humanarum, qua uellicati assidue, & blande titillati animi sere continere se intra metas nequeunt, sed obliti Dei & suae infirmitatis experiuntur consilijs, & aggrediuntur appa- ratibus quae supra vires sunt & quibus tandem succumbunt. Vix ulli enim, ut in magna prosperitate auidentis fortiduntur, sic in magna potentia sunt moderati & confidunt Deo. Vult autem Deus nos in om- nibus rebus pendere a se, consilijs, spebus, conatibus nostris, sine lorem. q

dicitur

dicitur: Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis
in fortitudine sua: & non glorietur dives in divitijs suis, Sed in hoc
glorietur quod gloriatur scire ac nosse me, quia ego sum Dominus, qui
facio misericordiam & judicium, & justitiam in terris: Haec enim pla
cent mihi. Item: Maledictus qui confidit in homine. Iosaphat
duobus lapsibus suis & exemplis, & in utroq. voce alq. obiurgatione
prophetarum commonefactus, nondum tamen hac in parte emendatur,
sed redit tertio ad amicitiam, belliq. societatem cum Ioramo Israeli
ta & Idumeo, castris iunctim eductis in Moabitas, in quo bello, etsi
ut dixi supra, exercitus ex responso & oraculo Helisaei propter Iosa
phatem potatur aquis ex imo terrae squallidae aridaeq. effusis, po
titurq. victoria: confoederationem hanc tamen & inprimis, quod de
struij castum cultum sacrificiorum alq. invocationis in excelsis non
penitus extirpavit: luit haec peccata, non ipse in se quidem, nec
in sui temporis regno, sed in posteritate, infelix in successoribus, Iora-
mo filio, & Ochozia nepote. Ioramus adeptus regnum, patris
decreto ac traditione, interimit fratres suos sex: luit tamen eorum
parit: Deseritur ab Idumaeis iugum excutientibus & detrectantibus
pensionum annuarum tributa: Obruitur a Palaestinis & Arabibus
qui pervastato regno omnem stirpem regiam ex Ioramo & Athalia

Regis

Regi Israëlitici Amri impij filia impia natam caede delent, ad unum usque Ochoziam: Ipse di... tale conficitur. Ozochias consilijs malorum authorum & ductorum quibus utebatur ac nitebatur, conrupitus, amicitiam ac sociale foedus cum Iorano Israëlita renovat, atque apud eundem cum filijs fratrum suorum, quos in comitatu ducebat secum, a Iehu obtruncatur. Hac caede irritata crudelis & scelerata mulier Athalia saevit furenter in totam Iorami & Iudaicorum Regem prosapiam, totamque excindit parricidijs, superstite manente solo Ioa puero, qui a Ioiada summo sacerdote surreptus occultitur. Isto regiae stirpis parricidio punitum non tantum id quod deliquerat Iosaphat, sed simul ac potius Idolatria Salomonis, qui primus suo exemplo posteros ad cultum idolorum Ethnicorum invitaverat ac pellexerat. Ista & similia alia rigidissimi iudicij, & vindictae Dei severissima exempla admonent idolatriam & Confoederationes cum impijs & idolatris, Utinam pij principes consideraverint, & poenarum atrocitate commonefacti fugere talia discerent, quibus tantopere laeditur & ad vindictam provocatur iustissima ira Dei, ut ubi semel inflammata exarserit, grassari non desinat priusquam omne quod decretum est expleverit. Sicut dicit Propheta: Non convertitur furor Domini, donec compleverit omnem cogitationem cordis sui. Sed tristissimum omnium

hoc est

hoc est, quod ante poenam peccata peccatis alescunt, ut mensura sce-
lerum compleatur, & atrocitas poenarum illorum magnitudinem secun-
dum regulam immotae iustitiae in Deo exigit. Exempla recentia
habes in stirpe Valesia Regum Galliae, & in foederibus Germanicis, ac Galli-
cis compositionibus, quae cum te non dubitem in historijs ipsum legere, quae
extant, aut de indicationibus tuorum Harmostarum ac praeceptorum,
vel inter quotidiana & familiaria colloquia cognoscere, repetere illa no-
lo. Commendo autem Cels. Tuam & Illustrissimi Tutoris patruj
incolumitatem praesentem ac salutem aeternam Deo & patri nostro, ac
Domino nostro Iesu Christo Amen. Bene & feliciter valeat Celsitudo Tua.

Cels. T.

reverenter & vera animi subiectione
colens. Casparus Peucerus D.

AD EVNDEM.

Epistola quinta.

S. D. Illustrissime princeps, Elector Palatine, Domine clementissime.
Accepi gaudio cum mirifico ac singulari testificationem Cels. Tuae illustrem
de affectione gemina, praeclara utraque ac tanto principe digna: Una per
Chironem tuum Cunradinum erga paraeneses meas ex Regum veterum
in Ecclesia & regno populi Dei historia (quam eximio typum esse &
imaginem Ecclesiae quae Christum exhibitum est consecuta) professas, ex summi
amoris, fidei, curae atque observantiae meae studio: altera erga meipsum per
honorarium

honoratiorum viri munus, hac mea aetate, inq. hac viri penuria, ut neces-
sarium mihi, sic gratissimum. De utroq. gratias quas debeo maximas
ago Deo patri, & Domino nostro Iesu Christo, Regi Regum, & Domino
Dominantium: Deo, inquam, flectenti Celsitudinem Tuam ad audiendos
pioq. pectore amplectendas sanctas & salutares, exemploq. & praeceptorum
regulis commonefactrices paraeneses de vita Deo placente, habenteq.
promissiones vitae praesentis atq. aeternae: Et ad illos clementissime co-
lendos ac fovendos, quibus salus Cels. Tuae aeterna, prosperitasq. vitae
huius caducae curae est serio: Inter quos me non ultimum neque mi-
nimum experietur Cels. Tua dum vixero. Certo tibi etiam per-
suadeas, si in vestigijs quae cum spe optima, fructuq. cum eximio in-
gressus iam es persistiteris, quin omnibus ijs quae pios Reges commendata
nec traduntur, eosdem aequaturus: si cum illis certaveris, etiam si[s]
superaturus: quod quidem precari à Deo cum & pro Celsitudine Tua
assiduus votis ac gemitibus non desinam. Nunc ad argumentum
institutum revertar. Finivi proximam epistolam exemplo Io-
saphat, à quo inter pios Reges qui cum Deo perseveraverunt proximum
colloco Oziam sive Azariam, natum Amasia patre, qui primis annis
pius, Deo addictus ac prosper, degenerat postremis, cumq. pietate mutat
fortunam: Ideo obtruncatur à suis, altero post Ioam patrem parricidij

exe

exemplo in regno Iuda. Reliquit Oziam filium quinquennem, pro quo reg-
num administrarunt proceres & synedrium, ad annum aetatis usque sextum
decimum. Rectorem habuit prophetam Zachariam, cui quamdiu paruit, Deo
paruit, sapienterque & feliciter ad praescripta legis divinae gubernavit po-
pulum. Fuit bellator insignis, victorijs terribilis. Fuit & oeconomus
industrius ac diligens, quod prae caeteris Regibus habuit singulare &
proprium, Rege tamen non indignum. Res magnas bello gessit, ex-
ercitu potens, quem trecentis septem millibus & quingentis viris aesti-
mant sub ducibus bis mille ducentis. Devicit, atterimitque Palaestinos
expugnatis illorum oppidis, moenibus subrutis & solo aequatis: oppo-
sitis oppidis & arcibus alijs regni sui muniendi causa. Ipsam etiam
urbem regiam circumdedit propugnaculis, machinarum bellicarum
apparatu ad defensionem instructis, quod cum factum referatur et-
iam ab alijs Regibus citra reprehensionem, exemplo docemur id pijs
fas esse, si modo his non confidant, aut si non fiducia talium praesi-
diorum elati moveant non necessaria; quae fiducia multos alioquin
bonos principes & laudatos vel evertit penitus, vel cum magnis
detrimentis afflixit. Compescuit etiam perpetuo tumultuantes Am-
monitas & Arabes praelijs aliquot secundis profligatos ac fractos.
Oeconomica ad onera exactionum a populo minuenda levandaque
ita

ita instituit, ut prædia condiderit educandis alendisq. domi & in so-
litudine pecoribus, frugibusq. comparandis ac reponendis: & plantarit
Vineas ad aulæ sumptus quotidianos, pacis ac belli tempore, ne grauaren-
tur subditi; Ut cisternas etiam foderit in hos usus, ne quid populo dece-
deret. Utinam nunc quoq. principes huius philostergiæ et debitæ sol-
licitudinis exemplo, suo & maiorum suorum, moderarentur aularum
sumtus, & contenti prouentibus prædiorum parcerent fundis & faculta-
tibus subditorum ad usus alios bellorum aut aliarum difficultatum
tempore magis necessarios. Deniq. piæ sapientisq. gubernationis &
industriæ, felicitatisq. militaris atq. oeconomicæ laude ita excelluit,
ut argumentis tantis, ac tam certis præsentiæ auxilijq. diuini formi-
dabilis euaserit vicinis omnibus. Hæc in hoc rege eo Tuam Cel-
situdinem velim & considerare & imitarj accuratius, quo plura æta-
tis tuæ primæ ac teneræ in tota educationis ratione cum illius ex-
emplo congruunt. Sed illud in quo deliquit caueas. Deliquit
autem peccato duplici, Uno omissionis seu negligentiæ, quod excel-
sorum delubra & aras non deturbat, populiq. sui moribus supe-
lit, nec concursus ad illas extra templum abrogat ac prohibet; Al-
tero commissionis ac polypragmosynes, quod ex stulta fiducia suc-
cessuum, suiq. admiratione somnians sibi licere omnia, rapit atq.
usurpat

usurpat munus alienum, sacerdotibus propriũ, ingressusq. in atrium Sacerdotum, adolens thymiama, adversantibus illis minaciter etiam intentat plagas. Hoc propter e vestigio tactus Dei dextera inficitur lepra, exemplo mirabili non esse unquam felicem, nec relinqui a Deo inultam polypragmosinen Regum consilio arbitrioq. suo aut libitu res divinas sive determinantium sive exercentium, sive condant dogmata fideiq. articulos sive fabricent cultus ac ritus. cuius rei aetate nostra vidimus exempla in Sphynge Augustana, & Chimaera Saxonica: Ac conspicamur adhuc tristissimas vastationes Galliae & Belgij pro Balaena Tridentinae executione. Accidit hoc quod de Ozia memoratur, non anno terraemotus cuius meminit Propheta Amos cap. primo (ut quidam existimant, qui causam terraemotus in Regis erratum conferunt: Eo enim anno quem constat fuisse vigesimumquintum Regni ipsius non dum natus fuit Iotham filius, qui pro patre regnum gessit) sed annis eius postremis. Nec rediit ab eo tempore ad sacra & congressus templi publicos, nec sanari purgarique ab infectione potuit. Filius Iotham successor haud dubie Patris consilio suscipit ac gerit oia: sed Deum in gubernatione florente ac fortunata experitur protectorem ac propitium. Primis annis, secundo & tertio, Ammonitas debellatos subijcit, imposito tributo centum talentorum argenti, & coris tritici decem mil
lib

libris, totidemq. hordei. Bella externa postquam sedasset, & res regni composuis-
set ac pacasset domi, posita sacrorum cura studioq. pietatis quod de-
bebat esse praecipuum, totum se dedit muniendis & ornandis urbibus ter-
rae: multas nouas exaedificat atq. extollit. Veteres aut reficit aut
amplificat, & propugnaculis praesidijsq. firmat. Sacra publica adeo
auersatur & fastidit, fortasse paternae poenae memoria, ut templum
abhorreat penitus ac refugiat, vel impulsu malorum consultorum,
(quod in rebus ad Deum & religionem pertinentibus familiare ad-
modum est aulis & vitatum) vel concepta ex atrocitate vindictae
diuinae [illegible] sive formidine Dei non vera, dum non obseruat
medium rectum inter excessum patris facientis aliena à se, & suum
defectum & intermittentis praecepta seria ac necessaria. Inde & exem-
plo Regis fit populus & ipse segnior ac languidior in cultibus diuinis:
ad quod genus negligentiae proclives omnes ac propensi sponte, ut
natura impatientes vinculorum atq. onerum conscientiae, feruntur prom-
tius subditi praeeunte principum incuria vel segnitie, vel quauis alia
causa. Segnior ergo populus frigidiorq., & nouitatum ac libertatis
& licentiae auidior dilabitur ad lucos & excelsa, suo arbitrio: Tem-
plum deseritur, cantionibus, precibus, ac rituum & ceremoniarum exerci-
tijs collabentibus, conticescente voce, ignibus expirantibus, clausis foribus.

Inquinat

Inquinatur etiam sordibus ac putredine ex victimarum reliquijs, & pulue ribus oppletur: Irrepunt paulatim in populum vix magno labore explosa paulo ante ac propulsa idola Ethnica. Tantum refert ut parentes liberis, principes subditis praeluceant exemplis bonis, non minus in rebus sacris quam politicis. Ista delicta amplexatur ac pumiuntur in filio impio Achas, cui haud dubie exemplum paternum, & negligentior institutio atque assuefactio, patre rebus alijs & curis occupato, causam prima & ἀφορμὴν sive occasionem ad impietatem praebuit. Hanc cum populo luit durissimis cladibus, gentis depopulatione, terrae deuasta tione, urbium direptione ab Idumaeis, Palaestinis, Assyrijs contra Sy ros accersitis & Israëlitis. Redit tamen benedictio diuina ad Ezechiam, nepotem Iotham ex Achas filio, qui totus regitur doctrina, pietate, voce, & consilijs monitisque Esaiae prophetae sui pa truelis. Affirmant enim huius patrem Amos fuisse fratrem Re gis Amasiae, à qua cognata origine Esaias Christum capite quin to nominat patruum suum, ex quo magno errore de Ezechia interpretantur quae de Emanuele habet cap. 7, cum ista prophetia edita Ezechias fuerit iam annorum tredecim. de quibus hic dis putandi locus non est: sed satis nobis, Esaiam prophetam ex stirpe regia prodijsse, quocunque gradu Regem Ezechiam attigerit, & quod

ad

ad magnam ætatem peruenerit. Ezechias itaque Rex sub impio
patre, bellis tamen perpetuis distracto, regniq. turbatissimo ac corrup.
tissimo statu, Esaia tamen institutionis gubernatore à pueris recte eru.
ditus & ad pia, sancta, recta, iusta ac moderata assuefactus, qui primum
in throno regio consedit, orditur munus gubernationis ordine rectissi.
mo à rebus ad Deum pertinentibus. Renouat interruptum à patre
fœdus cum Domino: Aperit longo tempore clausum, ac sacerdotum &
Leuitarum negligentia obsitum squallore & sorde templum repur.
gat, expiat & instaurat: restituit cultus solennes & sacrificia: amo.
uet & aufert omnes idolatriæ occasiones, succidit lucos, subuer.
tit & dissipat excelsa: Aeneum serpentem ad quem, uelut ad ido
lum fiebant concursus & incensa, memoria primi & veteris usus in
deserto, confringit ac conflat, quod nemo quā authoritate aliqui lo.
siæ tribuunt. Librum à Salomone de re medica ac remediorum
usu conscriptum, quem velut numen populus aeger consulebat Deo
neglecto, illum ergo discerpit & comburit, ut fiducia præsidiorum
externorum exempta populo, qui ad idolatriam pronus, & à suo
Deo alienus erat, reducat eum ad quærendum Deum ante omnia,
& ad petendum atq. expectandum ab ipso auxilium, cuius benedic.
tione sola & aspiratu salutaria remedia efficacia sunt ac possunt.

Celebrat

Celebrat phase non primo secundum legem, sed altero demum mense iuxta Mosis concessionem, cum nec apparari necessaria tam subito post intermissionem tam longam, nec convocari congregarique populus desuetudine alienus varieque dispersus posset. Cumque dubium non sit excitatum eum divinitus ad hoc fuisse ut reliquias mox ruituri atque in perpetuum interituri populi ad pristinum Dei cultum, sede divinitus ordinata ante ruinam colligeret, evocat & invitat, quantum reliquum erat de tribubus decem, ad antiqua & divinitus tradita atque commendata sacra festivitatis paschalis: quae etsi plurimi derident, multi tamen ex tribubus Aser, Manasse, Ephraim, Isachar & Zabulon accurrunt, Deoque ante exilium, quamquam post tam longam impietatem, totque modis contaminati non satis expurgati, tamen reconciliantur. Non ita multo post enim Salmanasar Assyrius, quicquid superfuit de regno Samariae, eo funditus extirpato, abductum in Assyriam distribuit in provincias vicinas, quae paulatim auctae multitudine, ut semper fuit haec gens foecunda, ac dispersa sunt in vastas solitudines Orientis & Septentrionis, ubi propagarunt gentes Tartaricas magno numero ac varietate. Quod autem multi convivi fuerunt non consecrati ritu moreque solenni, tum ex Samariae incolis, tum ex proselytis, quorum magnus numerus confluxerat quique adesse consueverant antea:

deprecat-

deprecatur hoc apud Deum, argto impossibilitatis in tanta temporis bre-
uitate. prorogatq. solemnitatem festi in dies multos: hortatur populum
moris & legum oblitum, ut liberaliter ac hilariter pendant lege destina
ta ac debita Sacerdotibus & Leuitis. Denique administrat & absoluit
(quantum fieri res & necessitas patitur) omnia ad praescriptum legis to-
to sincereq. pectore, idq. propter ornatur successu ac prosperitate &
fauoris diuini afflatu singulari & admirabili. Coronatur etiam hoc
super & cumulatur miraculis illustrioribus ac maioribus quam in
illos priores Reges coelitus edita fuerunt. Adulto enim destruc-
toq. regno Samariae, cum Sennacharib in Assyria exemplo Regis
Salmanassaris, sed opinione ac spe stulta similium successuum (Caeca
Zelia enim saepenumero errore iudicij deceptos principes in pericula
uel in exitium etiam pellit atque coniicit) Cum ergo despondisset
sibi Sennacharib certo regnum Juda euentu pari, iamque id spebus
suis absorpsisset, confirmatur Ezechias trepidus oraculis Esaiae
prophetae, ac defenditur diuinitus mirificaque strage exercitus Babyloni
ci per Angelum tali, qualis nullis unquam seculis ante comperta est,
qua delentur una nocte centum octoginta quinque millia hominum
ad preces ardentes & acerrimas Regis Ezechiae & Esaiae prophetae.
Fama cladis ita percussit Aegyptios, ut referente Herodoto (quasi

ab eo

ab eo neq. integre nec recte historia recitetur) statuam Senacharibi ere-
xerint cum hac inscriptione: In me quis aspiciens sit pius. Εἰς ἐμὲ
τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω. Rex ipse uix ex hostili manu elapsus ac
domum reuersus, die a reditu quadragesimoquinto prostratus in templo
supplex ad idolum suæ gentis confoditur a proprijs filijs. Præter hoc
miraculum Ezechias liberatur a lethali periculo pestilentis ulceris
diuinitus, sanaturq. opera ac medicamentis Esaiæ. Impetrat adhæc,
ut seruato ac restituto vita prorogetur in annos quindecim, ac pro-
mittatur securitas ab irruptionibus hostilibus: Vtriq; utraq. promissio
ut obsignetur miraculo nouo regressus solis, qui Iosuæ ante consti-
terat fixus & immotus. Fama miraculi tanti (quod haud dubie
sapientes Chaldæi rerum Astronomicarum peritissimi obseruarunt)
& clade sui uel antecessoris uel collegæ Rex Evilmerodach excitus
mittit legatos ad Ezechiam inquisitum & gratulatum de tam il-
lustri ac prodigioso diuini erga ipsum fauoris testimonio ac monu-
mento. Sed Ezechias hoc non contentus, verum Dei ac sui oblitus
jactat & ostentat legatis opes & thesauros suos, hosq. inter κειμήλια
preciosa. Ea re vehementer offendit Deum, qui elatum omne ac super-
bum auersatur & odit, nec quid minus ferre potest quam insolentiam in
rebus secundis, nec fert inultam unquam, ne quidem in dilectissimis.

Deum

Denunciat itaq. offensam Regi cum pœna, Esaia internuntio & inter
prete: offensam tamen condonat, pœnam differt in posteros, sed ita ut
mox ordiatur illa & incat cum impio filio Manasse, qui impietate
& sævitiæ immanitate, cum omnes ante se Reges & similiter deinceps
exsuperavit, castigatus tamen ad pœnitentiam redit. Anno Manasse na.
tus ex Ammone filio nepos Josias Regum bonorum ac salutarium
ipsum ultimus incidit in tempora Ieremiæ prophetæ. Hic enim mu
nus suum Iosiæ anno tertio decimo est exorsus. De hoc Rege multa
memorantur digna & consideratione & imitatione tua. Anno ata,
tis suæ octavo cœpit quærere Deum patris sui David, nec secutus
est vestigia patris demia. Anno duodecimo expurgat Iudam & Ieru
salem à lucis, excelsis, & idolis, quibus Manasses compleverat ter,
ram. Exscindit lucum plantatum ab eodem in domo domini. Anno
decimooctavo celebrat Phase, quale nullum ante ipsum usq à tem
poribus Samuelis prophetæ visum erat: Delet altaria Baal & militia
cœli cum sacerdotibus: Aruspices item ac Pythones non in Iuda
tantum & Ierusalem, sed & in reliquijs aliarum tribuum ad hospi
talium usq. Aediculas effaeminatorum, Excelsa a Gabaa usq ad
Bersabe: Aras portarum, Tophet in valle filij Hennon, Equos Solis
& currus: Altaria Achas, Excelsa Salomonis dicata idolis Ethnicis.
Conterit

Conterit ac cremat simulachra & statuas. Nos furore contrario huic
Zelo pro aris, imaginibus, statuis pugnamus: ac diris devovemus
eos & execrationibus qui sublatas è templis volunt. Confractum
aureum vitulum in Bethel cum ara & supra positis ossibus Sacer
dotum exurit, implens vaticinium proditum de ipso multis annis
ante, 3 Reg 13. quando vitulus conflatus & pro idolo fuit erectus.
In eo ore cuius nominatur expresse. Demolitur omnia delubra
& aras Samariae: ossaq. Sacerdotum cum aris cremat. Non
fuit, inquit historia, Rex ante eum qui reverteretur ad Dominum
in omni corde suo, & in tota anima sua & in universa virtute sua:
nec post eum surrexit. Voluit enim Deus per hunc Regem
ante, instans & propinquo, regni excidium penitus ac radicitus
evellere de terra illa idola omnia quae fuerat abominatus, &
propter quae populum exilio destinarat, ut posteritati esset mo
numentum irae, judicijq. ac vindictae suae: Nec redituro populo
superesse vestigia illa pristinae idolatriae voluit, sed sibi suoq
cultui servare integram terram atq impollutam. Quare
deinceps etiam non admittit nec fert alienam & novam gentem in.
vehentem idola ethnica. Illa enim discerpitur à leonibus,
quorum saevitia non prius cessat, quam mittatur è captivitate, qui
&

& illam de vero Deo doceant, etsi ne hunc quidem ab his agnitum co-
lit solum, sed idola simul veneratur, quibus assueverat. Hic tan-
tus Rex, qui tantis et donis & praeconijs divinis extollitur, fit tamen
exemplum tandem fragilitatis humanae, quo commonefacti discamus ni-
hil conandum esse aut tentandum fiducia sapientiae aut virium humana-
rum, aut spe perpetuo duraturae felicitatis. Moto enim non neces-
sario bello in Nechaonem Aegypti Regem, egressum cum exercitu adver-
sus Assyrium ad flumen Euphratem; dum hunc bellum prorsus deprecan-
tem non audit, ut provocator superbus & audax praelio in campis
ad Mageddo oppidum commisso & amisso exercitu vulnere lethali occum-
bit. Felix toto vitae & regni sui tempore in pacata gubernatione
salutari & sancta, dum metas egreditur sui muneris lege divina
sibi circumdatas, opprimitur sponte attracto periculo. Infelix in suo
hoc casu, in posteritatis exilio & regni interitu: horum duorum tamen
non perpetuo. Promissa enim certa de reditu populi in sedes pa-
trias accepit. Luit autem poenas tragico exitu & sui delicti &
peccatorum Ammonis patris, ac Manassis avi, in quem adeo ex-
arserat furor irae divinae ut dicat Dominus per Ieremiam pro-
phetam Cap. 15. Dabo eos in furorem universis terrae regnis propter
Manassen filium Regis Ezechiae, super omnibus quae fecit in Ierusalem.

Si

Si steterit Moses & Samuël coram me, non erit anima mea ad populum istum. Redundat poena in populum vniversum, effundente sese ira Dei in omnes, non solum merito Regis aut principis, sed culpa populi ipsius, aut Xo illius degenerantis, aut sua malitia ruentis in peccata, aut vtroq;. Quod fiebat in populo Dei, quem fatali caecitate & obstinatia fascinatum nullae conciones, nullae comminationes prophetarum ad meliorem ac saniorem mentem reducere poterant, ne ipsa quidem spectacula exitij Samaritanj, vt docet Ierem. Cap 3. Vidit praevaricatrix soror Israëlis Iuda, quia pro eo quod non data esset aversatrix Iuda soror eius, sed abijt & fornicata est & ipsa: nec reversa est ad me ex toto corde suo, sed in mendacio. Deplorat Iosiae interitum Ieremias, & populo decretas divinitus poenas denunciat atq; inculcat: sed frustra. Eo enim devenerat caeca & indurata pervicacia populi, ut nullus esset locus obiurgationibus, commonefactionibus, obtestationibus: Nulla spes reliqua emendationis in melius. Quale renova est hodie saeculum nostrum, quo quid fuerit aliud maximus numerus ex omni ordine (qs quod superbe, hostiliter, furenter ac pertinaciter adversatur ac repugnat manifestae veritati? Quid his fit dissimile quae referuntur a prophetis? Ierem VI: State super vias

ac

ac videte, & interrogate quæ sit bona? & ambulate in ea. Et dixe-
runt, Non ambulabimus. Constitui speculatores, Dixi, Audite vocem
tubæ, Et dixerunt, Non audiemus. Item Ierem 32, Verterunt ad
me terga, & non facies, cum docerem eos diluculo & erudirem, & nollent
audire. Ierem. 7. Apprehenderunt mendacium. & 5. Indurave-
runt facies suas super petram & noluerunt reuerti. Et 9. Nolue-
runt audire verba mea. Item Zachar. 7. Posuerunt cor suum
sicut Adamantem ne audirent verbum & legem Domini. An
non passim nunc sonant & audiuntur voces similes a refragranti-
bus Veritati in tanta tamq. illustri & euidenti luce? Cum rogant
ut audiant, ut legant, ut quærant, ut cognoscant quæ sit Veritas,
furiose reclamant, Nolumus audire, legere, cognoscere. At quid
sequitur tandem? Illud ipsum quod populo Dei denunciarunt Pro-
pheta. Osea 4, Quoniam scientiam repulisti, repellam & te. psal. 81
Audi populus meus, & contestabor te. Israel utinam audires me. Et
dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ibunt in adinuentio-
nibus suis. Ierem. 6 Adducam super populum istum fructum co-
gitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam
proiecerunt. Ierem. 13. Non parcam, non concedam, non miserebor,
ut non disperdam eos. Quod maius peccatum cogitari potest?

q3 quod authoritate humana & arbitrio humano doctrinae tantis pe
riculis & certaminibus assertae, explicatae, illustratae opposita est
chimaera ex falsis, commentitijs, blasphemis & antiphaticis impie
monstroseq. consarcta, quae nulla sibi parte constat aut cohaeret.
Deum patrem et dominum ac Salvatorem nostrum Iesum Christum
toto precor pectore ut lucem veritatis suae inter nos conservet, &
Cels. T. impleat agnitione veritatis suae cum omni sapientia & intel
ligentia spirituali; ut ambules coram Deo, sicut ipso dignum est,
& placeas ei in omnibus, proferens fructum in omni opere bono, &
crescens in agnitione Dei, corroboratus omni robore, secundum
gloriosam vim ipsius, ad omnem tolerantiam & lenitudinem ani
mi cum gaudio: & ad cursum cum Ozia, Ezechia & Iosia pre
feliciterq. inchoatum, beate placideq. prosequendum atq. absol
vendum, perpetua in fide, cum bona conscientia, prudentia,
& coelesti ac salutari prosperitate. Fidem Celsitudinem
tuam & Illustrissimum Tutorem, cum ecclesia & gubernatione
vestra, ardentibus gemitibus cordis mei commendo. Bene & feli
citer valeat Cels. Tua. Datae Dessae 3 Iunij A° 1590

Cels. T. mera animi subiectione vene
ratur colens

Caspar Peucerus D.

Ad Philippum Canaium: legatum re-
gis christianissimi.

S.D. Inclyte & Generose Domine, patrone reverenter colende. Iucun-
dissimum fuit audire mihi, commemorante D. Amelingo & Bers-
manno, cum sermones tuos doctrina, sapientia, pietate & gravitate
plenos, inque his usurpatam etiam cum benevolentiae erga me testimo-
nio insigni mentionem mei, tum mandata de nuncianda mihi ex
te salute. Sed gratior longe fuit epistola tua, eadem & repetens &
quasi coram ipsi mihi referens cum tot tomis illustribus eorundem docu-
mentis, ut nec satiari lectione illarum, nec laetari satis de tanta
tua erga me humanitate & benevolentia tam eximia possim, quam
si officijs alijs non potero, cultu tamen ac veneratione tui aeterno &
summo studebo, donec vixero. De ijs quae pro veritate perpeti me
Deus voluit quid aut respondere aut gloriari aliud possum quam
cum gratiarum actione perpetua celebrare Deum patrem, & Dominum
nostrum Jesum Christum, quod hoc me summo honore dignatus est
ut propositum toti mundo exemplum miraculosum misericordiae
& veritatis suae, simulque praesentiae perpetuae ac roboris in infirmi-
tate corporis & spiritus mei ostenderit, ὥσπερ κοινωνὸν τῶν παθη-
μάτων.

ματων τοῦ χριστοῦ, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως. Etiam ex morte me liberavit & liberat: εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται.
Nondum me enim rabies conculcantium veritatem & gloriam filij Dei odisse desinit ac persequi. Ἐι οὖν. ut Paulus ait, καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι, quae ut nota fuit omnibus ante mea vincula, sic certius est omnibus non furentibus odio veritatis argumentum & testimonium τῆς δυνάμεως τοῦ χριστοῦ, qui in me quoque declarare voluit illud Pauli, ἀρκεῖ σοὶ ἡ χάρις μου. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, καὶ ὅτι ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ. Omnia debeo τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ: In hoc enim ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, περισσευούσης τῆς παρακλήσεως, καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα. Sed & praesidium fuit tuum, piarumque precum quae pro me effusae sunt ad Deum Christum tuum, & his quantum debeam agnosco, quae si remunerari aliter non possum, mutuum reddam in societate communium & coniunctorum precum ut feci in ipsis meis carceribus meis, & praesto nunc quoque avidius & ardentibus votis & gemitibus.
Quantum ad reliqua attinet in epistola tua, vehementer probo & summam fidem tuam & animum religiosum studiumque constans ac forte erga Ecclesiam filij Dei, & regem tuum. Mihi datum fuit

fuit non tantum ut credam in christum, sed & pro eo ut affligar. Vo-
bis hoc additum est ut in acie etiam stetis & pugnetis, siquidem mag-
nitudo saevitiae defensionem flagitat, & deus excitat pios principes
qui Ecclesiae oppressae immani tyrannide opem ferant. Nec scio ta-
men, an non plus afflictionum sustineant pij in durissima ac perpe-
tua militia, quam in tranquilla vel ab armis quieta laniena per car-
nificum manus. Sed filius Dei gloriosum caput & dux summus
Ecclesiae suae, qui Serenissimo Regi hactenus evidentissimis testimonijs
sui auxilij totus adfuit, ornatumque admirandis victorijs stipavit, atque
ad maiora provexit, non deseret vos, si modo ut fecistis, ipsi con-
fisi fueritis. Vult Deus per vos Francos, qui primi fuistis
συμπολῖται καὶ οἰκεῖοι Ecclesiae Romanae, quod reliquum est de
tyrannide, idolatriae & tenebrarum destruere. Id facilius vos con-
fido parato regno, filio Dei filium perditionis hominem magnum
conficiente penitus Spiritu oris sui, compositione dissidiorum, &
aperta veritatis illustri explicatione. Regnum vestrum ille
si amiserit, velut dextra praecisa sponte corruet, & baculo a-
rundineo hispanicae superbiae frustra innitetur, ~~frustra~~ sinistra.
Ego quantum in me est, si vita suppeditarit conferam ad hoc

quantum

quantum in me erit, & in ijs apud quos aliquid valuero, ut Veritas vindicetur, ac sicubi haeret adhuc ut eruatur atq. illustretur, utq. posteritati cum testimonijs gravissimis tradatur incorrupta. Huic enim impendi omnia, amisi quae mihi fuerant carissima, sola vita superstite & salva, quam mihi destinatam decreto & indicatione, solus Deus conservavit. Non vos terreat pertinacia tam obstinata resistentium veritati: nec diuturnitas seditiosarum conspirationum ac commotionum. τῷ ψεύδει ista poena est singularis. Vult enim Deus Idolatriam inveteratam tot tantisq. insontis sanguinis torrentibus huc usq. stabilitam ante παρουσίαν ultimi duplicatione scelerum ac furorum, secundum prophetam: ut poena atrocitas respondeat atrocitati delictorum. Oportet enim deleri totum illud genus impiorum, quod idolis & innocenti sanguine fuit contaminatum. Oportet ut furiosa sua pervicacia se praecipitet in exitium tragicum parentis & similis exterorum. Nec aliud accidet eis quam Iudaeis excaecatis & induratis. Non patietis vel seditiosas molitiones coniuratorum e quo cunq. sint ordine, vel caecos furores dementatae religionis falsae multitudinis fore diuturnos. De auxilijs externis velim vos non tantopere angi, cum tot victorijs didiceritis quod summo Dni nostro filio dej interest vincere in multis, aut paucis. Quod ad Genevensem

sum Dnum Segurium beatae memoriae scribebam, paulo ante ipsius mortem, ad te repeto. Si tam certo persuadere vobis possetis, non defuturum vobis praesidium coeleste, quam certum illud expeditumque ac propinquum est: minus sollicite laboraretis in quaerenda ac cogenda ope externa, & minus de ea non e vestigio impetrata turbaremini. Uti nos auxiliis humanis si suppetant Deus non prohibet: confidere illis nos non vult: quia diffidentia est erga Deum summa, quam inultam relinquit nunquam & in nullo. Confidite Deo, & vincetis. Id si feceritis, mihi dubium non est Serenissimum Regem successibus optatis, ut capit, Regnum Franciae pacaturum esse, quantumvis magnae difficultates obstare videantur, & dissidiis legitima synodo sublatis ea autoritate quae ipsi competit, redditurum etiam pacem Ecclesiae. Sed utrum talis & tam diuturna sit futura, qualem aliqui vestri imaginantur, de eo ego aliter sentio. Speremus optima, praesentia feramus: ut praecipit vox verbi divini. Haec paucis respondere epistolae tuae volui: reservans alia ad congressum nostrum, quae epistola non capit. Bene & feliciter vale.

1590. [illegible] Augusti.

Caspar Peucerus D.

Clarissimo viro, doctrina, prudentia & virtute praestanti
M. Ioanni Frinario, professori publico in Academia Mar-
purgensi: affini, amico & compatri suo tanquam fratri.

S D. Non respondere mihi maturius ad literas tuas concessum fuit, nec accedere ad festivitatem solennem nuptiarum filiae tuae, cuius ἀνάδοχος sum. Causas utriusq. non ignoras, quae & multae sunt & necessario me vinctum quasi in statione mea retinent. Quare excusatum me tibi de utroq. fore confido. Animo tamen & votis fui, ut semper sum vobiscum. Deus foederis coniugalis autor εὐλογείτω καὶ εὐποιείτω novis coniugibus, & exhilaret te avum beata posteritate ἐξ καταλείπουσα ἀντὶ σοῦ ὑπηρέτας καὶ θεραπόντας τῷ θεῷ πιστοὺς καὶ χρησίμους τῇ ἐκκλησίᾳ. Cum genero tuo per occasionem contraham amicitiam: filiae mitto δώρον parvum, quod ut boni consulatis oro. Tibi opto ut, fruaris ea tranquillitate quae contigit, diu sis superstes ecclesiae, ac prolis plurimis. Patriae nostrae a pace Smalcaldica nuper composita affulget spes bona quietis, nisi novam illam & fatales fures turbaverint. Sed de ecclesiis quod sperem & scholis non reperio. Vix unam terram quae genuerit & educaverit orthodoxos plures: Sed domi quae tam paucos habeant rarae sunt terrae, Et si quos illa habet, non fovet tamen nec audit, sed odit & aversatur. Ex traditionibus

plerumq.

plerique ὀρθοδοξοῦντες: Ex præsulibus, optimatibus & promiscua plebe nulli aut pauci. Vtinam non frequenter oderint & hostiliter persequerentur. Mitescunt tamen nonnulla odia, remittente fascino inveteratæ superstitionis atque idolatriæ, ad lucem veritatis invictæ. Fuit certamen (ut in pauca conjiciam multorum annorum & chartarum prælia) de duobus præcipuis gradibus præsentiæ Dei: de quarto qui satis explicatus est, & de tertio, id est de præsentia Dei in homine per ministerium Verbi & Sacramentorum: in quo non tantum Chimæra tibi & Scripturæ ἀντιδοξεῖ, evertitque & abolet doctrinam de vera hominis ad Deum conversione, sed orthodoxi etiam non videntur mihi hoc assecuti esse & declarasse quod controversum est. Inde sunt illa adhuc prælia, quibus flagrat orbis Christianus. Sed hæc epistola comprehendi non possunt: Paucis tibi indico prima & summa capita, de quibus tu cogitabis ipse. Bene & feliciter Vale. Salutem opto coniugi & Celestino tuæ domesticæ: & amicis omnibus DD Iurisconsultis D Sixtino, D Rulkeio: Medicis, D Victorino & Wolfio: philosophis Cuclonio inprimis, & reliquis. 16 Martij Iuliani Anno 1589.

Caspar Peucerus D.

Ad Dn. D Christophorum
Pezelium.

S. D. Post discessum à me tuum binas abs te accepi: priores

à

scholasticis euntibus Witebergam, quibus adiunctae erant pagellae meae, et tuae de colloquio inter te et Winkelmannum: alteras à M. Francisco Bredowio, cui ad tuam intercessionem dedi et ipse curaturus D. Wesenbeccio reddendas, cum non sit ibi amplius D. Eberhardus à Weihe translatus in aulam ad munus procancellarij. Historiam colloquij inter te et Winkelmannum ad D. Pierium non misi, cum alias ob causas quas praetereo, tum nunc et hanc quam praesagijsti, quod et cum indignatione aliqua legi ουδετερος illam, et censui non fore ex dignitate et existimatione tua si spargatur, in tanta virulentia et acerbitate insidiantium veritati, et orthodoxorum famae. Miratus sum quod nugatori isti, inanissima et nusquam cohaerente sophistica ludenti tantum indulseris, ut quaestionibus palam impijs et falsis, quas mouerj indignum est, cum eo contenderis. Scopum autem et caput controversiae ex quo manant et dependent omnia, ut non attigeris. Quaeritis: an humana natura mox à puncto conceptionis fuerit immortalis? an fuerit Deus? Ridebunt qui legent, aut indignabuntur. Quid docet enim, quid asserit, quid clamat scriptura, quam contrarium? Quid redarguit euidentius quam utrumque? Postea quaeritis: An natura assumta? an voluntas Christi fuerit omnipotens? An humana natura resuscitauerit seipsam? Haec omnia uno ictu praecidisses si illum

si illum interrogattes: Quid, quae, & qualis sit vnio hypostatica duarum
naturarum in Christo? Vtrum sit, ut ipsi somniant, realis seu com-
municatio, seu effusio (cuius vocabuli usum nunc abhorrent) proprie-
tatum essentialium diuinae naturae τοῦ λόγου assumentis in huma-
nam assumtam? Vel sit vnio per compositionem duarum natura-
rum coalitu mutuo constituentium unam personam, tanquam partes, tertium?
ut quosdam sentire animaduerto. Vel, Vtrum potius vnio sit
per assumptionem humanae naturae in vnitatem personae insertio
vel copulatio talis ex qua assumta natura habet in assumente τὴν
ὑποστατικὴν ὕπαρξιν καὶ ταυτότητα, sicut Damascenus loquitur,
saluis & integris vtriusque naturae proprietatibus, quam nec habuit
cum nihil esset ante assumptionem: Nec post assumptionem nunc ali-
ter habet quam in assumente. nunquam enim separatur a τοῦ λόγου.
Et nisi hoc modo existeret ac sustentaretur, aut non esset sed redige-
retur in nihilum: aut esset hyphistamenon per se, & sic duo fie-
rent dimidij Christi, iuxta Nestorium. De hoc totius contro-
uersiae capite, cum inter vos minime conueniat: quid possitis de ijs
disserere, quae suo ille capite ex praeconceptis suis opinionibus falsis
extruxit? Tu prouocas ad vnionem hypostaticam, & illa te-
tueris, ac rationes tuas: Credo, sed longe alio sensu quam ille
accipit.

accipit, cui grave est damnare propositionem istam, Naturam huma-
nam à primo ortu non esse immortalem: quam talem non esse pronun-
ciat tota scriptura uno consensu. Ego cum scriptura, supra falsitatem,
etiam impiam & blasphemam esse affirmo, simpliciter & absolute. Ut
sponte enim & volens assumsit carnem nostram filius Dei: sic assumsit
obnoxiam omnibus iis infirmitatibus sine peccato, quibus pati pro nobis
posset. Fuit ergo à primo exortu mortalis δυνάμει, usque ad momentum
quo actu expiravit. Nam attingam rationes eius, quae sophisticae
tantum sunt, & fere tendunt ad hunc sensum, quod quae divinae propria
sunt, realiter humanae tanquam perpetuo organo communicat, & quae toti
personae Scriptura tribuit in exaltatione, trahit ille ad unam humanam
seorsim, magis divellens naturas, quam unquam divulsit Nestorius: communi-
catione vero reali magis confundens, quam confudit Eutyches. Re-
mitto tuas coniugationes. D. Pierius nuper promulgavit theses, quibus
Chemnitio soli tribuit victoriam de profligatis Pelagianis. Mirum
est nullum ex iis qui intercesserunt fuisse tam oculatum: ne Lu-
therum quidem, qui in suo de servo arbitrio libro contra diatriben
Erasmi triumphabat. Legi & his diebus epistolam ad te Zanchi
adiectam secundae parti tuarum Obiectionum, qua inter caetera, quae
in Philippi scriptis notat, reiicit concursum trium causarum,

Spus

spiritus sancti, verbi, & voluntatis: ubi hanc recte excludit ut efficien-
tem causam; ut agentem suo loco & ordine minime recte excludit.
Nec recte statuit tantum hominem esse subiectum convertibile, cuius si-
cut tu in responsione tua, fol 112 iisdem vestigiis insistens, ais, fie-
ri impressionem, ut notae in lapidem, quae evelli deinde non possit.
Illud verbum, ais, sit esse efficax in corde, ut Satanam, peccatum,
mortem, & quicquid est malorum vincat. De verbi virtute &
efficacia concedo facile, sed de applicatione, qua fiat virtus illa &
efficacia: utrum per insculptionem aut impressionem sicut in lapidem
& truncum? An vero per vivum & efficacem motum, virtute spi-
ritus sancti, in naturam quamquam corruptam, habentem tamen organa
rationalia & regenerationi ac renovationi per lucem & virtutem
spiritus sancti, ad intellectum & actiones novas spirituales accommoda-
ta; sed per verbum & sacramenta, in usu horum recto, & in
actione ipsa, in qua conatu & lucta seria cum contrariis prin-
cipiis quae inchoata cum initio regenerationis durat dum haec vi-
ta durat. De hac ergo applicatione est quaestio. Quaeritur
enim, ut clarius me explicem, utrum fiat applicatio insculptio-
ne & impressione physica, bruta, materiali, & mutatione vitiani-
tali, homine se habente mere passive, non quidem sine sensu,

sed

sed sine omni motu tamen, sicut rana encecta frigore hyberno? quod nulla unquam scriptura, nullo iota ex scriptura docebitis. An vero fiat hoc ordine, quem Scriptura perpetuo inculcat: Virtute viua Spiritus sancti, mouentis per verbum, illuminando, ciendo, ac regendo, & viribus, mente & voluntate, suo loco agentibus quod suum est, in lucta vera ac perpetua virtutis nouae Spiritus sancti, & innatae pra-uitatis, tenebrarum, caliginis, dubitationum, auersae à Deo & contu-macis voluntatis, ἀταξίας reliquarum virium, cum luce noua filij lucentis per verbum, & cum virtute Spiritus sancti noua &c.? quod tota scriptura perpetuo inculcat, praecipiens ac flagitans audi-tum, studium, meditationem, intellectum, conatum: non quod nostra-rum virium illa sint, sed quia nobis impertiuntur afflatu ac virtute perpetua Spiritus sancti, distribuentis fidem & χαρίσ-ματα alia, qua & quanta vult actione ac mensura, liberrime sine violentia, sine coactione, sine enthusiastico raptu aut afflatu, sine infusione obesa Pontificia aut Flaciana; quod cogitantur Puri-passiuista-consiltori. Hac autem virtute noua vult nos Deus per verbum luctari cum Diabolo, peccato, in carne & mundo. Nec hominis Christiani vita est aliud quam hac virtute Spiritus sancti per verbum conuersio perpetua ad

Deum

Deum, in tali lucta, in qua etiam quandoq. Sancti superantur, cum la-
buntur in peccata mortalia contra conscientiam. Quam Puze-passi-
uitatem nunquam ex Scriptura afferent aut tuebuntur. Neq. hoc
est τελος διαφυλαξιν, cum Scriptura doctrina, monitis, & exem-
plis requirat perpetuo in viribus luctam virtutis novae spiritualis
cum pravitate carnali, cum Diabolo & mundo. Nec extirpatur
physice pravitas innata, sed reprimitur virtute nova Spiritus, ne
regnet. Utinam hanc doctrinam inculcaretis populo: maius stu-
dium pietatis & serium magis accenderetis. Reliquas Controversias
praeterea, de quibus si conveniremus, nihil relinqueretur dubii.
Pleraq. inde video nasci ac posteriori; quod consilium ac mentem
nec norunt nec considerant. Possunt similes Controversiae agi
in ipsorum & aliorum scripta: sed in quorum usum, nisi sit prius
aut fiat Consensus de fundamento? quod tota scriptura teste contra
pure-passiuitatem tale esse existimo, ut aut caecum nos esse
oporteat, si illa testimonia non animadvertamus, aut illos in eo-
rum interpretatione errare, a quibus praeter pauca de lapidea cor-
dis duritie & similia, nulla adducuntur, de quibus tamen ipsos
quid planius est quam quod ipsorum confessione & scriptis

ipsorum

ipsorum responderi potest: Lapideum esse cor à corrupta origine,
sed tamen esse cor hominis non bruti? Cor autem illud mutatur non
necessitate Stoica, non afflatu raptuque Enthusiastico, non mutatione phy-
sica, materiali, bruta: non infusione nouae qualitatis scholastica, non in-
fusione ut in urceolos uacuos Wigandica: Id enim omne illi confi-
tentur. Sed liberrima actione Spiritus sancti & efficacia distribuen-
tis dona τῆς πίστεως καὶ δωρεᾶς κατὰ μέτρον τοῦ λόγου:
Quae dona qui sibi applicat virtute non sua sed Spiritus sancti, ac
vincit Diabolum, carnem & mundum, saluatur: Qui succumbit
aut primo congressu, aut deinceps, semel, iterum, crebrius, redit ta-
men ad poenitentiam, & in ea non simulata poenitentia moritur, sal-
uatur etiam. Reliqui quocunque ordine & quibuscunque gradibus
discernantur, pereunt. Qui .n. perseuerauerint usque ad finem, sal-
uus erit. Sed prouehor longius. Ergo in hac quaestione por-
tenta nihil aliud specto quam Syn-passiuitatem introductam
errore ab Antagonistis contra sanum & verum dogma Philippi.
Non constare enim ipsorum Syn-passiuitas potest, si Conver-
sio talis est, qualem scriptura describit; cum longe aliud ac di-
uersum sit, Omnia esse donum Dei gratuitum & misericordiae Dei,

Et

Et, Hominem habere se pure passive in applicatione sive motu di-
ne actione, ut subiectum patiens tantum, aut convertibile. Cum
fiat enim conversio non sine attentione, consideratione, studio, conatu,
lucta perpetua: quomodo totum habet Pure-passivitas? Et unde ori-
retur lucta ista, nisi duo contraria principia concurrerent, in ratio-
nali & intelligente creatura: Unum Spiritus Sancti; alterum insita
& immissae a Diabolo & mundo pravitatis; quibus cum subiectum
luctatur. ~~Haec~~ Spectarunt Philippus, quae non redarguerunt
ipsi ulla scriptura. Ignosce mihi monenti quae monenda esse
puto. Sed de his omnibus facile iudicio ivij valuerem conver-
di posse, praesertim cum haec omnia doctrinae ipsorum de Prae-
destinatione, ac disputationibus a priori seu ab arcanis decretis
accommodatoria sint, quae tamen ut minime explicata nolim
nos, aestimare ac definire oportet ad salutis nostrae certitudinem,
ex revelatis verbi ac signi, ut recte consitentur Scholastici.
Mitto literas ad te pertinentes, sed apud me depositas. De Galli-
cis rebus nihil quicquam certi habemus. Scripsit ad me D.
Bongarsius eadem quantum intelligo, quae ad te, id est, plena
pusillanimitatis: quae ego legens cogitavi psalmi illud 69.

Totus

Posui auxiliatorem praepotentem, et exaltavi de populo electum: Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus contra eum, et filius iniquitatis non affliget eum: Et concidam à facie ipsius inimicos eius, et odientes eum percutiam. Filius iniquitatis est idem propheta qui Paulo ad Thessalonicenses ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας: id est, Pontifex Romanus. De Rege Franciae illa interpretor: haec de Pontifice Romano. De ipsius vero satellitio Hispanico superbo Prophetae illud accipio. Prope est interitus tuus, Maior superbia et jactantia tua quam fortitudo. Item, Tremor possidebit Hypocritas. Si quid habes, communica nobiscum, et da operam ut quidquid obscurum esse putas in Philippicis, hoc ex ipsius mente et sententia illustres: in qua re te adjuvabo quantum potero. Bene et feliciter vale. Urgebo nunc editionem iteratam Commentarij mei de Divinationibus.

Dessa. 4 Novemb. hora quarta matutina raptim. 1590

Casp. Peucerus.

Reinero Reineccio, Historiarum peritissimo, amico veteri et optimo.

S. Nil tam desideravi, nec optavi tam quaeque inde usque ab eo tempore

eo tempore, quo primum historias veteres legere caepi, offensus fabulis Aegyptiorum & Graecorum (qui ab Aegyptijs accepta vetera seu vera seu falsa novis alijs commentorum involucris alicubi cumularunt, in plerisq. obscurarunt) ijs tale aliquod scriptum, quod uno contextu perpetuo sic sacris Ethnicas historias coniungeret, ut simul & narrationes fabulosas ad certam & indubitatam veritatem Bibliorum examinatas, quantumq. fieri posset ex fabularum nugis tricis eru- tas vel nebulas evolutas, historica primorum fontium fide ac veri- tate explicaret: Et origines veras gentium, earumq. propagationes ac migrationes: Monarchiarum itidem, Regnorum, ac Rerumpubl. initia, incrementa, formas ac periodos demonstraret, a primis pa- tribus exemplo scripturae deriuatas, cum accuratissima, quanta haberi potest temporum annotatione ac collatione, sediumq. ac locorum in orbe terreno, quas seculo quovis tenuerunt designa- tione; Denique quod causas etiam ostenderet occasionesq. migratio- nis gentium, & motuum ac mutationum in Regnis ac Rebusp. simulq. illustraret ista genealogijs cum descriptione celebrium familiarum, penes quas imperia aut summae rerum fuerunt, & a quibus res praecipuae gestae contestaq. traduntur. In talem usum cum nonnulla privatim mihi ipsi annotare caepissem, desperabam

debam

debam rem fore longam ac difficilem, multiq. & assidui laboris ac stu-
dij. quae totum requirit hominem, una hac cura tantum occupatum &
judicio praeditum recto exactoq. Idcirco etsi abijciebam propterea cu-
ram ac meditationem operis tam ampli, ipsa mole etiam ac varietate
occupationum nihil tale admittente: non deponebam tamen studium
ac diligentiam notandi, colligendiq. ex veteribus & recentibus ad eo
pertinentia, nec desinebam de idoneo ad opus tantum artifice cogi-
tare, & ubi huiusmodi aliquem reperirem quaerere. Inquirente me
autem sollicite, & cum amicis deliberante, cum tu te nobis offerres
primis editionibus tuis, ex illis perlectis veni in certam spem, voti
mei me per te compotem futurum. Sed quia in fatali tempestate,
quamquam non improvisa, vehementiore tamen praesagio meo, me oppressit
ereptumq. consuetudini hominum in latebras abdidit procella, omnem
rursus de hoc instituto cogitationem excussit mihi in solitudine
concluso conflictanti cum alterius gravioris q. argumenti quaestio-
nibus ac certaminibus: Votum tamen ac spem quam certo
constantiq. de te judicio conceperam, nunquam ademit. Hoc propter
cum ex latebris in lucem & ad societatem eruditorum divinae
providentiae ac misericordiae singulari beneficio, ductuq. ac gu-
bernatione mirabili reductus ex tuis literis primum cognovissem

qd

quod illas ipsas à me unice posteritati expetitas, & ô te ante nostro etiã
suasu atq. impulsu inchoatas operas in manibus adhuc habeas, urgeas,
pertexas, vehementer gavisus sum: Deoq. cum fausti omnis precatione
& vitæ tibi producendæ voto gratias egi. Complevit gaudium hoc meum
non ita multo post absoluta pars operis prima, cum illa ad me missa
abs te judicio censuraq. meæ subjiceretur: Quod in eo quæ elaborata
jam erant, superarent spem meam pleraq. atq. expectationem. Quæ n.
difficillima & veterum historiarum penuria vel defectu: fabularum au
tem seu lusibus seu labyrinthis, seu prestigijs intricatissima: rerum eti
am atq. eventuum aliqua similitudine, ac temporum discrepantia aut
errore confusissima esse sciebam, ea reperiebam ad eum modum expla,
nata ac declarata, ut amantibus cupidisq. veritatis omnibus non du,
bitem abunde satisfacturum: Alijs imperitioribus ac rudioribus ad de,
siderium studiumq. historicæ cognitionis non minus necessariæ generi
humano, quam ipsa societas humana necessaria est ad politicam communem:
quam cultura sancta ad æternam vitam, incitamento: Ad considerationem
autem veritatis in monumentis veterum subsidio atq. adiumento certo
futurú esse. Ita enim ab exordijs biblicis orta ac propagata ijs,,
dem perpetuo vestigijs insistendo, inde vno perpetuoq. filo detexis eth

mica

nica, et cum ijsdem vinculis contexis. Ut cum à posteritate Nohae: (cuius ego nomen idem esse conijcio cum Inacho Graecorum, sicut reipsa idem utreque fuerit sive nomine solo:) cum ergo inde velut à fonte rivulos deducas, dissemines, ac distribuas in orbem terrarum diversissimas natura, ingenijs, lingua, religionibus, legibus, moribus & imperij gentium stirpes, continua serie temporum, locorum & migrationum; primam tamen & cognatam originem omnium ex prima & vetustissima gente & lingua, erudite, concinne & evidenter demonstres, non anilibus figmentis, non inanibus somnijs, non Graecorum more violenter, fabulose, aut inepte detortis aut contortis vocabulis priscis, quae ex antiquissima primarum & religionum & stirpium memoria conservarunt commentitia fere Ethnicorum numina & sacrificia, gentes nonnullae, terrae & flumina, sed eruditissima minimeque fallente coniectura cum sensu ipso significato, seneque accomodatis ad originis & religionum gentiumque historicam veritatem, & cum monumentis biblicis contentum. In quibus etsi rectissime sequeris ducem nostrum & magistrum communem Philippum Melanthonem, qui primus post superioris seculi tenebras ac barbariem, ut pleraque alia, sic historias etiam legere nos vero cum usu & fructu docuit: exemplo tamen illius adijcis plurima scite argute. & vere abs te cogitata. Totius vero operis & systematis ixro,,

Ecallia

Historia distincta in quatuor Danielis Monarchias, ex recepta proba-
taque magno veterum consensu sententia, talis est, ut quemadmodum
ostendit partis primae op. de Historia seu exaedificatio & dispositio, pars
quaelibet cum Monarchia sua velut ὑπὸ μίαν σύνοψιν, & ad centru-
tum unum, uno complexu redacta & exhibita sit faciem universae
societatis humanae, qualis extitit quavis aetate mundi, in quacunque
orbis terrarum parte. Adhaec brevitas narrationum cum indica-
tione tamen rerum praecipuarum & maxime necessariarum quanta so-
lita est, tanta est ut nesciam, an ex discerptis alicubi mutilisque aut
temere variisque consartis quasi fragmentis, saepe inter se etiam discre
pantibus: alicubi ex nimis operose dilatatis monumentis, universim:
an ex tanta multitudine & dissimilitudine regnorum, rerumpublica-
rum, negociorum ac hominum, decerpi praecipua, exquisitiore iudicio,
& in arctiorem epitomen contrahi possint. Tria ergo ista epitome
& diu multumque versatis in voluminibus historiarum, ἀνακεφα-
λαίωσις; & in eandem lectionem primum ingredientibus, norma rectrix;
& iudicio destitutis Canon; memoria deficientibus, μνημόσυνον erit.
Imo si, ut recte censet Dionysius, ἱστορία est ἀρχὴ φρονήσεως
καὶ σοφίας: si, quod Nazianzenus addit, ξυμφερτὴ σοφία:

ad illam

ad illam breuissimo rectissimoq. itinere consequendam cumq. ὁ δὴ ὁδὸς erit ἁ ὅτι κάλλιστος δὴ χρησιμώτατος. Quid enim ad facilem & expeditamq. cognitionis, iudicij & memoriae rationem accomodatius esse potest, quam tam immensae varietatis rerum, quae sub aspectum non cadunt, nobis in vnam ideam coagmentatae & conformatae σωματοποι-ησθαι menti obuia? Gratias itaq. debet tibi tota posteritas, quae, si quae futura est eruditio aliqua, nec omnia delebit inundans barbaries, ut grata agnoscat, sic celebrabit operas tuas & his grata fruetur. Tu modo perge, & quod praeclare coepisti, optime felicissimeq. absolue. Ad eum laborem ut proroget tibi Deus vitam, augeatq. ac confirmet vires ingenij & corporis, ardenter precor, propter suam ipsius gloriam. Si enim res recte perpenditur, verus historiae praecipuus est consideratio in eis vestigiorum ac testimoniorum admirandae sapientiae, iustitiae, bonitatis, potentiae ac prouidentiae Dei. finis: Dei celebratio; Reliqui fines humanos usus spectant. Sunt autem tria hominum oculis obuia, in quibus quaerj se Deus, considerari & cognosci uult: Totum mundi opificium, resq. in eo creata singula: Et in solo genere humano cum societas ipsa politica, tum Ecclesia sancta, quam filius Dei decerptam ex quo uis genere & agmine societatis humanae sibi colligit voce Euangelij in aeternam

hare-

hæreditatem. Hæc tria singula cum sint admiranda opera dei, utq.
condita sunt a Deo, sic ab eodem mirabiliter, sed liberrime gubernen-
tur ac conservantur: dignissimum est, ut in omnibus omnia tanquam
ad unum præcipuum & ultimum finem referantur, ut illustretur ac cele-
bretur Deus Architectus, opifex & Rector omnium, eoq. magis quod orbi
regna & cœtus humani præbent hospitia Ecclesiæ: longe alius tamen
est cœtus & unio alia atq. coniunctio Ecclesiæ, dispersa quidem per
orbem terrarum, uno verbo tamen unaq. fide & uno Spiritu, mutuaq.
dilectionis vinculo uno consociata, inq. unum corpus συναρμολο-
γούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, κατ᾽ ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ
ἑνὸς ἑκάστου μέρους εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ, quod est σῶμα
τοῦ Χριστοῦ: Alia societas divisa quidem & ipsius in cœtus
innumeros diversosq. orbis terrarum, devincta tamen rursus inter
se ad vitæ præsentis & caducæ usum vinculis alijs multiplicibus,
ut imperijs legibus, iudicijs, commercijs & similibus: Alia deniq.
rerum naturæ gubernatio est. In harum unamquamq. De-
um, ut præsentem semper operi suo, liberrimeq. id administrantem
consilio & arbitrio suo, includi oportet. Ac recte secundum obiecta
hæc triplicia, tria constituuntur distincta prima historiarum genera:

Naturale,

Naturale, quod Plinius titulo operis sui professus est: Politicum: & Sacrum seu Ecclesiasticum verius, tamquam Ecclesiae Dei separatae à profanis coetibus propriam: In quorum describendo quolibet, qui narrat aliquid atque efficit, laudem meretur sempiternam: quia historiis mortua viuunt, inque ocu-lis & conspectu sunt quae dudum evanuerunt. Sed maiorem mere-tur gratiam & laudem qui exponit universum redigit in corpus unum concinnatum, quam in una qui parte tantum elaborat: Idcirco nec tibi tua deerit laus & gratia, si tamen abeit invidia, fatalis, ut seculo quovis, sic nostro bonis maxime. Cui etsi Pindarus, quamquam Ethnicus, remedium proponit oppresso salutare, petitum ex divina, sed innata nobis sapientia, monens primo ut quod agit, recte agat quisque, & recta anteferat omnibus rebus humanis, inquiens: ἐς πάντα δὲ νό-μον εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει παρὰ τυραννίδι, χ᾽ ὠπό-ταν ὁ λάβρος στρατὸς, χ᾽ ὤταν πόλιν οἱ σοφοὶ τηρέοντι: mox quoque subdens, cum Deo non contendendum esse, qui evehit quos vult & abiicit, χρὴ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων, τότε δ᾽ αὖθ᾽ ἑτέροις ἔδωκε μέγα κῦ-δος: de hoc ipso tamen divini arcanique iudicii decreto & opere ad versus invidos subiicit; Sed ne hoc quidem sanat invidos. ἀλλ᾽ οὐδὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν, qui semetipsos ulciscuntur

ac

ac consumunt eo vulnere, quod infligit vis perpetuum atq. insanabile illius, cui inviderunt, felicitas aut ex donis divinis nata gloria, nec quod moliuntur perficiunt. στάθμας δέ τινος, inquit Pindarus, ἑλκόμενοι περισσᾶς ἐνέπαξαν ἕλκος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρδίᾳ, πρὶν ὅσα φροντίδι μηχανῶνται τυχεῖν. Uruntur enim eo quod mutare non possunt. Tandem uno certo, perpetuoq. utili & salubri remedio opitulatur Pindarus adversus omnibus, a patientia sumto, quo praeterita claudit, inquiens: φέρειν δ᾽ ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει· ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν ὀλισθηρὸς οἶμος. Idipsum vox caelestis proponit Ecclesiae, sed non ut Pindarus nudum solumq. ac frigidum, verum alexiterijs validis atq invictis Evangelioq. proprijs instructum & adauctum, mandato nimirum subiectionis & obedientiae erga Deum in adversis, & promissione dulcissima misericordiae divinae, auxilijq. certi, in quemcunq adversa desinant eventum. Ne & te itaq vel potat morsus vel feriat lapis inimici: genuinum & falsum opto tibi tuisq. scriptis prosperius quam contigit meritis et scriptis Viri sancti & innocentis Philippi Melanthonis post tot cum primis hostibus congressus, ac tot superata certamina. Sed redibit & huic sua, cum honore priori ac debita gratia, Autoritas

vitas, & sonabit iterum ille scriptis suis inter eruditos in Ecclesia & scholis, explosis ac sopitis illis qui adversus eum λάσκοι τὰς βλασφημίας κόρακες ὡς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Bene & feliciter vale. Cal. Decemb. Iuliani. Anno 1588.

Casparus Peucerus: Philosophiae & medicinae doctor.

Clarissimo doctrina, pietate & dignitate Viro D. Magistro Esromo Rudingero, amico suo tanquam fratri.

S. D. Et sanctas operas tuas vidi, quibus memoriam nominis tui antecessisti atque obsignasti Ecclesiae ad posteritatem; & qua dispositus conditione nunc vivas compori. Illo laetatus, hoc valde sum conturbatus. Magnae mihi voluptati fuit, quod consummationis reliquum vitae tuae utilibus & salutaribus operis, hacque in parte aliquorum ex collegis nostris deploro infelix otium & silentium: Meum etiam ipsius. Sed illi suum talentum quo negociari poterant, vel defoderunt vel neglexerunt: Me Deus multis carceribus consilio ipsum ac celebrare voluit. Gratulor itaque & felicitatem tibi hanc, & Ecclesiae donum per te Spiritus Sancti: Deumque precor, ut vires afflictas corporis infirmitas tibi augeat & confirmet. Scripsissem ad te diutius, sed occasiones defuerunt

runt, quas nactus in patria, quo eram expatriatus, praetermittere no-
luj, ut me tuj memorem esse ac fuisse agnosceres. Ego, sic Deo
volente, et post obitum beatissimum optimi mei principis patris filijs
ingenuitatis constitui adhuc aliquamdiu manere Dessae, et operas in-
choatas ante carceres et in ipsa solitudine pertexere. Dominum oro, ut
vires, quas cum vita ipsa miraculose mihi conservauit, nec minore
et miraculo nunc prorogat, roboret deinceps etiam et augeat, ac
munus quosque misericordia sua per et propter filium Spiritu suo
sancto Ipse absoluat feliciter. Bene et feliciter vale. Dis-
sae 20 Martij 1587. Caspar Peucerus: pater.

EIDEM

S. D. Gratulor tibi toto pectore recuperatam cum mediocribus vi-
ribus corporis alacritatem pristinam ingenij et animi, quae cum aucta
et confirmata, ut Dominus proroget tibi vitam ad sanctas et salutares
operas tuas pertexendas, ardenter opto et precor. Utinam aliqua nos
occasione coniungat Dominus. Nihil est nunc, quod magis exoptem. Ha-
beo autem tibi gratiam interea quantam possum maximam, cum de
ijs laboribus fideliter, constanter et feliciter confectis, quos publico no-
mine pro veritatis diuinae et innocentiae nostrae defensione suscepisti,
tum de testimonio tuae erga me perpetuae beneuolentiae amorisque, et

optimae

optimae voluntatis: Mag. Vitissim, quem iniuriae multiplices nec ani-
mo nec corpore mutarunt tam diuturno tempore, illum mansurum, quem
ante novisti penitus, certo tibi persuadeas. Ego tali loco nunc vivo,
in quo multis prodesse, sicut opto & cupio, non possum. Nec vi-
deo, quomodo hic rerum statum meliorem consequi, aut quid de emen-
datione penitus eversorum & iacentium in melius sperare possim.
Vocatus sum Heidelbergam clementissimis Palatini literis: Amici
nostri instant, & urgent vehementer. Sed quid faciam hac aetate?
praesertim cum otio & quiete mihi opus sit, ad ea absolvenda, quae
per manibus habeo. Landgravius apud Electorem Saxoniae hoc
principum Numburgico congressu impetravit D. Strüngero & M.
Christiano liberationem ab omni nexu & servitutem. Erga me
etiam clementissimam affectionem illius confirmavit. Si quid
officii in aula illa tibi cupis, significa hoc mihi vel filio. facie-
mus tua causa quae poterimus, & opportunitates ostendemus, quibus
tentari illa a te debeant. De tuis in psalmos meditationibus
scripsi per tuum Cursorem ad Typographum Witebergensem. Servus
tuus enim eas facultates non habet, ut sine alieno sumptu excu-
dere ipse possit. Si recusarint Witebergenses, consulo ut mittas
Heidelbergam, ut ibi vel Neostadii excudantur. Si per me id curari
voles

vobis, da operam, ut ad me perferantur. Nobis vobis istic chartis & typis excudentur, & emendatius multo. Mihi autem, ut id fiat, curae erit. Haec subito, festinante tuo cursore, respondi, ne tibi meis remoraretur. Quid sit auspiturus responsi a Witeb. coram refert. Nam ad me se non rediturum ostendit. Bene & feliciter vale. Pro meo nuncio. Pro dulcissimo epigrammati ornato iterum tibi gratiam habeo. Salutem coniugi tuae & tuo cplo. 14 July. 1587

Caspar Peucerus

EIDEM.

S. D. Accepi & proximas tuas cum ijs, quas Witebergam transmisisti vis ad Chirurgum, et priores, quibus tu mihi aperis totum. Doleo vehementer vicem tuam, & jamdudum quaero ac delibero cum amicis, quomodo rebus tuis afflictis hac aetate consuli possit. Sed occasiones adhuc reperio nullas. In aula Saxonica autoritas mea nulla est: Nec tantum valet veterum meritorum memoria, ut meis rebus, quae adhuc haerent, intercessione opportuna potentiorum opitulari possim. Heidelbergae an nobis vivere nescio. Sum in hac sententia, si reverteremus in has terras, vel ad Rhenum si migrares ad vina leniora, futurum ut liberalius αὐχμηρὰ induratorum articulorum pristini vigoris bonam partem reciperes. Cur consentirem vis & meij in ea gente, quam pro tuis officijs ac beneficijs mul

tiplicibus

tiplicibus tam ingratam expertus es? Subsistere, & reliquum vitae continuare in tuis terris, et potes & velis: suadere tamen ego nolim multis de caussis, quas commemorare non est operaepretium. Tecum ergo delibera: ac decerne, quid sit e re tua futurum, & a me quid fieri tua causa velis? Nihil enim recusaturus sum, quod ex usu & commodo tuo fore conviceris. Bersmannus revocatur Lipsiam. Conditiones quae feruntur, an accepturus sit nescio. Si discesserit, vacabit locus ille in Gymnasio Servestano: quod dissimulare ad te non debui, si forte non abhorreas ab eo loco. Bene & feliciter vale. Dessae 9 Octob 1587. Casp. Peucerus D.

EIDEM.

S.D. Credas, mi carissime Esrome, me literis tuis vehementer turbatum esse. Utinam tantum opis afferre rebus tuis possim quantum ~~debeo~~ cupio, tuque desideras, & de me, per errorem, tibi polliceris. Non sum illo loco in aula vicina, quo tu opinaris: & tibi quid impetrarem, qui mihi contribuere nequeo? Polliciti per me & filium, dum in vivis esset, beneficium insignibus tabellis ex merito promissum quondam ab Electore patre, beatae memoriae, etiam haeredibus meis: sed repulsam tuli talem, quae omnem mihi spem penitus praecidit. Aliter quam speraram res cecidit. fortasse

satium

fatum melius erit tuum, qui consecutus es antea aliquid per Can-
cellarium Ebersdeliam. Ille vero in amplius aula non est: & ut
esset a me libens compellari non posset, cum sit & fuerit mihi
infensissimus. Multa in aula mutata sunt, & nunc emendatio
institui dicitur Academiarum & scholarum, cuius te eventum velim
expectare. Fortasse aut revocaberis, aut rebus melius constitutis
sequetur aura mitior post sopitos flatus priores. Alterutrum
utrum evenerit, e re tua futurum est. Sive conditionem enim re-
vocatus operam, sive cum excusatione aetatis recuses: occasio erit
merita Principi Electori commendandi et celebrandi tua, & haec
propter petendi, ut habere rationem tui, & propter priora merita
ut decernat viaticum perpetuum senectuti tuae. Tunc vero si
vixero & quid potero, orabo sedulo per consiliarios, utrique nostrum
bene cupientes, ut ex voto animi tui aliquid conficiatur. Mul-
ta nunc obstant impedimenta, quae nec possunt nec debent li-
teris explicari: praesertim dum nova adhuc & tenera sunt quae
aguntur. Scripsi in meis rebus ad aulam saepe, & ad praecipuos
omnes fere: sed a nemine responsum mihi quicquam est praeterquam
ab uno medico. Inde quanti fiam, & quantum possim facile
aestimabis

æstimabis. Nihil itaq. de me polliceri: confirmare aliquid minus pos-
sum. Sed hoc persuasum tibi sit perpetuo, me tui memorem futurum,
et, si quid potero, sponte facturum esse. Si quid difficultatum inci-
derit in præsens negocium venditionis tuæ: commonefactus scribam ad
principes. facient tua causa haud dubie, quod postulabit necessitas. Mi-
nus exosum est enim nomen tuum. Literas Witebergam tuas
mittam quam maturrime. De Epigrammati Epicedio scripto dilectissi-
mo filio, gratiam tibi habeo summam, editurus id cum reliquis,
ubi collegero omnia quæ ab amicis promissa sunt. Non feret
te Moravia, si bellum Sarmaticum exarserit, aut si quid Turci
in Austriacos tentaverint. Hic omnia posita sunt in ea, quæ
præ foribus est, mutatione. Grammatomantiæ, quod sciam,
nulla fit in meis divinationibus mentio: et fuisse eam mihi igno-
tam fateor. Tu, mihi de ea quantum cognitum habes, quæso expli-
ces. Fama est Electorem commentantem Berlino, ubi nunc est,
venturum Witebergam, et dies aliquot ibi commoraturum. In
hunc adventum animadverto multorum animos intentos esse. Deus
gubernet consilia et exitum. Bene et feliciter vale. 16 Novemb 1557

C. Peucerus D.

ʒ est una hic interponenda

EIDEM

S. D. Gratulor tibi toto pectore felicem migrationem ex Mora-
via

ũia in Vrbem patriæ vicinam, in quã ut tranquille beateq. reli-
quum Vitæ transigas opto precorq. In magno fuerũt discrimine
Moravi & Silesij ab irruptionibus Turcicis, quas instrata prope
omnibus victorijs dextera Dej omnipotentis avertit ac depulit. Nisi
composita res inter Polonos & Austriacos fuerit, recrudescent & ingra-
vescent illa pericula, conspirantibus Polonis cum Turcis. Hi si
semel pedem intulerint in eas terras, ut se confirment & progre-
diantur dabunt operam. Bonum est te non à periculo tantum,
sed & periculi metu abesse. Cujus nunc in manibus habeas
cupio scire: & quam cepit me huius vitæ tædium propter ea quæ
fiunt passim, neq. magis excruciant liberalium quam privata mala, &
recurrerunt oppressam penitus: nondum desperavi tamen videre
te adhuc in hac vita. forsitan offeretur mihi occasio in Pala-
tinatum excurrendi: quod si fieret, iter in reditu vellem ad vos
instituere. Bene & feliciter vale. Salutem opto amicis omnibus
M Menitio & Laurentio Theologis. 25 Iulii ant Novemb. 88.

Caspar Peucerus

EIDEM

S. D. Cancellarius Ducum Silesiæ D Reinmannus, vir optimus
& eruditus καὶ ὀρθόδοξος de nostris rebus te edocebit, quem, si
conciliaveris ipsi amicos istic viros optimos ac pαρρησίας, magno

beneficio

beneficio afficias. Urbem vestram nunquam vidit antea. Tuas vero proximas cum dolore, imo cum lachrymis legi, nec sine dolore meum nomen quotidie repeto. Sed quid contulam tibi; experto nunc in te ipso quantum ab his terris spei superesit, qui me ipsum iuvare non possum? A Palatinatu & Heidelberga abhorres. Illum enim locum antea tibi indicavi, in quo, meo iudicio, bene esse posses, & quicquid meditationum habes aut operarum, perficere commodissime, liber ab omni sollicitudine. Id me enim obtinere posse apud Illustrissimum Palatinum Electorem divina ope, facile spero, sive per literas sive coram. Adhuc enim spero me occasionem adepturum excurrendi eo; qua, si contigerit illa mihi, utar ad vos etiam invisendos. Nobiscum fuerunt his diebus Electores duo: Saxo & Brandeburgicus. Ab his quid actum hic sit, & quae causa congressus fuerit, ex Raimanno cognosces: Nec de his plura addam, cum epistolam unam habeatis, quae me excusabit etiam caeteris amicis & dominis meis de silentio, quod mihi multitudo negociorum imponit. Salutabis itaque ex me reverenter omnes, inprimis Amplissimum Virum D. Bomgartnerum, Camerarios fratres, MM Laurentium & Mauritium, quibus cum collegium & consortium te nonnullis rebus vehementer cupenem: sed nondum de opportunitate despero. Bene & feliciter vale. 7 Maij Erfurt. Anno 1589

Cass. P. D.

EIDEM.

S. D. Quo loco res tuae sint nescio. dudum enim ad me ni-
hil scripsisti: Neque ego ad te. Mei silentij causae duae sunt; quod
anno superiore saepe abfui domo et satis diu: et quod occasiones
tam raro offerunt. Non dubites autem te mihi carum esse. Nec
ulli sunt meorum amici, quibuscum non et de te sunt mihi
sermones, in eam partem, quam fere debent et deliberationes. Com-
mendaram te uni ex veteribus meis amicis amicissimo, Viro
Nobili et opulento in Silesia, apud quem me multum posse per-
suasum est multis, D. Monavio inprimis. Sed quantum effe-
cerim nescio: Nihil enim ille mihi respondet. In hac vicinia
ijs in locis, in quibus aliquando docuimus deliberationes sunt
nunc de revocandis nonnullis, quae quo sint evasurae res do-
cebit. audio illas occultari; quod et ego scio, occulte mihi
significatum est a nonnullis qui consilium expetunt meum.
Si fuero interrogatus aperte, dicam aperte quod sentio: de
quo colloqui tecum quam scribere malim. Nosti pindaricum il-
lud: ῥάδιον ἐστὶ πόλιν σεῖσαι καὶ φαυροτέροισ· ἀλλ' ἐπὶ
χώρας ἕσσαι αὖτις. δυσπαλὲς δὴ γίνεται, εἰ μὴ θεὸς
ἁγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται. Nondum respondi

ijs

ijs a quibus fui consultus, & silentij causas habeo. Sed haec tibi, a quo crebras expecto epistolas, redditurus mutuas cum opportunitas se dederit. Bene & feliciter vale. Salutabis amicos omnes reverenter. die Matthiae feb. Jul. Ao 90 Cass. P. D.

EIDEM

S D. Nihil me abs te literarum accepisse tam diu doleo. Credas mihi, me de te vere & fraterne sollicitum esse, & auget mihi sollicitudinem famae, quae ex tuis ut dicitur, literis spargitur de iniquitate conditionis & fortunae tuae. Illa magnum mihi dolorem inflixit. De his terris saepe scripsi, ne quod spores in eam partem in quam te inclinare animadverto. Non licet nec possum mihi aperire: sed si convenimus: quod optavi saepe, & adhuc non desperavi eventurum: possem te coram de ijs docere, quibus acquiescturus esses. Non desino cogitare, quo modo tibi consulatur, hac tua sorte. Isto loco quo sum, & per hos apud quos sum, nihil possum: non quod non valeam, sed quod deest, unde id fieri possit. fecit nuper mihi spem urbis optimam tuus quondam discipulus, Cancellarius Brandeburgicus, quem pernisi iterum admonuj. Quid responsurus sit expecto. faciem praesentem nostrae quondam Academiae, si intueveris coram, ad primum aspectum exhorriturus esses.

de

De ceteris nihil adijcio, meliora optans quam sperans. Una vos aura lenis mox in spes opimas trigit: Sed ignoratis quo loco & statu sint res communes: & quo tempestate, qua dissipati simus, redacta sint. Quanto scribe ad me de tuis rebus, & ipse mihi indica ac propone, quid fieri velis. Certo tibi persuadeas, tua me omnia fac turum omnia. Bene & feliciter vale. Amplissimo D Hieronymo Baumgartnero, avunculo tuo me salute, ut me commendes oro. Salutabis amicos, etiam DD Mll Mauricium & Dundorferum cui ne quid tibi committet de tuis curis significabis. 8 Maij Cal 1590

Commendo tibi accuratius tuae Damicum Brinnlinum Ambergensem.

EIDEM Cast. P.

S. D. Accepi binas nuper de rerum tuarum statu literas simul utrasque. Ἐξ ἀπηματίαν καὶ μεμψιμοίρου: Secuta mox est tertia D. D. Ioachimi Camerarij quae τι καὶ χεῖλος μέν, οὐκ ἀπήρανθε δέ ὑπερῷ refert. Vehementer omnes illae me affe cerunt; hae minus tamen, quod τῃ χαλότητι non impediri operas necessarias indicat. De tuis itaque epistolis paucis respon deo. Cancellarium Brennonianum qui mihi ad preces meas stipu lata manu promisit, se tui memorem futurum: simul & discipulus

tuus

tans, tui quondam συμπαθῆτου filius, quem promissi rursus nuper admonui. Sed avertit ille ab orthodoxis sese penitus, ex fautore in hostem conversus: Ideo cum respondeat nihil, vereor ab utroque factum alieniorem. In aula propinqua expecto occasionem qua possim agere tuam causam: Nec me quicquam praetermissurum esse studij & diligentiae certo tibi persuadeas. Sed idem tibi adversaturum metuo, quod obstitit mihi, ne syngrapha illustri promissa ac confirmata consequerer. Id quod tu intelliges etiamsi non moneam. Non desinam tamen urgere tuam causam serio & fideliter. Si mora intervenerit, cogitabis me opportunitatibus tibi oportere. In Academia Vienna an possis sperare, vel debeas etiam optare locum ad manus quodcunque hoc rerum statu, valde dubito. Utinam ita tibi illa cognita & explorata esset ut mihi est. Quantum conjecturis consequor, non facile tue aut reperiant locum aut beneficia obtinebunt, vel eiectis antea vel suspectis, multoque minus caelibes propter Christianorum dogma ac nomen. Hoc caput rei est. Fortassis fatum tibi continget aliud melius cum religione. Doctor Vecelius fuit nobiscum his diebus, & in aulam, post facultatem in terras has revertendi liberam impetraret, casu incidit. A Consiliarijs etiam honorifice acceptus est & habitus. Sed illud non obscuris indicationibus

didicit

didicit, quod supra monui. Tu de Heydelberga mihi respondes nihil quae te honorifice esset allatura. Bene & feliciter vale. 19. Jul. Juliani ~~Ao~~ 1590. Casp. Cunrad. D.

Nobilitate, Doctrina, Virtute, prudentia, & dignitate praestanti, Dno Martino Schillingo, patritio Vratislaviensi, amico carissimo.

S. Legi cum voluptate tuam de stirpibus Ducum Silesiae contignationem quam veram prorsus esse iudico. Miserat suam ad me, paulo ante carceres meos, Dns Rybischius, in qua reperio illam ipsam confusionem, cuius tu meministi. Evolvere enim sese & solis temporibus indicata aut designata in ordinem suum redigere non potuit, destitutus iis adiumentis fortasse, quae tibi suppetiverunt. De Opoliensi inprimis ac Teschinensi stirpe dubitavi semper, utrum orta eadem sit cum residua Lignicensi prosapia? De Oppaviensibus vero, Ratiborinsibus & Carnoviensibus, unde exstiterint, & an attigerint agnatione reliquos, plane nihil unquam cognoscere potui. Quod ergo & me & omnes alios qui in eodem mecum errore, & in eadem haesitarunt ignorantia, plane perspicueque & evidenter erudis, velut e tenebris & caligine erutos, atque

in lucem

in lucem productos, magnas tibi debemus & agimus gratias. Utq. caeptum opus perfixas, te vehementer communi omnium nomine rogo. In Curej opere multa desideranj à principio: Et si permittere ille, qui sibj nimium in eo placebat, monuissem de non paucis, quae vel sublata prorsus, uel emendata fuisse pressitisset: & quae propter offendit aulam, à qua tamen initio liber fuerat acceptatus & probatus. Sed meruit ille tamen suam gratiam. Nec ante editionem quid habuit aut initij Silesia melius. Nimius est in Elogiuncis: In caeteris quae sunt maioris momenti, praesertim ad totius Imperij summam in Silesia, & ad patriam tuam quae caput est, pertinentibus, aridus prorsus & ieiunus est. Quae ergo desunt, à te expectabimus. Illa ut mihi vivo, beneq. & recte valenti, & Ecclesiae adhuc, ac Reip. pie sanctequ & utiliter servienti legere cum voluptate contingat, tuaq cum laude & dignitate opto, precorq. Bene & feliciter vale. 28 Julij Iuliaci Aº 1591.

Caspar Peucerus D.

Ad Ioannem Caselium.

S. D. Nosti quanti amicitiam nostram: quanti te faciam, & literas & scripta tua. Negari mihi itaq. & ἀλόγημα & παρρησία Ciceronis colloquendi per literas talem, qualem amicitia nostra postulat,

93

hoc grauiter feram, tibi aestimandum relinquo. Non obseruantur quibus ad
te literas committam: Et si obseruentur, parcendum tamen tibi censerem,
cum experiar quae quantaeq. insidiae litteris meis struantur. Rem
mihi praestitisti gratissimam, quod Bongarsij fasciculo tuam quantumuis
breuem adiunxisti, propter occasionem, quae obijciebatur expedita dudum
ad respondendum. Priorum tuarum in tanta mole et varietate co-
gitationum & laborum, quibus exerceor plane sum oblitus: Itaq.
de illis respondere nihil possum. Altera uero quae collegium nrm
impediuit attingere nolo. Sed infelicitatem seculi & rabiem nostri
deploro, ne quid de causa tantae acerbitatis odiorum, & immanitatis
ac saeuitiae certaminum dicam: quibus cum mederi consilia &
artes humanae nequeant, feramus, ac Deo commendemus quod emen-
dari non potest. Scriberem interdum per Parthenopaeos: Sed ne
illis quidem quantum & quousq. fidendum sit, uel an omnino
credendum sit illis ἄνευ τι χειλῶν νεύσεως, ut taceam de aperte
hostilibus, non reperio. Si itaq. rarius respondero, quaeso mihi
illud non imputes. Te uero, cui & crebriores & certiores offeruntur
occasiones, is esse ac manere pergas in officio scribendi, qui
fuisti hactenus: meq. quod facis ama. B & F vale. 17 Iun. Iul.
1591.

C. Camer.

Ad Ioann. Caselium.

S. Gratulabar mihi occasionem te salutandi tantum brevi epistolio per hos adolescentes, qui ex Altorfiana schola in Norico, iter instituerunt per Germaniam, ut Academias visant, & viros doctos compellent. Alter est Doctoris Crucigeri ex sorore nepos, filius M Mauricij qui scholae Stirensis in Austria Rector est. Doleo me nec coram, nec litteris ita ut opto & cupio, & tam crebro tecum conferre rationes & cogitationes meas posse: eoque magis doleo, quo magis exacerbationibus mentis & causarum & animorum maiora impedimenta obijci, vere fato saeculi nostri animadverto: cui utinam non eveniant illa, vel nobis vivis saltem non accidant, quae imminere & cervices urgere Germaniae ex propinquo conspicor. Sed illa nos relinquamus, & colamus inter nos, ut fecimus semper, amicitiam, quibus poterimus officijs. Sinamus illos persequi suum, quem Deus certo consilio permittit, cursum. Haec paucis scribo: tantum ut me saepi scribere cupere intelligas, si modo opportunitas toties detur, quoties expecto. Bene & feliciter vale. Altorfii. 22 July. 1591

Caspar Peucerus D.

Ad M Mauritium Hellingum.

S D. Accepi & legi magna cum voluptate literas & editiones tuas, atque

atq. in hac senecta; quam, ut coniicio, sustinemus parem. Ago enim an-
num septimum & sexagesimum. Gratulor tibi vigorem adhuc ingenij
ad hoc genus versuum quod laboris multum & curae requirit. Me
etiam in carcere Deus poëtam fecit: Ideo mitto ad te vilissimum specimen
meae poëseos, cuius fortassis, si unquam, sive decessum, argumenta plura
ac maiora visurus es. Prodijssent illa dudum, nisi multitudo, mag-
nitudo, & varietas occupationum obstant. Me per manes beatos,
& sanctam animam Soceri mej nominatim lacessunt maledici, rudes,
& crudeles hypocritae, Jerrumata e sextrip non desinunt. Oppo-
sui eis in Commentario meo de Divinationibus aliquid. Si sapiunt,
quiescent: Si provocare me pergent; afferent necessitatem mihi pro-
ferendi; de quibus orthodoxi gaudebunt, ipsi dolebunt. Rabies ip-
sorum, ut crevit ad summum usq. sic fuerit hactenus ante impotentioribus,
properans ad interitum. Quae de duorum magnatum vocibus,
tuis insinuasti, eo loco habeo quo similes cuiusdam, qui mihi intro
ducto in carcerem, cum recusarem oblatas conditiones omnes, ob
ij ciebat: Cui vel praesidio, vel homini confidis? Intra semestre
redigemini eo, ut nulla memoria nominis aut dogmatis vestri sit
reliqua futura? Respondi: Neq. perficietis hoc vos, neq. non tolle-
tis

tis: sed ego praeter & contra spes & molitiones vestras, & de vobis extinctis, & de victoria veritatis laetabor, Ecclesiae gratulabor, & Deo gratias agam. Deo sit laus, honor, gloria & gratia illustribus testimonijs ac documentis suae in auxilio perpetuo praesentiae, molitiones hostiles omnes sophisticas & bellicas violentas dissipanti. Bene & feliciter vale. Salutem opto d. M Laurentio, & omnibus amicis qui me norunt. 12 Augusti Witt. Ao 91. In his terris οἱ ἐκ τοῦ μαντικοῦ γένους, οἱ πλεῖστοι τῶν μὲν οὗτοι, πρόσθεν δὲ ἕτεροι, μετέπειτα δ' ἄλλοι. Casp. Peucerus D.

Reverendo, et pietate, doctrina ac virtute Clarissimo Viro, D Magistro Joanni Ferinario, professori in Academia Marpurgensi publico, amico, compatri, & fratri carissimo.

S D. Veniam dabis mihi, doctissime Ferinari, compater carissime, quod non responderim hactenus literis tuis. Impedierunt me curae, occupationesq. in aula domesticae, difficilimae, ac perpetuae primi. Illis ergo cunctationem hanc tribuas non mihi, quem gratulatio tua velens bene, volentiae vestigijs plena ac testimonijs mirifice delectarunt. Oro te ut certo statuas me mirandum esse misericordiae Dei, & miraculo

servatum

seruatum esse & liberatum, eoq. gratias mecum ages sempiternas Autori Deo, & praedices bonitatem & clementiam Illustrissimi mei principis, quo organo ad hoc opus suum uti Deus voluerit. Tui in carceribus meis minime sum oblitus, cumq. liberatus essem, inter primos & tu fuisti, de quibus quaesiui, et, comperto statu tuo, gratias egi Deo, quod tali loco te constituerit, in quo utiliter seruires Ecclesiae & prodesses plurimis. Nostro Caspari sua talenta ociari & prope perire, & sine negociatione, sine usu, fructu & foenore communi & publico, vehementer Ecclesiae & ipsius causa doleo. Quid obstiterit quo minus illustri aliquo in loco docuerit, nondum scio. Non enim iuramento impeditum fuisse suspicor. Si expectat reditum ad Academiam pristinam, metuo ne spe sua frustretur: Atque nec ego desperaui penitus, nec orare Deum desino, ut illam repurgatam restituat, ne diutius ab Christo ministris vacet. Ad ipsum ea de re scribere non volui, ne antea satis afflicto fortasse molestiam augerem. De me nihil possum confirmare certi, etsi in optima spe sum proximae liberationis ab omni, quo teneor nexu. Eo solutus, dabo operam, si occasio sese obtulerit, ut amicos veteres coram inuisam & alloquar. Bene & feliciter vale. Salutem tuae coniugi & toti Ecclesiae domesticae

domestice opto. Quos habeam in Academia vestra, praeter te, omnino eos ignoro. Si qui sunt istic mei memores, eos oro ut salutes & me commendes & officiose. Data. Dessae. 12 Novemb. Ao 1586

C. Peucerus D.

EIDEM.

S. D. Non mireris mi Seminarij, me nihil respondisse hactenus posteris ad me tuis: sed vicem doleas meam, quae perpetuis curis obnoxia, & uno me malo conijcit in aliud. Deo tamen misericordi & propitio patri sit gloria, qui me per & propter filium, virtute sui sancti spiritus in me fortis sustinet et superat omnia. Fui cum Illustrissimo principe, Domino & benefactore nostro, Landgravio Wilhelmo, cum in vicinia nostra esset. Veni tunc etiam in colloquium cum filio principe Mauritio, in quo, cum mihi recitaret historiam tui & excuniis, facta est & tui mentio honorifica. Multum animo meo recreatus, & in spe bona de posteritate confirmatus sum illius etiam principis ingenio praeclaro, affectione optima erga literas & literatos, professibus supra aetatem maioribus, iudicio gravissimo, & non dubijs magni constantisque animi argumentis. Credo, speroque, edicaique hunc & alios ad meliora secula, id est, ad veritatis assertores ac propugnatores

obruta in Ecclesia, & Imperij restaurationem. Tibi etiam gratulor eam felicitatem, quod quamquam premeris, ut audio, non opprimeris tamen, & opto tibi maius animi robur. Confirmet te exemplum misericordiae, veritatis, & potentiae Dei, quod in me miserrimo vase & organo gratiae suae proposuit Ecclesiae. Bene & feliciter vale. 18 Novembr. 1587. C. Pnc. D.

EIDEM.

S. D. Te potius ipsum expectabam quam literas tuas, praesertim cum hic tam diu haeream, nec de decessus tempore adhuc sim certus, etsi reditum meditor ac paro prope in horas & momenta. Retineor enim multis causis, quas epistula non capit. Fatum matris nostrae deplorare, mutare non possumus. Praedicti ac praesagij ut τὰ πρῶτα initio, ita τὰ ὕστερα nunc. Nec si respondissem tuis per Schonfeldium missis, quod commotae iam res & turbatae in ultimo impedierunt, aliud scriamus tibi scriptum consilij D. Cochlerio, ex quo haud dubie meorum sermonum aliquid cognovisti. Nec quisquam eorum qui expectaverunt consilium meum de re eadem, aliud tulit responsum. Illorum plerique gratulantes tibi felicitatem non mutatae sortis & conditionis

nis, nunc agnoscunt praesagium fuisse meum ex Deo, cuius moniti solo longe aliud prospexi οὐ μαντευσάμενος ἀλλὰ πραγματευσάμενος χρώμενος, quae ex initijs tenuibus sed difficilibus, vestris vos spebus promisistis ac despondistis vobis plane certa, errore tamen magno. de his rebus malim tecum colloqui quam agere literis. Suadeo, ut in hac tempestatum commotione, quarum fluctus qui sint eruptiri aut exundaturi nondum conspicitur, tu cogites quomodo in ea statione, in qua collocavit te Dominus, servatum ex prima collisione, maneas. Mea tibi officia & studia destitura non sunt, ubicunque, si modo quid potero, persuam. Dabo & tuum operam ut ante abitum tui faciam mentionem. Simus certo omnes nos Deo curae esse: et qua robore praesidioque spiritus sancti, dexteraque Dei omnipotentis superaverimus, illarum recordemur, confirmatique proprijs exemplis non minora nunc speremus & expectemus quam speravimus ante & experti sumus documenta misericordiae, veritatis & opis divinae. παιδία πανδέκτα θεοῦ δέκτα ... ἀνυπόθετα ... Etiamsi concussa dehiscat tellus, & montes in medium maris praecipitentur: tamen servabit servum sanctum & electum: & si desperata oculis nostris visa fuerint omnia, ἔρριπτα ὁ μεγὼ ...

ἐμ

καὶ τῶν ἀρχιχέρων πόρον ὁ θεὸς. Confidamus fortiter Ναυάρχῳ nostro filio Dei, & huius fiducia constanter imploremus divinam misericordiam, quae nunquam nos destituet. Videris tibi somniasse restitutionem regni Jacob, & promisisse meliora in Lucoride his quae nunc sustines: hoc forte fuisset repetitum tuis gravioribus. Bene & feliciter vale: siquidem putaris de operam, ut ante abitionem conveniamus hic. Opto salutem Coniugi tuae, & toti familiae. Amicis etiam omnibus, Cl. D. Vultejo, & D Cochlerio, & alijs. 9 Januar. Jul. 1592

C. Dencer D.

EIDEM.

S D. Reverende & carissime D Compater. Cum quadam commotione legi in epistola tua, meas serius redditas opinione mea. Mirati enim sumus D Cruciger et Ego, cur non responderes, eoque magis, quod tu ad illum scripseras multo post quam Ego meas ad te pervenisse statueram. Sed frustra hos & alios defectus saeculi nostri deploro, qui nec remedia nec mores ferre norunt aut volunt. Utinam hae ad te citius perferantur, quod inde futurum spero, quia de publico negocio pertinente ad Academiam in Mathematico deligendo ac destinando in locum Dn

Victorini

Victorini perscriptum hic simul intelligo ex tuis & D. Cockeij literis.
de quo (indicato scilicet illo quem nominasti, mihi iam ante ex fa
miliari colloquio noto) hic feci mentionem in Cena apud Illustrissi
mum principem Landgrauium Wilhelmum, ut confido, non sine fructu.
Apud eundem mea tibi commendatione non opus esse animaduerto.
cuius de te iudicium audiui praeclarum aliquoties, & perspexi non
dubijs argumentis beneuolentiam, affectionemque erga te singularem. Men-
tio hic facta tui est aliquoties: qua occasione illius confirmaui &
auxi quod reperi. Quantum ad nostrum congressum attinet, nolo
te huius causa onerari sumptibus ullis, vel auelli a publicis
ac necessarijs operis. Si conuenire nobis ante abitum meum, &
conferre consilia & rationes nostras non licuerit, acquiescas in ijs
quae scripsi. Ego, etsi exilium mihi graue est, cupienti adesse
meis, & operas coeptas perficere: illud tamen perferre malo quam
coram vel experiri atrociora prouidis, vel aspicere saltem quae
grassari impune cernuntur. Magno animo non sum: sed
ita fractus tamen non sum, ut propter furialia odia aduersus veritatem
& gloriam filij Dei, ac nos de illa cum assertione tepes, desperem
de protectione & liberatione diuina, quam tot, tantisq. & tam
illustribus testimonijs auxilij parentis certam esse & numquam fallere
didici

didici in hac ipsa caussa, meo ipsius exemplo, annos amplius tri-
ginta. ἔλεγχος ἐστὶ πᾶς πειρασμὸς τῶν χριστιανῶν. τοῦ
τον γὰρ (ὡς ἀνεγνώκαμεν) ὑπομονὴ ἐργάζεται. ἐκ ταύτης
δὲ ἐλπὶς γεννᾶται, ἥτις οὐδένα, (τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελ
λομένη) ἠπάτησεν. Ethnica apud Pindarum consolatio est
quam sapiens antiquitas magnifecit: φροντίδα μὲν οὐδέ
ἐν ἀνδρὶ παρ' μόνιμον θάλλοισαν εὐδαιμονίαν τὰ καὶ
τὰ φέρεσθαι. Quanto certior est & efficacior ista divina
vox: ὅτι οὐδέν ἐστι ἡ πρόσκαιρος θλῖψις πρὸς τὸ
αἰώνιον ἔπαθλον. Et quantum ad praesentem vitam, ὅτι
τὸ τῆς δόξης, καὶ τὸ τοῦ πνεῦμα θεοῦ ἐπὶ τοὺς θλι-
βομένους ἀναπαύεται. ὁ μὲν κατὰ τοὺς διώκοντας βλασ
φημεῖται, κατὰ δὲ τοὺς διωχθέντας δοξάζεται. Nec
proficiunt hostes quod moliuntur in sanctos & electos Dei, cui
omnia cooperantur omnia. Bene & feliciter vale. omnes
amicos saluto, & coniugem tuam inprimis cum genero, &
liberis omnibus. Die 6 febr. stil. 1592

Caspar

EIDEM

S. D. An meas acceperis, in quibus nuper tuis respondi;
dubito.

dubito, cum in proximis tuis ad Crucigerum, nulla fiat illarum mentio. Vestros cursores videas, ut verbo utar mollissimo, valde negligentes esse in perferendis ac curandis literis. Idq. significare tibi volui, ne suspiceris à me non esse responsum. Etiam te vero teneat & exerceat anxietas ex proximis ad Crucigerum coniicio. Illam tibi non melius quam colloquio & consilio praesenti eximeremus. Offeret se opportunitas nullo sumptu huc veniendi, cum iter istud ad Marpurgum & Casellas sit frequens admodum, & multi quotidie commeant & remeant. Tu interim sis animo praesenti ac tranquillo: nec periculum fingas ubi nullum est. Etiamsi tumultum sit turbarum alibi, haud dubie cognosces ex amicorum ad te literis. Deum precor ut Ecclesiam suam cum veritate & gloria filij sui unigeniti Domini nostri Jesu Christi inter nos conservet, & reddat nobis aliquam halcyonia ad respirandum ac requiescendum à dissidijs, odijs & persecutionibus perpetuis. Me profecto dudum taedet istius vitae. Etiamsi tamen mihi per miraculo Deus pater & contra omnes causas secundas conservet & proroget, cur non vicissim moderate & cum vera subiectione tolleram quae ab ipso imposita sustinet, perferet ac superat fortis in mea infirmitate

firmitate filius Dei, redemptor & Dominus noster Jesus Christus.
Bene & feliciter vale. Salutem opto coniugi tuae & liberis, Genero
inprimis & d. Vultejo ac D. Wolphio Medico, ti ad eum venerit.
Datae 3 Martij Jul. Ao 1592. Negocium de Hartmanno
Mathematico confectum est: quod ex ipso cognosces.

Casper S. D.

EIDEM.

S. D. Accepi modo literas tuas, quibus e vestigio respondi: sed
paucis, quod heri dedi literas Hartmanno Mathematico ad vos
revertenti prolixiores: quibus hoc ipsum monui, quod sponte tu
pollicearis, hunc ut scilicet excipias. Ego etsi scio quae &
quanta sustineam odia: tamen cum nullo meo merito adversus
me illa commoverim, sed sola libera constantiq. professione vera-
tionis veritatis, quam ἀδόκιμοι, τετυφλωμένοι, καὶ τετυ-
φωμένοι τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ σκληροκάρδιοι καὶ ἀκαταπ-
ραθεῖς extinctam penitus atq. eradicatam volunt: facile
ea perfero ac contemno τῇ τοῦ ἐνδυναμοῦντος με ἰσχύι.
Nondum de tempore reditus mei constituere quicquam possum:
Intelligo enim non modo non pacari motus in vestra ista sede,
sed augeri. Malo itaq. a longe spectator esse, cum divino

testimonio

beneficio hoc mihi contigerit, quod coram dictum eventum Dyonij. Interea Ecclesiam & gloriam ac veritatem suam filio Dei τῷ ἀρχηγῷ nostro commendabo, & opem caelestem ardenter implorabo, πεπεισμένος ἐκ Παύλου, ὅτι οὐδὲ θάνατος, οὔτε ζωή, οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὐδὲ ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Bene & feliciter vale. 4 Martij Fulean. Anno 1592. Casp. Peucer. D.

Illustri Comiti ac Domino, Domino Ioachimo antiquae prosapiae Comiti in Ortenburg etc. domino et patrono suo cum subiectione colendo.

S D Illustris Domine Comes: Domine cum subiectione honorande. Dabit veniam mihi tua inclyta C. quod non responderim, dum fui in Hassia apud Illustrissimum principem Landgravium Wilhelmum. Huius silentij alia non fuit causa, quam quod huc & illuc per Hassiam visendi illius causa profectus raro diu in uno loco substiti, et occasiones mittendarum literarum ignoravi. Fui & apud Illustrissimum Electorem Palatinum ad Rhenum, paulo ante reditum Heidelbergae. Reversus autem ad stationem pristinam (quam diu Deus volet) revertar & ad consuetudinem Scribendi

scribendi priorem, ordiens à deploratione calamitatum, quas sustinemus
publice & priuatim. Illustri C. T. nuper sub finem anni praeteriti
fatali obitu iterum ereptum esse unum ex agnatis nepotibus superstitibus
Comitem Carolum vehementer dolui. Nondum tamen spem posteritatis
omnis prosapiam tam antiquam ac celebrem propagaturae & conseruaturae,
laetor plurimum, Deumque precor ardenti gemitu, ut hoc quod reliquum est
familiae columen custodiat ac tueatur cumulatum benedictionibus vitae
praesentis & aeternae. Eundem precor, ut Inclytam C. Tuam suo
sancto spiritu, qui est mansuetudinis & tolerantiae spiritus sic regat
ac roboret, ut iniurias quibus afficitur destituta omni humano praesidio
commendet ipsi tanquam Iudici ac vindici iusto, cui tempus auxilij & vin
dictae haud dubie constitutum dudum ac definitum est. Si iure &
iudicijs legitimis nihil efficitur, nihil impetratur, quae via priuato & in-
feriori alia superest? Didici aliorum & meo exemplo quam sit verus
Hesiodius versus: ἄφρων δο ἐθέλει πρὸς κρείσσονας ἀντιφερί-
ζειν. Ego, quantum ad res priuatas, incerto sum in statu & loco: Sed
ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι με Χριστῷ perfero ac vinco aduersa,
quanto mihi conceditur robore spirituali. Vidi & aliqua ex parte
sustinui vicissitudines mutationum in Germania tales, quales non
multi

multi aut spectarunt aut observarunt, qui nunc sunt in vivis. In his ipsis judicij & ultionis divinae miranda veterum exempla. Si Deo placuerit, etsi valde sum senex, spectator ero & rerum, quae nunc geruntur & fiunt: in quem scilicet finem & exitum illa sint desitura, etsi minime id opto, quod ruinam certam & interitum bone recteq. constitutorum prospicio: cuj me ut placida migratione Deus praecipiat translatum in regnum filij sui ad participandam sortem sanctorum toto pectore precor. Publica non attingo, nec mihi ut hospiti qui recens advenit, explorata satis sunt. Exulum autem, virorum eruditorum, quaerentium hospitia & patrocinia plurimos conspicor, quibus ut onus & difficultates exilij Deus sublevet, anxie & solliciti oro. Bene & feliciter valeat Inclyta T G. Datae Dessauer 30 Aug. Iuliani. Anno 1592.

Illustrem G T.

nova ac [illegible] reverenter colens

Casper Peucerus D.

Clarissimum virum, Dn. D Petrum Wesenbeccium qui Altorfium avocatur ad locandum ius Ill. Tuae G. diligenter commendo.

Reverendo et Doctissimo viro, D Francisco Walthero. amico observando.

S. D. Cum dolore & commiseratione magna legi epistolam tuam, qua
imploras operam meam, desertus quantum intelligo ab omnibus, & odij
saevitia atque acerbitate adversus causam communem, illam scilicet, qua
veritas & gloria filij Dei continetur oppressus. Ego vero, ut Tragici
Graeci verbis utar, εἰ μὴ ἄρ᾽ ἀνθρώπου ἀνθρώπῳ εὔχαιο ὑπη-
ρετήσω, ὃν φαντάζομαι φορτίῳ. Utinam res meae tali loco essent,
quo prodesse tibi plurimum possem. Sed qua vitam conditione, &
quae mihi moles communis ac publici odij incumbat, haud dubie ex
fama volitante per ora hominum tibi innotuit. Non deero tamen tibi,
cumque potero, & occasio occurrerit, rebus tuis, opera & consilio meo. Recte
facis quod quaeris, cum in nullo sis docendi munere publico. Etenim
aliquem deligere locum debeas, & ubi, id magna deliberatione non eget
cum nullus pateat tibi nisi in Palatinatu. Hassia enim in Scholis &
Ecclesijs suis utitur fere tantum indigenarum opera. Malim te tamen
in Silesia manere, ne penitus suis illa alumnis spolietur. Existimo
enim locum adhuc tibi esse posse vel in oppido aliquo, vel apud ali-
quem ex Nobilitate, donec tempestas ista desaeviat aut conquies-
cat, quam certo spero non fore diuturnam. Veniet suis auxilio
filius Dei ἀπὸ μηχανῆς, ἢ εὑρήσει πόρον τοιοῦ ἀμηχάνοιο.
Tu & confide Deo, & ardenter assidueque te cum Veritate & Ecclesia

inter

inter nos eidem commenda, et erige ac confirma te ijs consolationibus, quas solas scis esse effectu euentuq. certissimas. Εὐσεβέας φράττεσ χρὴ τόδε καὶ τὰ φέρεσ. Si voles tamen esse in palatinatu, fac ut sciam. Scribam de te maturè. Bene & feliciter vale. 13 kal. Octob. Ao 92. Deus pater misericordiarum & omnis verae consolationis sit tecum cum filio Vnigenito in suo S. Spiritu Amen.

C. Peucerus
D.

Illustri et Generoso Domino et Comiti, Dnō Ioachimo Veteris prosapiae Orten
burgicae inclyto Comiti, Domino suo cum
subiectione reuerenter colendo.

S.D. Illustris et Generose Domine Comes, Domine cum subiectione reue
renter colende. Mirifice me inclyta G T in literis proximis afficit ac confirmauit exemplo tum tolerantiae suae tum consolationis, quae non sunt τεχνήματα solertiae & virium humanarum, sed veri viuiq. fructus Spi ritus sancti. Habet & humana sapientia in rebus aduersis ac desperatis sua quaedam remedia, quae perturbatis & anxijs animis adhibet: Ψυχῆς γὰρ νοσούσης φαρμακὸν ἅμα καὶ ἰατρὸς λόγοι σοφοί: sed hi sed Ιατροὶ sunt προσκαιροι; παρηγορικὰ quidem καὶ πραϋντικὰ magno rum vulnerum & dolorum animi, non autem θεραπευτικά: Imo ne quidem ἀνώδυνα sunt. Atroces enim & aeternos cruciatus ne leniunt quidem

quidem, nec attingunt, nec causam amovent, nec vires sustinendo su-
perandoq. dolori sufficiunt. Quae vero hec efficiunt ac praestant re-
media, ea nulla res creata condere potest. Nascuntur enim ex alia
sapientia spirituali, Ecclesiae Dei propria & Verbo patefacta per filium,
qui est sapientia aeterna patris aeterni, & lux humanas mentes per ver-
bum illuminans in virtute nova spiritus sancti, erigensq. ac servans
corda terroribus Diaboli, mortis, inferni & mundi consternata penequ
emota. Hae nisi electi sustentarentur ac confirmarentur, oppressi
consumptiq. odijs, iniurijs, mandatijs, calumnijs; rabie, saevitia, &
furoribus hostium, succumberent ac perirent. Vera, viva & effi-
cacia παραμύθια sunt victricia pathorum omnium; Quod scimus
caducis omnibus ac temporaneis quod oporteat anteferri aeterna:
haec retineri, illa negligi & abijci; Quod Electos oporteat fieri con-
formes imaginis filij Dei ut archetypi, sicut in gloria aeterna, sic sub
cruce & afflictionibus in humilitate huius vitae; Quod ijdem
socij sunt, sicut passionum, sic consolationis Christi, cum onerantur
aerumnis, aut exercentur persecutionibus; Quod perpetuo praesidio De-
us munit ac fulcit commissos ac conflictantes cum hostibus tum ex-
ternis tum internis & spiritualibus, Nec sinit quemquam tentari supra vi-
res

res, sed praestat cum tentatione evasionem aut robur, ut perferre et per
durare possit; Denique quod si compatiemur, etiam conregnabimus; Et
quod quicquid est aerumnarum & onerum in hac vita, si ad perpetuita
tem aeternae gloriae comparetur, momentaneum sit. Harum & similium
consolationum fructum: quid sit etiam luctari serio cum tentationibus;
quid eluctari & vincere; quid contra frangere & concidere; norunt qui
experiuntur. Utrorumque exempla in vicinia nostra conspicor quotidiana;
sed plurima apostatarum deserentium & abijcientium agnitam & confes-
sam veritatem, vel hypocritica, vel seria abnegatione: Rariora orthodo
xorum perseverantium, quorum et fidem et salutem quanto possum
ardore precum Deo assidue commendo, certo indubitatoque statuens, quod
qui nos devinctos inter nos in unum ~~caput~~ corpus cum capite nostro Do
mino Iesu Christo, obsignavit etiam arrabone Spiritus sancti in cordi-
bus, non sit nobis defuturus. Conturbor non leviter, quando aspi
cio exules velut gregem palantem vagari cum parvis & numero-
sis liberis, velut sine ductore, custode & capite: sed nullo horum il
los destitui quando mecum reputo, repetens mente & fide caput Christum,
ductorem spiritum sanctum, excubitores sanctos angelos, & exempla
providentiae ac sollicitudinis divinae pro illis simul colligo, laetus ac-
quiesco in precibus meis & divinis consolationibus. Incidimus in
articulum

articulum fatalium mutationum, quas filius Dei tristiores praedixit antecessuras esse reditum suum ad judicium, cum majore religionum & impiorum confusione. Has ergo cum averti non posse sciamus, moderati & constanter feramus, cum petitione alicuius mitigationis & halcyoniorum quorundam, quibus Ecclesia respiret aliquantulum & requiescat. Judicium a domo Dei incipit: sed poenae sequuntur atrociores, quibus hostes veritatis luent defensionem idolatriae in cultu & adoratione consecrati panis, atque huius novi Vniti & blasphemiarum Arij, Nestorij, Eutychis in filium Dei. Iacturam Illustrissimi principis Landgravij Wilhelmi morte factam Germania non prius sentiet, nec agnoscet, quam illum desideraverint. Sequerent autem hi forte primi, qui ut delyrum contempserunt. Nos tamen non desperemus neque de veritate quam profitemur & asserimus, neque de Duce filio Dei, qui semper in medio nostrum est, & custodit nos sicut pupillam oculi sui, ac reprimit potenter hostes omnes ne supra praefixas metas aggredi quid aut conari possint. Huic & Ecclesiam suam, & Tuam inclytam Generositatem cum suis omnibus, & nobiscum nos omnes commendo quos in una communi Cymba Christi vestros tempestas coepta καταιγέστερον percellit &

concutit

conciliet. Bene & feliciter valeat Inclyta Tua Generositas. Datae 27 Octobr. Iul. A° 1592

Illustrem T G

Vera animi cum subiectione venerari colens.

Caspar Peucerus D

Scribunt ad me amici ex aula Cassellana, testamentum Landgrafij Wilhelmi, tanta pietate, tanta sapientia conditum: & tot talibusq. praeceptis pertinentibus ad principem refertum esse, ut debeat & possit esse Canon proponendus adolescentibus principibus, quem intueantur ac sequantur toto vitae tempore. Si illam perdam, ut spero, accepero, dabo operam ut extet & perveniat ad posteritatem.

Reverendo viro, doctrina, pietate et dignitate praestanti D Sebastiano Ambrosio, pastori Ecclesiae Filij Dei, quae est in oppido Gepidarum Keismarg: amico suo colendo.

S Reverende vir, amice colende, legi cum dolore utramq. epistolam tuam, ad me & Dnm Amlingum. Velim credas non mihi carceres meos acerbiores fuisse his quae fieri nunc ubiq. conspicor, cum ruina Ecclesiarum bene constitutarum, & veritatis oppressione. Quae vos pericula exerceant ex tuis ad Amlingum intellexi: Illa ut leniat aut avertat a vobis Deus, toto pectore precor. Satis enim aerumnarum & calamitatum

tum ab externo hoste sustinetis iam tot annos. Non quiescant hostes domestici donec quod reliquum est veritatis & tranquillitatis in nostris Ecclesijs penitus euertant. Confirmet vos Deus pater Domini & Dei nri & in carne nostra fratris nostri Iesu Christi, in veritatis constanti professione & defensione. De metallicis ad me transmissis atq. inprimis de bolo Toccaiensi, quem liberalius vinculis a pluribus audiui prædicari, gratiam tibi habeo, quantum possum & debeo, ac gratitudinem polliceor. Plura modo me scribere non sinebant occupationes. Bene & feliciter vale. Salutem amicis omnibus opto, quotquot mei istic meminerunt. Dessa. 9 Nouemb. C Peucerus D.

EIDEM

S D. Reuerende vir, amice cum obseruantia colende: Iterum a te accipio literas, nescio quotas numero, sed eximiæ humanitatis beneuolentiæq. & singularis erga me affectionis studijq. plenas omnes, quibus singulis non respondi. Proximæ autem ex intercessione summi amici nostri D Menarij venerunt ad me cum Antidiario, libro scilicet rituum ex præscripto Archiepiscopi Gnesnensis vsitatorum Ecclesijs in Regno Polonico profitentibus nomen & titulum Romanæ Ecclesiæ Bestiæ. Prius autem his respondeam, silentium deprecor meum, quod si excusare etiam vellem, causam eius conferre non

possem

possem, nisi in onus et taedium ingravescentis senectae, & ex hac, atque ex occupationum in dies crescentium mole, virium defectum. Occasiones enim non defuerunt, quoties ad Monavium scripsi, cui te tuaque curae esse scio. Veniam itaque ut des mihi non satisfacienti votis tuis & officio meo, & a me hac in parte quicquid peccatum est, tribuas annis & laboribus qui sunt supra vires, aetatis ratione: ex divina autem virtute & opes tanti adhuc, gravitas Deus esse vult. Nihil enim in me praedico, nisi illustria summae erga me misericordiae Dei & virtutis divinae testimonia. Amicitiam autem tecum colere, teque pro meritis erga Ecclesiam filij Dei praeclaris amare ac venerari non desinam. Utinam sit occasio testificandi publice posteritati meum de te judicium. Cum sustinueris odia, certamina & pericula pro veritate & gloria filij Dei, contra hypocritas virulentia blasphemiarum atque odiorum saevitia plenos, qui nunc in Ecclesijs repurgatis, ut nascente Christo pharisaei, dominantur, ex scriptis tuis & piorum testimonijs notum est. In hac te statione & adjuvabit ac tuebitur vindex suae veritatis & gloriae filius Dei: & ut te conservet tecum orabo ardentibus assiduisque gemitibus, quod te meum etiam ac pro me facere & feristi non dubito. Appetit ultimum mundi seculum, quod antecessurum filius Dei praedixit reditum suum, cum religionum

tolerantis

teterrimis confusionibus, ac bellis bellorumque rumoribus: cumque oppres-
sione recte sentientium, quorum numerus redigetur tandem non ad
plures forte his introducti in arcam Noha, aut quum reperierunt pro
dromus Iohannes, et ipse filius Dei. Manebit tamen aliqua Ecclesia,
in qua ut & nos simus ac maneamus, precemur acriter, & demus
operam cum inquisitione, studio & cura veritatis ut simus. De
libro transmisso gratias tibi ago et iis etiam, quorum opera illum con
secutus es. Iudicio vobis de illo meo non est opus, qui se suo prodit
indicio: etsi quaedam nimis aperte impia, blasphema & idololatrica
aut omissa aut tecta esse video: Sed retinet fundamentum tamen
& fontem omnis impietatis & idololatriae, omnium abusuum, ac
superstitionum, quibus Regnum tenebrarum stetit κατ' ἐπίστασιν
ἀπὸ τοῦ σατανᾶ in curia Romana. Viro Magnifico & Ge-
neroso Dno Sebastiano Teckelio, & alteri viro integerrimo, Dno
Gregorio Tribelio, salutem a me nunciata, ut me cum subjectione
officiose commendes oro. Deus nos omnes & vestram Ecclesiam tue-
atur, inque ea lucem veritatis suae, quam accendit, augeat & con
firmet. Bene & feliciter valete omnes. 26 Julii vet.

Anno 1591 celerrime.

Caspar Peucerus D.

Ad Doctorem Joannem Reimannum, Cancellarium Ducis Joach. Fridrici &c.

S. D. Nihil precari tibi possum melius quam coniugium tale, quale mihi, singulari Dei misericordia in hac mea senecta contigit, etsi fortasse adhuc ab aetatis meae termino procul abes. Si talem reperceris qualem praedicas, summo te beneficio affectum esse à Deo, certo tibi persuadeas. Nuptijs me tuis affuturum speraram: Sed fefellerunt spem meam quae inciderunt impedimenta, non unius generis, sed plurima. Spem tamen te conveniendi & coram gratulandi nondum deposui. Mea tibi admonitione opus non est. Aetas te tua erudiuit, & multarum rerum experientia. Cogitabis itaque quid & quantum possis. Nec putes blandos sermones, molles contrectationes & oscula sufficientia esse. Sed haec jocans scribo alludens ad amores seniles. Ipse serio te senem mea esse nolle, nec haberi. Si conveniemus conferemus sermones & de rebus alijs serijs. Plura me occupationes non sinunt. Bene & feliciter vale. Salutem coniugi tuae opto tuo, & mea. 16 Aug. Jul. Ao 93

Caspar Peucer.

Ad Joannem Casselium.

Obtestor

5. Obtestor te, ne alia de causa fieri putes, quod non respondi tuis aliquot hactenus, nisi quod defuerunt, qui litteras perferrent. Legi tua quae heri accepi cum voluptate, ut alia omnia abs te profecta, tibiq. pro sinceritate candoreq. tuo, & in tuenda amicitia veteri constantia gratiam quam debeo habeo. Adversus rabiem et virulentiam praestigiatoris, qui nulla a me unquam re lacessitus, & veritatem ipsam & nomen meum scelerata sophistica lacerat in suis thesibus impudenter, ipsa me evidentia ac perspicuitas meae confessionis, judice ac vindice filio Dei apud sanos omnes & hoc tempore & ad omnem posteritatem tuebitur ac defendet. Deum testor, quod nec quid sentiat aut credat, nec quid crenet ipse norit. Mihi tot piorum καὶ ὀρθοδόξων judicia ac testimonia sufficiunt, confessionem meam probantium: Nec praeter hunc extitit hactenus quisquam qui allatrarit aut arroserit illam. Dissipabit vis demonstratae ac fundatae veritatis & fumos istos, ut priores istius autoris discussit. Sed valeant ista de quibus non libenter scribo. Tam certus sum quod fundamenta veritatis a me explicata non sit convulsurus, quam certum est Deum veracem esse. Bene & feliciter vale. 21 Aug. 1593

Casp. Peucerus.

Ad Dnm Joachimum Veteris prosapiae Ortenburgicae Comitem &c.

Illustris & Generose Domine Comes, Domine et patrone reverenter & cum subjectione colende. Ἄθεος est qui iniuste oppressi injurijs non afficitur. Rursus est & ἄπιστος, qui de judicio, vindicta & liberatione divina desperat. Beatus vero ille qui media via incedens & condolet miseris, & confidit Deo. Talem, secundum psalmum liberat in die mala dominus. Hac me consolatione sustento & erigo aspiciens quotidie exilia & aerumnas virorum praeclarae meritorum, quaerentium sibi & familijs nidulos & hospitia, & audiens odia, fremitus, minas, & molitiones adversus orthodoxos, ac me quidem ipsum etiam prae alijs, quo sublato hostes veritatis certam sibi pollicentur victoriam. Sed qui me in medijs leonum faucibus servavit, atq. ex eorundem dentibus eripuit, idem elidet & frustrabitur spes etiam istorum, qui furentes contra stimulum calcitrare non desinunt. Quid sit cum potentioribus velle inire contendere, Illustris Generositas tua experitur tot jam annos. Nunquam illis praetextus desunt & σκιομαχίαι. Inferior, quamquam juris praesidio potior ac fortior, semper tamen succumbit. Quid restat itaq. nobis nisi spes & expectatio vindictae divinae, cum precatione ardenti

ardente & assidua? De Sycophanta Hubero sequar consilium Ill. G. T., & nequaquam cum eo congrediar. Quo peior quisq. est commota hac seditione fit major, quoniam plus alioq. nocet. Sed proferetur tandem in lucem, ac retundetur ista insania. Verissimum est & plausibilem illud. Isthic thesaurus stulti in lingua situs, ut quaestum habeant male loqui de melioribus. Sua illum furiae ulciscentur. Bene & feliciter valeat Illustris G. T. Datae. Cal. Septemb. Jul. 1593.

Ill. G. T.

Vera in subiectione colens
Casp. Sene. D.

Nobilitate generis, doctrina, sapientia, virtute
& dignitate antecellenti D. Ioachimo Bergensi,
Consiliario Sacrae Caesareae Maiestatis: amico
& patrono colendo.

S. D. Diu iam a te nihil scripsi coenpoi & quia, ut opinor, tibi in his tempestatibus, quae ingravescunt indies, latere durae est, & quia me quiescere non sinunt, sed quantum in eis senem exagitant & nunc huc nunc illuc jactant: volui tamen ad te scribere, cum se occasio ab hoc M. Oechsnio fratre offerret, qui tua beneficentia Heidelbergae studuit; unde ego ante dies paucos sum reversus, salutato ibi inter

inter alios et tuo ex fratre nepote, de quo & opinio & spes optima est inter bonos. Ergo & tibi & posteritati tuorum gratulor hanc felicitatem, sperans eos qui nunc recte instituuntur, patronos ac propugnatores olim fore veritatis, quae adversantium multitudine nunc & potentia oppressa in Germania magna parte jacet. Talis semper est & fuit Ecclesia: nec est quod somniemus aut desperemus nobis meliorem aut quietiorem. Paulus ut verus vates 2 ad Tim. 3 praedicens secula postrema difficilia fore ac periculosa, ac mores nostri seculi, & doctrinam inprimis describens addit tandem, Hos aversare. Et concludens subdit, Sicut Jannes & Mambre restiterunt Mosi, sic isti resistunt veritati, mente corrupta & circa fidem reprobi. Non procedent autem amplius: Amentia enim eorum evidens erit, sicut & illorum fuit. Hac consolatione nos sustentemus, & Ecclesiam filio Dei commendemus. Si placuerit tibi, scribes ad me adhuc ante finem vitae utriusque. Solus enim tu superes ex primis meis & antiquissimis amicus. Bene & feliciter vale. 28 Jul. Jul. Ao 1593

Caspar Peucerus D.

EIDEM.

S. D. Dedi nuper ad te literas M. Elrichio fabricio Glogoviensi, alumno tuo: Nunc adfert alteras Adamus Curaeus, M. Adami Curej quondam pastoris

pastoris in urbe Vratislauiensi filius, cuius ego sortem non & exaio deploro, sed quibus illi modis aut rationibus operam feram non reperio. Vistulam, Rhenum, Visurgim adijt, vidam quaerens, sed nescio quo fato suo nusquam ubi consisteret inuenit. Reuertens igitur in patriam sperans mitiorem se illam & benigniorem reperturum esse quam reliquit, in exilium quando abijt: Utinam non fallatur spe sua. Multum tamen fiduciae in te positum habet, ad quem tanquam ad parsorum communae asylum confugit. Obsecro te suscipias eum fouendum beneficentia tua, donec ei de aliquo prospiciatur loco, in quo Christo & pijs hominibus seruiat. Credo posse eum utilem nauare operam, vel in schola alicuius urbis: Eruditus est enim, & multa doctrina excultus: vel apud virum aliquem nobilem, instituendis liberis. Quam sint res in Silesia etiam perturbatae, non ignoro. Sed tibi, cui explorata sunt pleraque, persuadeo mihi non fore difficile inuenire idoneam ipsi functionem. Ignosce mihi te onerantj & sumtu & cura: ad quod me fouendum adegit egestas ipsius, & vagi exilij diuturnitas, propter patris memoriam, cuius lapsum ex infirmitate condoleo. Bene & feliciter vale. 21 Augusti Anhaltini. A° 1593

Caspar Peucerus.

Clariss. & integerrimo Viro, D. Johanni Schmidio, Consiliario Illustrissimi Ducis Silesiæ Joachimi Friderici in Lygnicz & Brig etc. amico cum observantia colendo.

S.D. Decumbentem me in lecto, & toto corpore male habentem, seu ex senecta, seu ex tempestatum instabilitate, seu ex utraq. causa, literæ tuæ exhilararunt plurimum, tua causa, ut à te profecta, & significatione rerum quæ bene feliciterq. in Pannonia geruntur: Reliquus turbarunt. Tibi quod memoriam mei conservas cum benevolentia gratiam debeo & habeo, reddi-turus mutuum quoad vixero. De Vino quod te excuses non est opus. Excusant te satis superq. peccata nostra, tum alia innumera, tum vero præ-cipue τῶν λαιμαργιῶν καὶ οἰνοφλυγιῶν, propter quæ, iusto Dei iudicio, tot iam annis Vinum coelo nobis denegatur. Non existimo Germani-am, ex quo vites serit & colit, & primus gustavit boni vinum, tanto id precio bibisse, quo nunc adhuc ingurgitat in tanta penuria. Opti-mam voluntatem tuam pro Vino ipso accipio. Pertæsus omnium eorum quæ pertuli, & quæ graviora imminere prospicio, vitam longiorem hic non expeto, Aeternam assiduis & ardentissimis suspirijs desidero & opto. De Pannonicis rebus tecum sentio. ἄδηλα τὰ τῶν πολέμων, καὶ ἐξ ὀλίγου πολλά. At Romanus homo tunc cum res est bene gesta corde

Corde suo trepidat. τὰ μέγιστα δεινὰ γὰρ αὐτίκα ἐς θρασύτητα ἐκπλήσσει secundum Appianum. Opto itaq. precorq. vt̃ tot vitiis nostris praeter συμβουλὴν τὸ ἀγαθὴν, καὶ ἀφορμὰς εὐδικίας arte, praecipuè timorem Dei serium, à securitate alienum, & cum sobria assiduaq. Dei inuocatione & vigilantia coniunctum. Profecto impendent poenae grauiores publicae quam priuatae aut comprehendere animis nostris possimus. De Vostro cuius ostendenis vita, quod respondeam aliud non habeo, cum emendationis spes nulla sit, quaecunq. via tentetur: κακὸν γὰρ ἀθεράπευτον, quod & in Epigrammate grauiter:

οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἔρως
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.

Non inuideas ei cursum, quem nisi Deo permittente habere non potest. Reipublicae casum vehementer doleo. Bene & feliciter vale. Ceterum ut in Silesia retineas obsecro. Nolim patriam eruditis viris omnibus orbarj. Idcirco plerisq. mutationem quaerentibus suadeo, vt praesentem fortunam ferant moderate & boni consulant. Non posse durabilem esse statum praesentem, nisi omnia simul corruant. 12 Decemb. Iul. Ao 93.

Cas. Peucerus D.

Clarissimo et doctissimo viro D Laurentio Scholzio, Philosophiae & Medicinae Doctori praecipuo Vratislaviae, amico cum observantia colendo.

S D. Doleo vehementer me nec literis nec remuneratione mutua munerj tuo ac testificationi benevolentiae erga me tuae tam eximiae ac publicae satisfacere posse. Si vixero, ut remunerer te dabo operam. Si decessero (ut valetudo mea afflicta nunc satis est) significatio tibi sufficiat mei erga te animi studijq. ac iudicij de praeclaris operis tuis. quibus & memoriam summi mei & antiquissimi amici ac patronj D Doctoris Cratonis celebras ac conservas, & ipsius tuaq. & aliorum monumenta aliq. experimentae conservas posteritatj. Utrumq. beatum esse judico, & illum cui contigit τῇ εὐθανασίᾳ τελευτῆσαι, & alterum qui optime meriti laudes praedicat ac propagat monumenta. Scripsissem ad te prolixius, sed non permittebant hoc vires. occasionem tamen declarandae gratitudinis meae amittere aut negligere nolui. [illegible] igitur a me factum est interea boni ut consulas oro. Inspexi in lecto iacens editiones tuas. Laetor reperisse me, quod de putrefactione Capivaccianam & Crastianam intertexuisti; de quibus utinam conferre nobis inter nos sententias & rationes nostras concedatur. Mihi multum interesse.

interesse videtur inter putredinem quae dissolvit mixtum in Cenum primo, deinum in pulverem: & alteram quae mixtum ita destruit ut aliquid inde generet, quo utraq. utrumq. nomine integrabitur. Sed de his non sinit modo valetudo plura. Si Deo placuerit ut in hac vita conveniamus, erunt & de his inter nos sermones. Bene & feliciter Vale. 12 Decemb. Jul. Ao 93.

Cass. Peucerus D.

Nobilitate generis, doctrina, prudentia, virtute
& dignitate praestanti D Wenceslao à Czet.
litz &c amico & patrono colendo.

S D. Respondeo paucis, quia refert coram plaraq. frater, Vir optimus & integerrimus: Ac talibus internuncijs res agi inter nos malo, quam literis, quibus & fatum & fidem suam veterem atq. adversus pericula securitatem mores seculi nostri ademerunt. Si vestra nostris compares, sive provincialibus, sive communibus & publicis, longe nos versamur in periculis & difficultatibus maioribus quam cogitare, aut concipere animis vestris potestis. Longa foret odyssea, si deberem commemorare quae uno proximo biennio expertus & compertus & sustinui. Cum autem spero adhuc nos convenituros hoc anno, reservo omnia ad congressum nostrum. Commendavi hygiam Clor enim li tenter

hoc

hoc vocabulo certis de causis) quam Hunnius egit, & quae prope in
Tragoediam desijt, opto intra fines Comoediae terminari. Sed autor scripti
de Visitatione Misnica, mihi nescio an religionem Misnicam meliore
vocabulo & insigniore celebrare potuisset, quam hoc ipso quod Comoediam
nominavit, valde dubito. Videtur enim huius gentis religionem to-
tam convertere voluisse in ludum comicum, in scenica & theatrica
spectacula. De Lygijs quae scripsisti legi. Miror virum & Theologum
optimum ac senem in hac quaestione haesisse, & non considerasse dis-
crimen inter communicationem essentiae ac proprietatum essentialium, &
inter communicationem efficaciae per dona creata in Christo homine, vel
humana natura assumpta, praerogativa tanta ut antecellat omnes
creaturas. Essentia & essentialia eius communicantur, ille fit & est
Deus, quia est ἀχώριστον, ἀδιαίρετον, καὶ ἀμέριστον essentia cum
proprietatibus suis, ut natura infinita & immensa: fitque κατ᾽ οὐσίαν
ἢ φύσιν. Eius efficaciae sunt, ab essentia ut causa, derivatione ef-
ficaci ab illo fonte, ut effecta in res finitas & creatas, κατὰ βούλησιν
liberrima actione & effectione effunduntur, sicut vult, & in quos vult
& qua vult mensura. Sed paucis attingo haec, nec prolixius urgeo:
quoniam explorata tibi & cognita esse scio, quae Jesuitae etiam vere
&

acriter Ubiquitariis opponunt. Religionem harum terrarum & viciniae
si referrem, lavarem laterem, quam ex optimo fratre melius cognosces.
Quod autem Ola discessisti, ne exemplo tuo in baptismo infantis, quem
a misericordia & dono diuinae gratiae expectas (omnia enim sunt Dei
misericordiae, cum omnes perierimus) ne ergo initiares Ecclesiae tibi la-
tum a Deo infantem abominabili ritu exorcismi, pie, sancte, & constan-
ter facis. Ego vero seminia pestilentissimi dissidij ex hoc ipso orta
sic apud vos sparsa radices egisse, ut distringant animos & Ecclesias
vehementer doleo. Sed fiunt haec omnia in poenam peccatorum nostro-
rum in idolatria & abusu panis consecrati, baptismi, & similium alio-
rum quae fuerunt a Christo ordinata. Plura non possum. Bene &
feliciter Vale. 16 Aug. Jul. 1593. Casp. Peucer. D.

Nobilitate generis, doctrina, sapientia, virtute
dignitate & munificentia clarissimo D
Joachimo a Berge: Consiliario Sacrae Caes.
M.tis: amico suo veteri & honorando.

S. Vere affirmo, quod antea scripsi, mirifice me saepe recreari re-
cordatione & commemoratione antiquissimae nostrae & dulcissimae ami-
citiae, & consuetudinis qua usi sumus quoties convenimus: multoque magis
admiratione

admiratione aetatis nostrae, quam attigimus uterque, viribus nunquam validis
aut robustis: Ego tamen imbecillioribus semper, non raro etiam desperatis.
Pro hoc tanto beneficio, quas debeo & possum gratias ago Deo semper ago, τῷ
ἀδιαλείπτως. Septuagesimum annum inij VI die Ian. Cal. praeteri-
ta: quo die cum celebrarem cum amicis diem natalem meum, huius
honorificentissima & crebra mentio facta est inter vota & preces, quas
Deum exaudiuisse non dubito. Colamus ergo a teneris inchoatam,
cumque aetate auctam & propagatam, & sincerae confessionis, fideique ortho-
doxae sigillo a Spiritu Sancto confirmatam atque obsignatam amicitiam,
donec vita nobis reliqua erit, certi, quod in omni aeternitate complexuri
nos simus mutuo in complexu Domini nostri Iesu Christi. Quod
exulis Careo benefacis, praeclare facis: Nec in hunc aut in alios bene-
ficia conferre desinas, mercedem non dubiam recepturus in altera vita.
In hac enim non est quod speremus, odijs & furoribus diabolicis cer-
tantibus. Fuit apud me per [illegible] dies hospes meus D. Ionas Li-
bingius, minister non ita dudum Ecclesiae Lobergensis, unde eiectus est
seditione tumultuantis plebis propter recusatum exorcismum. Is vehe-
menter & assidue flagitat a me intercessionem ad te, pertaesus
exilij. Dixi me potere aliud nihil audere me debere, quam ut
si

si queat prospicias ipsi de loco in quo doceat tuto, & reliquum vitae mi-
nisterijs diuinis consumat. Egregie doctus est, doctrinam Ecclesiae &
controuersias recte intelligit, sentit recte, pius est, & dona habet alia
praeclara. Nolim profecto Silesiam talibus viris orbari penitus,
quam video summis periculis ab omni parte expositam esse, non tam
propter bella Turcica quam propter imminentes & insidiantes nobis Iesui-
tas & Antitrinitarios, & in medio vestrum grassantes Vbiquitarios
Antitrinitariorum prodromos. Pulsis enim orthodoxis, praesertim Vete-
ranis quod ipsi aut parum vobis reliquum erit a Neophytis aut
non satis instructis, aut Vbiquitario veneno infectis. Hoc ipsum
D. Ionam tibi diligenter commendo. Declares & huic viro notam pub-
lice & praedicatam a pijs omnibus munificentiam tuam erga ministe-
rium. Da operam ut collocatus commodo loco in quo prodesse Ecclesiae
possit, domi retineatur. Si quid spes affulserit, citius circa pascha agi-
tat: Interea apud affinem D. Poli, etiam veteris nostri condiscipuli fili-
um Brandenburgi hybernabit. Da veniam mihi quod afficior & Xu
tum aerumnis & miserijs. Id enim mihi facerem, secundum Euripide-
um illud, non videtur mortis tempus esse: ἀεὶ γε ζῶν ... καὶ
ἀνελεηήμων. Vale itaque. Excell. & ipse omnibus, quae & quanta possum

Commen

communicatione rerum, consiliorum, officiorum & intercessionum. Bene & feliciter vale. 23 Ian. Iul. Ao 94. Casper. Peuc. D.

Cl. et doctiss. viro, D Laurentio Scholzio
Phiae ac Medicinae Doctori, physico Vratisl.

S. Delitias hortuli tui legi cum voluptate. Optarim fuisset mihi licere ijs coram, cum amicis, iuxta leges praescriptas. Non turbaturus etiam sym-posij et sodalicij foedus. Petis a me carmen quod praefigas digestis in unum volumen editionibus omnibus nostri Cratonis. Utinam dignum quid & viro illo, amico meo summo, ac fidelissimo in rebus adversis patrono, & te praestare possem. Enitere nisi perpetuis interpellationibus turbarer. Dabo tamen operam ut brevi epigramma amicorum caeterorum elaboratioribus elo-gijs adiungam, idq. ad te prima quae contigerit, occasione mittam. Festi-nare negare: Non mihi tarda gelu, saeclisq. effoeta senectus Invidet has operas, seraeq. ad talia vires Ingenij, duris quod fractum emarcuit annis Carceris, & longi torpet squalloribus aevum. Tibi vero atq. eruditissimo sodalitio tuo has delitias gratulor ex animo, Utq. ijs moestitiam tem-porum cum vera & Deo placente hilaritate diu diluatis in parato tranquilloq. rerum statu precor. Bene & feliciter vale. Salutem opto cum eis omnibus plurimam. 15 Maij Iul. Ao 94

Casper Peucerus D.

Clarissimo & doctissimo viro, Dno Joanni Hermanno philosophiæ & Medicinæ Doctori ac physico in inclyta Vratislavia: amico, compatri & affini carissimo.

S. D. Accepi tuas, quibus ad filiæ meæ nuptias invitas. Si vobis quæ cupimus obtinere potuimus, transvolarem ad te, & tua convivia & propter amicos: sed multa me retinent vincula jam adamantina, è quibus quomodo me exolvam non reperio. Si quod instituerat iter Illustriss. noster prolatasset, forte adventus noster in ipsum nuptiarum tempus incidisset. Sed & hoc multis impeditur difficultatibus. Quare cum corpore nequeam, animo vobiscum & vobis ero. Ago autem gratias Deo tecum, autori fœderis conjugalis, quod te vivo filiabus prospicit. Temporum difficultas quæ sit & quanta, & quod illa aggravetur indies atque exasperetur ante oculos est. Quanto tamen illa fit major, tanto securitas in hominum animis, licentia scelerum fons, acerbitas odiorum atque immanitas erga bonos magis crescunt. Ista quotidie aspicio & considero, me, cum turbare deberent, erigunt in spem certam appropinquantis seculi extremi, à quo non procul abest dies iudicij.

Th

Tu cum hospitibus tuis mei recordaberis ἀιδοτιοίῳ κρατῆρι. Plura per occupationes non poteram. Bene & feliciter vale. Salutem opto sponso sponsaeq. cum voto pij, casti, foecundi, suavis ac diuturni coniugij. Salutamus ego & mei Te tuosq. omnes. Ego nostros & amicos omnes.

15 Maij Jul. 1594. Caspar Peucerus D.

Illustrissimo principi ac Domino, Domino Mauritio Landgrafio Hassiae.

Illustrissime princeps Domine clementissime: Magna cum admiratione legi tyrocinia prima & aetatis & pietatis tuae, in ipsa adhuc paene pueritia edita abs te atq. absoluta in psalmis Davidicis omnibus, vario carminis genere, feliciter, perspicue, venaq. facili & fluente redditis, in quibus cum luceat illustris & expressa imago ingenij, sanctimoniae, studij, diligentiae exercitiorum atq. operarum primitiae tuae, educationis etiam sanctae & accuratae: Valde optarim ea extare, non tam laudis tuae causa: hanc enim ab ipsis inchoatam incunabulis, maioribus indies alijs atq. evidentioribus pietatis studij sincerae, verae sapientiae atq. eruditae, iudicijq. recti, gravis ac constantis, & virtutum omnium pio magnoq. principe dignarum documentis auges atq. accumulas, quam propter posteritatem, ut exemplo perpetuo cum institutionis principi convenientis, tum studij & industriae singularis excitentur & invitentur

ad

ad imitationem plures alij. Id uero futurum esset ex usu et commodo
Ecclesiae ac Reip. quae tunc vere sunt beatae, quando a principibus gu-
bernantur quorum sapientia & virtus nititur fundamento orthodoxae
pietatis, ac regitur in duce spiritu sancto, norma verbi & fidei christi-
anae. Erunt forte qui censebunt carmen parum referre aut re-
dolere antiquam poesin Ethnicam, eo quod usitata antiquis poetis
ex fabulis Ethnicis de numinibus & religionibus commentitijs vocabula
varias usurpet, & ad contextum phrases ac formulas poeticas illius con-
texere sit uel effictum vel elaboratum. Sed illis te, ut abominandis
& voce diuina damnatis veritas ac certitudo religionis nostrae prohibet "uti"
atq interdicti diuini seueritas. Alterum qui a te hac aetate re-
quirit, quod totum hominis vitam exigit, demens est. At hos
contra alij plurimi multo magis faecunditatem ac celeritatem ingenij
tuj, venae numerorumq. facilitatem, phrasium verborumq in metro
perspicuitatem, doctrinae ac religioni nostrae accomodatam laudabunt ac
commendabunt, gratiq. testibus his de ingenio, doctrina ac pietate tu-
is fruentur: ac tecum, ex tuoq. praescripto Deum inuocabunt
& praedicabunt. Gratulabuntur etiam tibi haec tam insignia Dei dona
caducis omnibus alijs huius vitae, quantacunq. illa sint, anteferenda.

Vale

Ecclesiae inprimis gratulabantur, deque tali principe laetabantur: ac pro te
quoties aspexerint Psalmos tuos, ardentia ad Deum vota fundent, cum
honorifica & praeclara perpetuo memoria nominis tui mentione & celebratione.
Quod si Illustrissimi ac clementissimi Domini patris autoritas pub-
licationi obstiterit initio: tamen Cels. ipsius has ipsas rationes quas
commemoro, tandem persuasuras esse mihi certo polliceor, ne alteram Selne-
ceri editionem prohibeat: nec posteritati hoc insigne, utile ac salu-
tare monumentum tyrocinij tui invideat. Deum patrem aeternum
Domini nostri Iesu Christi, vero serioque gemitu intimi pectoris mei
precor, ut quod in te & per te coepit opus principe dignissimum, id
cum benedictione perpetua, in tranquilla & salutari gubernatione, ob-
signet ac confirmet, gubernet ac dirigat, perficiat ac compleat
ductu praesidioque sui sancti spiritus, ad nominis sui gloriam, tuamque
& aliorum salutem: Illustrissimum vero Dominum parentem ut
diu servatum incolumem tuarum virtutum laetum faciat spectatorem.
Bene & feliciter valeat Celsitudo tua. Datae Cassellis. die commemoratio-
nis Pauli Apostoli. iij Cal. Jul. Anno 1592

Cels. T.

Verae animi subiectione reverenter
colens.

Casparus Peucerus D.

In psalmos Davidis.

O dulcis psaltes, quas spes, solatia saepe
Praestant mihi cantus hi peperere tui!
Letiferis quoties me cum mors cassibus atra
Implicuit, stygijs mersit & Orcus aquis
Faucibus e medijs necis, imi Erebiq. cavernis
Vivum his anima sacri flaminis eripuit.
Afflictus quoties Deus est tam blande & ijsdem
Desperata fuit cum mea cuiq. salus.
Praesidio generem quando nudatus ab omni
Naturae & penitus deficientis ope.
Spectarem interitumq. oculis prope nil nisi certum
Sit coram ipse suo visus ut ore loqui
Laetitiaq. nova maestum perfundere pectus
At trepidam fidei spe recreante facem.
Expertus didici quae sint a numine nata,
Et tua vivifico vota referta Deo.
Tecum ergo ad Dominum mens quaelibet anxia clamet
Dona pio celebret pectore grata Dei.

At deserta Deum quaerat, confisa reperto
Uni se totum subijciatq. fide.
Ad verbi normam componat & intima cordis
Vitae praescriptas, instituatq. vias.
Sic tecum quamis superata mole laborum
Contingat metam fine beata suam.

Caspar Peucerus D.

Clarissimo doctrina & virtute viro D. Nathani
Chytraeo: Rectori scholae Bremensis
amico suo colendo.

S. D. Meo dolore, quem ex vera sympathia tecum communem
habeo, acerbitatem luctus tui metior, quem etiamsi non cognovis-
sem ex amicorum literis: certo tamen statuissem te patrem φιλόστοργον
natura ac pietate, & hostium veritatis adversationibus καὶ διωγμοῖς
satis hactenus exagitatum percepisse ex filij tristi casu, cum propter
operarum solatijq. praesidium ex ingenij praestantia, copiaq. doctrinae
quo videris orbari hac aetate, qua tibi maxime illius opus erat, prop-
terq. posteritatem, cui plurimum prodesse poterat, tum vero etiam
propter σαρκασμοὺς ἐπιχαιρεκακίας inimicorum, quorum
quales & quam acerbi sint insultus morsusq. in calamitatibus & afflic-
tionibus

tionibus piorum discimus exemplo archetypi nostri, & Salvatoris
ac Redemptoris nostri Christi pendentis in cruce, cui ut in alijs sic
hac etiam in parte oportet nos fieri συμμόρφους, si volumus συμ-
βασιλεῦσαι. Sed cum certo sciam te ijs consolationibus ex sacro
fonte Spiritus sancti virtute ac ductu abunde satis instructum esse,
quae sunt talium λυπῶν non θεραπεία, sed vera, unaque atque
efficacia ἀντιφάρμακα; certo etiam mihi persuadeo quod mestitiam ipse
ita sis moderaturus Christiana constantia, cum tolerantia ac lenitate
animi ad mandatorum divinorum praescriptum, ne vel tibi ipsi ac-
cersas indultu iraeq. maius malum, vel praebeas pabulum virulen-
tiae ac maledicentiae hostium, in omnes calumniarum occasiones intentae.
Id ut facias te pro pietate communi, propterque salutem tuam te oro.
Ego ista expertus omnia, experiensque adhuc, & auxilio divino sus-
tinens ac superans, pro te precari Dominum non cessabo, & pro filio
ipso, in quo cum intelligam mestitiam melancholicam non esse, nec
vehementem, nec συνεχῆ, sed περιοδικήν, remedijs locum fore
spero; Divinae autem benedictionis subsidium nullisque defutu-
rum esse confido. Tu cum invocatione Dei assidua & ardente
facias

facias quae tui sunt officij, omnia deo committens. Bene & feliciter vale. 21 Septemb. Seb. Ao 1594

Caspar Peucerus d.

Joanni Caselio
Viro cl.

S. Non dubito peregrinationes meas, quib. hunc annum praeteritum consumsi, tibi notas esse. Idcirco excusatione silentij mei apud te non opus fore putavi. Offerebatur quidem occasio scribendi a Viro Amplissimo D. Cancellario Illmi principis vestri D. Jagemanni, Heidelbergae & Spirae, qui me humanitate majore quam vel efferre verbis vel animo metiri possum, complexus, testatam insuper & quasi obsignatam benevolentiam egregiam, significationeque maxima mihi reliquit, sed eam utrobique festinatio eripuit utrique. Illius Heidelberga Spiram cum rediret: mea, dum comitibus auspicatis Spira Heidelbergam redire propero. Ad illum ubi veneris, quaeso ut eum meo nomine reverenter salutes, cum mei commendatione. Tibi vero quid decumbere nunc fieri, de feliciter elocata filia gratulor ex animo cum serio ad Deum gratiarum actione ac precatione, ut conjugium hoc ornet ac cumulet dotibus omnibus, beneficiis commodis, necessarijs ac salutaribus ipsis conjugibus, Ecclesiae filij Dei ac Reip. & tibi etiam in hac senectute aggravescente. Cum redderentur tibi literae Rhabes ost

natione

natione, patria Samadiruensis, nomine Joannes Jacobus Bozonius. Huius Wite-
berga volentem in linguam Italicam privato studio scholasticos erudire, respondi
quod perturbati articulis de religione suffragari recusarent. Constitit autem
quod & ego conijcio, plus se apud vos libertatis, auditorum etiam majo-
rem numerum reperturum esse, postea cum nobilibus sic isthic frequen-
tior. Commendo itaq. illum tibi, ut peregrinum & exsulem diligenter,
vtq. consilio tuo instruas, opera adiuves, patrocinio complectaris, deq.
ijs quae cavenda vel expetenda [illegible] accurate moneas oro. Nunquam
me paenitui quod peregrinorum in Academia Witebergensi rationem
dignam intendum habuj. Sed vester quod res ferant rescio. Bene
& feliciter vale. Ego hoc demum anno senectutem cepi, nec serio senes-
ce, atq. ita quidem, ut vitam diuturniorem mihi polliceri non pos-
sim. Tuis me precibus commendo: salutemq. genero & liberis tuis om-
nibus opto. Velim si quo modo, absq. tuo detrimento fieri potest
te ante finem vitae me adire invisere. Data. 10 Decemb. [illegible]
1595

Caspar Peucerus D

D Wenceslao a Zedlitz in aula principis
Brigensis Consiliario &c.

S. Perturbarunt me vehementer literae tuae, non Theologorum causa
quos

quos fatalis furor exagitat, qui desituri etiam prius & consanguineorum non esse, quam autores ipsos in exitium, aut ingens aliquod malum praecipitet, sed perniciem ipsorum, & piorum aliorum, atque ipsius imprimis veritatis divinae causa, cuius cursus impeditur. Quae rabies impellat illum ex nobilitate, quem nominas, ut opponere se Deo & suo Magistratui & moliri seditiosa malit quam quaerere & perscrutare quae sunt pia, vera, recta, iusta, salutaria, tranquilla, non satis possum mirari. Sed video in illorum hunc numero esse qui excaecati mente & abalienati a Vita Dei (ut Paulus inquit) propter ignorantiam quae est in ipsis ex obduratione cordium eorum permanere in tenebris malunt, quam veritatem agnoscere in luce lucente Evangelii, quae tecta esse non potest nisi iis qui pereunt, quibus ut infidelibus ἐτύφλωσε ὁ θεὸς τὰ νοήματα, ne irradiet eos lumen Evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei, ut loquar Apostoli verbis. Illos ergo sinamus & commendemus iusto iudicio Dei, ardentiusque precemur, ut ipsorum dissipet consilia, & impediat molitiones: idque faciat propter Electos. Vereor obstinatam istam & pertinacem in resistendo veritati pervicaciam attracturam vobis esse magnas poenas publicas. Sed illas ut leniat Deus aut proroget propter Electos oro. Bene & feliciter vale. 18 kal. Novemb. A° 90

Caspar Peucerus D.

EIDEM.

S. Magno me gaudio perfuderunt literae tuae, illustri argumento ac testimonio
praesentiae Dei apud vos, qui ut omnia habet in sua potestate, sic vestra
direxit in longe alium eventum, quam multi speraverunt, vel illi ipsi etiam
agitarunt, quorum ad me minas perscripseras. Utinam tam certo petere
& expectare auxilia divina possemus quam certa illa sunt. Citius enim
impetraremus, & fiducia spei. certitudine facilius adversa omnia supera-
remus. Magnifacio illos qui spiraverunt minas, & pro eis oro. Idque
maxime in precibus urgeo ut flectat voluntates eorum ad expetendam
& quaerendam veritatem. Si dederit eis velle, dabit etiam perficere.
Bene spero de rebus vestris, in utraque gubernatione Ecclesiastica & poli-
tica. Repressis enim & sedatis furiosis clamoribus, mitescent etiam
qui his inflammantur auditorum animi. Krensheimium tandem
se aperuisse valde laetor: etsi quid secuturum sit, & quae fuerint iudi-
cia principum de concione non addideris. Deus confirmet eum &
quod coepit opus perficiat. De vestro cui silentium impositum est,
cum semel ab agnita veritate redierit ad mendacium, sicut canis
ad vomitum, despero. Multo furentius enim oderunt ac persequuntur
veritatem qui agnitam abiecerunt, quam qui nunquam cognoverunt.

Existimo

Existimo etiam aliorum afflictus eum devicisse. Ille vero suum, ut cum Scriptura loquar, portabit iudicium. Bene & f. vale. Celerinae. 20 [illegible] Decemb. 1590

Casp. Comer. i.

EIDEM

S. Legi literas tuas cum gaudio, & cum indignatione. Gavisus sum enim de perseverantia tua in tuo pio proposito. Ad indignationem me commovit collegarum tuorum fraudulenta actio, & formulae cuius ut norma subscriptio requiritur, absurditas ἀσύστατος καὶ ἀντιφατικός. De utroque respondeo, quod ad te quidem, Ἄλλιμος ἔσω? ἵνα τί ὀξ [illegible] ἐστιν. Quoad causam & te, quod nec veritatem ferunt hostes, nec te, quantumcunque utrumque oderint & oppugnent. Ne te cogi patiaris ut quid contra conscientiam admittas, valde te rogo. Exorcismum semel abolitum restitui grave est. Si quod destruxi reaedifico, praevaricatorem me constituo, inquit Apostolus. Verum id excusent illi, qui faciunt. Tibi satis sit, tua nec culpa nec consensu id factum esse. Principum responso ac promisso tutus te facile potes ad motus ἀντιδίκου. Nec ut hi instent maxime & urgeant, adigere principes eo poterunt, ut vim tibi propterea inferant. Si acerbitas odiorum & molimina hostilium te turbant, recordaberis Paulini dicti: Omnem qui velit in Christo pie vivere, persecutionem sustinere oportere: & gratiam

ac gloriam

ac gloriam Dei omnibus rebus humanis antefers. pluribus respondere modo non vacabat, occupato innumeris in hac frequentia hospitum apud nos peregrinorum. de qua poterit Te docere tabellarius, qui a principibus Ill.mis hasce ipsas cartas ultra constitutum tempus retentus est. Excusabis illum principibus, quod & Ego facio ad Illustrissimam dominam. Culpa in ipso non est. Bene & feliciter vale. 11 Maij stil. n. 1591. Casp. Peucer. D

EIDEM

S. Excusationem tuam, de neglectione nostri ac praeteritione (qua minime debuisses uti) exposui Illustrissimo principi meo, in qua ille acquievit. profecto moram omnem circuitionis quae nulla est, cum accessus ad Torgam sit brevior, compensassemus praesentes vestris & nostris equis curruum invectis. Omnino tecum colloquuturus fuissem de rebus magnis, tibique gratis futuris, ut enim iudicium & pietatem facio maximi. Nihil enim de auribus tuis. Non te terreat adversae tempestatis austeritas quam diluet Deus. Premi veritas, opprimi non potest. Ego fatalia, id est, decretas nostrae ingratitudinis paenas secundum perpetua & consentientia prophetarum & Christi vaticinia, oculis conspicor idest πυλλόλυτα in doctoribus coniunctam cum indeplebili ambitione & avaritia, ac levitate & inconstantia insanabili: In audito ribus.

ribus obstinatam κάλφωσιν: In utrisque πώρωσιν remittentem pertinaci adversatione Spiritui sancto & adversantem omne studium veritatis cognoscendae. Ista cum fatalia esse minime sit dubium, si deprecabimur ea apud Deum, responsum feremus, Noli deprecari pro populo isto. Sed nec Propheta destitit, nec nos cessemus propter Electos. hoc tamen impetrabimus, quod respondet vox divina: Propter servos meos faciam, ut non disperdam omnia. Horribiles poenae opprimunt nos: sequentur vastationes cruentissimae, & confusiones teterrimae. Inter has tamen & colligentur & servabuntur reliquiae, quae erunt sicut vindemiata vinea & excussa oliva, usque ad reditum Filij Dei ad iudicium. Tu constanter adversa tolerare ac perferre cum ea qua hactenus usus es moderatione in aperta semper ac liberrima Confessione & assertione veritatis: In qua te ut confirmet & adiuvet Deus toto pectore precor. Mitto tibi carmen. Bene & feliciter vale. 28 Aug. Iul. Ao. 91. Hohlen

D. Ioh. Nolsizium saluta reverenter ex me, cum alterum exemplar carminis trades.

Cass. Contz d.

Cum clausissem epistolam, veniebat mihi in mentem quod de expetita opera tua in Comitijs ab Illmo principe nostro, tuis insinuaveras, meum expetens consilium. Ego vero id quod a deo perfici animadverto, cum aut

imp[...]

improbarim aut dissuaderem? Singulare quidem esse iudico, quod cum te nunc orthodoxae fidei addictum, a qua alienior ipsa est uxore, amabique tua culpa, tamen sibi adiungit quem sequatur in consilijs Ducem. Erit haec res occasio tibi ad multa bona efficienda, in quibus Deus te organo uti volet. Minime itaque recuses: sed tuo loco praestes ea fide et constantia, qua hactenus omnia, quaecunque impositum fuerit, haud dubie propter constantiam te praestet ijs quos sua lenitas, Dei iusto iudicio, reddit contemtores et exosos, qui adulationibus sperant contra conscientiam consistere et Caesari. Deus te confirmet, adiuvet, et regat. Amen

EIDEM

S. Accepi tuas cum prope Xadarim in Hassia. Sed itineris mei et morae in Hassia et ad Rhenum causae multae fuerunt, confidoque me et privatim multis, et publice rebus communibus profuisse: de quo, si convenerimus colloquemur. Turbatiora autem reperi pleraque omnia, quam abiens reliqueram, et contagium ex vicinia ad vos usque serpsisse, non occulto reptatu, sed procelloso impetu, cognovi non sine dolore ingenti. Me de veritate ac certitudine doctrinae quam profitemur ista omnia, ut voce filij Dei praedicta, magis multo confirmant quam terrent. Te quoque non dubito adversationes acerbas et cum periculo

coniunctas

coniunctas Christum esse plurimas: Eas quod superauimus, tecum Filio Dei potenti ac forti in nostra infirmitate gratias ago, qui ut eripuit hactenus, sic eruet nos deinceps etiam ac saluos praestabit. Posteritatis me miseret, cui furoribus nostri seculi uidetur attracti & cumulati per nos inevitabiles. Scriberem ad te plura, tum consolandi causa, & de studiis: sed me festinatio serius indicati nobis tabellarij id permittebat, & raritas tabellariorum, quibus tolerabitur secutum nostrum, me cogit esse βραχύ. De rebus si quid erit a Ziegler[o] per vestros, nobiscum ut communicetis rogo. Principes nostri ad Landgrauium ex invitatione ad venatum aprorum profecti sunt. Utrum profecti ulterius velint aut petituri, nondum constituerunt. Reditum illius ad vos opto felicem & prosperum. Mansisse domi mallem hoc turbulento rerum statu. Bene & feliciter Vale. 21 Octob. Anno 1592

Casp. Peucer D.

EIDEM

S. Legens tuas & laetatus sum & dolui. Laetatus sum de sana tua affectione studioque erga veritatem pene oppressam hypocritarum furoribus, deque sollicitudine pro Ecclesia redacta ad pauciores, ac vehementer nunc laborante, non minus apud vos de quibus meliora speraui. Cum in Vicinia nostra quae ut prima vidit lucem & Evangelii veritatem redditam ex densissima & incrustata caligine doctrinae Papisticae: sic eandem

eandem nunc prima non respuit tantum, sed furenter & hostiliter re-
pellit. Illud mihi vel tempus vel vaticinium instare & urgere nos
videtur, quod est in Apocalyp. de septem angelis effundentibus phialas
irae divinae diversis poenarum generibus, quibus afflicti non modo non
mundantur ut resipiscant, sed magis exacerbantur, ut in ipsas poenas
contra Deum apertius furant, & blasphemias cumulent. Praecessit
τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας in caelestibus: sequuntur poenae externae
quas fortasse atrociores experientur qui superstites erunt, quam sensit
ullum ante nos saeculum aliud. Nec putemus Deum parciturum
nobis ramis alienis, qui arborem ipsam genuinam & primam tot mo-
dis, tot saeculis contudit. Tu vero praeclare facis, quod & veritatem
professam tueris, & in ea principes confirmare non desinis. Utinam
nostra gens quae prona est natura ad δεισιδαιμονίας haberet alte-
doctores doctiores: certe facilius reliqui ad veritatis agnitionem ex an-
dici adducentur. De me sparsa esse & spargi falsa video. Immani-
talem eorum quam spargunt deliberant non adversus me qui nomina
Regis loqui, sed adversus filium Dei, vindicem omnium iniuriarum, & summam
potestatem: quod in me nullus vestri ostendit. Velim me tecum colloqui
posse

fatr. Recitarem tibi historiam rerum novarum & mirabilium conatuum plura non possum: quia nec bene valerem, & Cursor festinaret. Bene & f Vale. 5. Decemb. Sal: A° 92 Casp. Peucer D.

EIDEM

S. Accepi tuas, quibus statum Ecclesiae in patria deploras, & duos mihi commendas, unum ignotum antea bellum Thalwendelium, nostri Bergentis alumnum: alterum probe cognitum, sed nescio quo fato suo infelicem M. Casparum Saxitinum. Oratiola de perturbata Eccta ac lacera mihi tecum communis est, cuius causam tribuo ingratitudini summa erga Deum pro reddita luce veritatis Evangelicae, quam furenter repellimus. hanc quae lege & ordine iustitiae Dei consisteri solent paenae ante oculos sunt: Domi, Caecitas quae est Paulo ἐνέργεια πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι τῷ ψεύδει, efficax deceptio ut credant mendacio, & induratio in multo maxima parte eorum qui Ecclesiae titulum jactitant, perturbatio gubernationis politicae cum eversione ordinis politici & iudiciorum, & Utilitium confusio, licentia atque impunitas. Foris autem bella, hic a Turcis, illic a pontificijs. Utinam non accedant intestina & civilia. Remedia autem tantis malis nulla reperio, nisi in piorum hominum studijs & ardentibus precibus. Thalwendelio meis ad amicis in Academia Heidelbergensi literis non deero, ubi ad me redierit. Nam Witebergae commorari decrevit usque ad tempus mercatus ferme futurum. Eis

sis. At seruitio optarim fortunam meliorem & stabiliorem. Si in Boë
mia aut Silesia locum non reperit, profecto non uideo ubi consuli illi
possit. Palatinatus solus restat ac patet, in quo non dubitarem optime
ei prospici, sed habet ille mortuum oculisque, ut existimo. Ex Spa.
his dyscrasia calidiori, & capitis imbecillitate, quod sibi indulgens ni-
mium, hanc dum relinquit, inebriatur. Talibus autem obnoxias Cancellaria
Ecclesiastica, quae seuerior istic est, nec admittere facile, nec receptos
mihi post commonefactionem unam aut alteram sese emendet, non tolleret.
Condoleo uehementer viro alioquin optimo & doctissimo, ac iuuentuti
erudiendae ualde idoneo. Hanc fortunam tamen quaerere & obseruare oc
casiones, quibus omnino ab aliis deserantur consuli ei possit. Bene &
feliciter vale, meque quod facis ama. Coloniae. 23 Ianuar. Iul. 94

Caspar Peuc. D.

EIDEM

S. Expectas a me forte aliquid de publicis. Ego vero quocunque
me verto, illa talia esse conspicor, ut in alterutram utram partem
euentus res se inclinarint, non possim non ea metuere. Deus misereatur
huius pusilli gregis sui, hunccque ut pupillam oculi sui custoditum, umbra
alarum suarum protegat. Ad priuata itaque venio. Cum has tibi
reddet Ioannes Paludius Bregantus, commendatus aliquando a me

Illmo

Ill.mo principi D.no Ioachimo Friderico, reperti & ad principem & ad te
mentionem sui petiverit, cum visendorum suorum causa in patriam nuper
constituisset. Plerisque vestrum notus satis est antea, fortasse & tibi. Scholae
educatus a teneris, verisque ac sanis imbutus sententiis institutione &
opera Cirklerii nostri, cum patriam reliquisset, id dedit operam ut con
suetudine ac conversatione cum viris doctis in Academiis & politiis au-
geret doctrinam, confirmaret iudicium, & vitam moresque humanitate
excultos moribus illorum conformaret, qui eruditae doctrinae & virtu
tum omnium, sapientiaeque vera laude excellunt. Cracoviae Cancella
riae Regni Polonici, ac studiis Regiis frequens adfuit. Magdeburgi
apud Rolbagium Mathematica didicit. In Academia Iulia, ac demum
in Witebergensi egregia cum laude scholam habuit privatam. Demum
cum viri nobilis Ioannis Winkelii filio Lipsiae aliquandiu commoratus
est, a quo honorifice habitus, & commendatus noster in aula innotuit.
A quibus & promisso spem sui promovendi accepit: sed occasio
hactenus defuit. Cum autem confidam, quod coram etiam se tibi sit
in congressibus ac colloquiis publicis aut privatis probaturus, rogo illum
ut complectaris patrocinio tuo, authoritateque & suffragio Ill.mo principi
ut commendes. Si quid in eum iuvandum ornandumque contuleris
id

id optime collocatum fore non dubito. Magno enim usui & ornamento vobis erit. Nos adhuc in luctu sumus, quem tristi Domini Conjugis dilectissimae Illmus princeps nondum mitigare ac deponere potest penitus. Speramus tamen diem, secundum proverbium paulatim mitigaturum illiq. tandem adempturum esse aegritudinem. Concursus militu. virum Germanorum per Silesiam, Moraviam & Bohemiam magnos factos in Pannoniam ad bellum contra Turcas fama cognoscimus, quibus prospera omnia & salutaria optamus ac precamur. Utinam & nos de vera seriaq. emendatione vitae nostrae in melius, cum sincera & anxia conversione ad Deum in agnitione, detestatione ac deprecatione peccatorum nostrorum, & misericordiae divinae imploratione cogitaremus, & haec omnia facto acceleraremus atq. impleremus, sicut quibus vereor ne μεταμέλεια ἐπιμελῶς sint parum felices. Bene & feliciter vale. 17 April Iul. 94. Casp. Peuc. D.

EIDEM

S. D. Ut sunt plena omnia consiliorum, sensuumq. praesentium, indiciorumq. ingravescentium: metu vero impendentium & propinquo, imo urgentium jam cervices nostras malorum: sic aliud nihil possumus quos illa afficiunt, quam gemere & quiritari. Effudit suas apud me querelas

M

M. Caspar lenitius. Narrauit & tua παθήματα. Audiuit mea quae finem nondum habent. Cum autem nulla nobis ab ullis rebus humanis affulgeat spes ullius consilij uel auxilij, si etiam volumus συγκληρονόμοι τοῦ ἀρχηγοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος Jesu christo in gloria aeterna, maneamus etiam in hac vita ὑποδείγματα τῆς κακοπαθείας καὶ μακροθυμίας αὐτοῦ. Nec propter odia pericula, contumelias, iniurias, persecutiones declinemus ad hostes crucis Christi; quorum finis est exitium; quorum Deus est venter, & gloria cum confusione ipsorum: qui terrestria curant. Regnent illi sane donec regnum hoc eis permittet filius Dei, Rex Regum & Dominus dominantium, qui est ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς τῆς ἐκκλησίας. Nos feramus quod emendare non possumus, freti fiducia patrocinij coelestis & spe gloriosae liberationis. Tibi assuefacto πρὸς τὴν εὐλάβειαν nec consolatione opus est, nec corroboratione, etsi quam sit difficile calumnias & contumelias devorare ac concoquere, meo ipsius exemplo edoctus non ignoro. Estque imprimis graue audire tales ex eo ore, buccinatore Satanae, ex quo praecentore Spiritu Sancto viuifica & salutifera vox filij Dei personare debebat. Sed venient, imo iam instant αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως, quam ut proroget Deus propter electos, propter imbecilles errantes, seductos & sanabiles toto pectore precor. De multis rebus docebit te lenitius prolixe, qui pleraque coram explorauit: cui de mutatione &

migratione quid contulam in tanta & tam immani rabie maxima mul-
titudinis ad motus orthodoxos non reperio. Si posset tamen haberi per hyemem
hanc reditum apud vos tranquillum & tutum, malim ibi eum expectare
anni sequentis exordia & progressus, de quibus tamen nequeo quid boni omi-
nari. Tu quaeso & consilio & auctoritate & opera tua eum adiuves: Meque
ut facis ama. Bene & feliciter vale. die 16 Octob. Jul. Anno 1594.
M. Casparum Leonhartum tibi commendo. Casp. Peuc. D.

EIDEM.

S. Tuae 12 Sept. (ut coniicio) Gregoriani, Anni proximi 94 scriptae
pervenerunt in manus meas mense Aprili currentis anni 95, postquam
rediissem domum, duorum mensium peregrinatione, altera & mea senectu-
ti incommodissimo tempore, feliciter tamen confecta, cum quantum ad ipsa
negotia, quorum causa ad Electorem & ad liberum fui evocatus, tum
quantum ad me, qui non senecta tantum, sed viribus simul defectio n,
tristisq. ingenii & corporis. De tuis quid respondeam non habeo, nisi quod &
Deo gratias ago & tibi gratulor de liberatione ab aliqua parte difficultatum & mo-
lestiarum omnium quas sustinuisti. Monstrabit viam Deus ad ea quae restant: ὅσ-
περ μόνος εὑρίσκει καὶ δύναται πόρον ἐν τοῖς ἀμηχάνοις. Ego cum
remedia nulla fatali caecitati, dementiae & obstinatiae furiali seculi nostri
reperiam

reperiam, nihil aliud possum quam haec deplorare, & Deum precari ut quas non mini
tatur, sed vibrati manifesto intentat cervicibus nostris calamitates & clades, aut
avertat aut mitiget propter gloriam Sanctissimi nominis sui, in testimonium veritatis
suae, & suos electos dispersos hinc inde, sed oppressos ubique. Tribuni vestri fune
bria vidi, sed nondum perlegi. hanc a te [illegible] invicta multitudo avelli ego
patienter. ἀλλὰ τὰ πάντα θεοῦ μὲ ταῦτ' ἐν χέρεσι κεῖται. Paludium
hic non reperi. Iam abierat enim, nec in itinere obviam habui. Iter hoc in
Italiam interrogatus distulit illum. Adventum [illegible], si permisisset qui urgebat
Cursor. Bene & f. vale, & quae de Pannoniis habes ἀξιόλογα mecum
communica. Videmini mihi paulo securiores esse quam pro magnitudine periculorum.
Profecto ego non tam testes quam vicinos Sorios metuo. Bene & feliciter
vale iterum. Datae. 4 Maij Iul: Anno 95

Caspar Peucerus D

EIDEM

S. D. Compellavit me hic Cursor vester, nullis allatis literis a vobis; quae
rens ad quid vellemus ad vos? Respondi Illustrissimus princeps se
scripturum. Interea cum advenisset e Palatinatu Illustriss. p. Christianus
simul abierunt ad Electorem Brandenburgicum fratres quatuor seniores qui
simul erant. Et [illegible] consilium erat quod ex itinere literas quasquam missuri
essent; tamen factum id non est. Nec mirum: Aliud enim agunt
principes ubi conveniunt, & aliis occupantur. Ἀλεξικακον principum

Ca

causa significari tibi volui: plura adiecturus fuissem, si permisissent negocia,
& mihi a rebus quae periculo propiora alias, certiora expectavimus. Sed ve-
reor vestra vos fatali securitate aut curare aut intelligere minus mag-
nitudinem periculi communis, quam debebat. Et securitatem apud nos simi-
lem crescere indies experimur, inter furores dissidentium inter se, privato-
rum etiam exemplo ac ductu Theologastrorum, qui cum Ecclesia ipsa
regna etiam & imperia everterunt. Deus servet sibi reliquias & inter
has nos quoque ac nostram posteritatem, quae redacta ad paucos sub in-
genti triste ponte post gravius quod subibit. Bene & feliciter vale. Salu-
ta amicos omnes, quibus proxima occasione scribam. 24 Maij Col. 95

Cass. Comer. D

Eidem

S. D. E vestigio cum agnovissem manum tuam in epigraphe Epistolae, effun-
debar in singulare gaudium. Maximi facio enim sinceritatem, pietatem,
& sapientiam iudicij tui de ijs quae ab omni parte geri ac fieri hoc seculo
nostro experimur, in quod insperatam mihi: inexpectatam autem multo
magis, amicis & inimicis meis pariter omnibus senectam meam incidisse
dolerem, nisi certo scirem voluisse me Deum proponere Ecclesiae singulare &
illustre exemplum misericordiae ac veritatis suae. Sollicitudinem, quam
ex aspectu publicorum dudum conceptam, cumque ingenti dolore maiorum malorum

praesage

presagos coniunctam circumfero, inter ea quae oculis obversantur, nulla leniunt; jam innumera contra augent atq. exacerbant indesinenter, occursantia assiduè sine omni spe omnis consilij & auxilij, omnisq. liberationis periculis per media externa & humana. Sic vivo igitur, ut ab animis divinae misericordiae & opis spe, promissionum certissimarum filij Dei fiducia, robore spiris sancti & praesidio assiduorum atq. ardentium precum pendeam totus. His armis me filius Dei, Dominus & Redemptor meus Ihs Iesus instructum, sed omnibus alijs subsidijs quaecunq. cogitari possunt, exarmatum & spoliatum certo consilio extrusit è vocatione mea, & hostibus potentissimis non obijcit tantum, sed in manus tradidit ante annos iam completos viginti duos, ut palam ostenderet Ecclesiae, se mihi assistiturum: se vindicem veritatis & gloriae suae in defensione & liberatione mea futurum: quod & gloriose praestitit, me superstare voluit, furore hostili nondum cessante. Misit de caelo, ut cum psalti canam, & sublevit me. Assumpsit me ab aquis multis: Misit Dominus misericordiam suam & veritatem suam. Eduxit me de puteo profundissimo: è luto caenoso extraxit me, statuit super ripam pedes meos, & firmavit gressus meos. Eripuit me ab inimicis meis potentissimis, & ab omnibus qui oppugnaverunt me. Emisit sagittas suas, & dissipavit illos: fulgura multiplicavit & disjecit eos.

eos. Viderunt oēs hoīes, & narrabunt opus Dej, & factum eius intelligent,
idq. admirabuntur & commendabunt. Nisi adesset mihi Dñs nunc etiam
cum insurgerunt adversum me: quod in me accenditur furor ipsorum: nisi
assisteret dextera mea, & ageret ac iudicaret ipse causam meam, & salvam
faceret animam meam a iudicantibus: dudum me vivum deglutivissent,
aquae me absorbuissent, torrens transivisset super animam meam. Be-
nedictus Dominus qui non dat me praedam & escam dentibus ipsorum: sed
circumdat me scuto salutis suae, sub umbraculo alarum suarum protegit me:
sustentat me dextera sua, consilio suo dirigit me, & liberatum susci-
piet me. — Has preces meas tibi refero ut domini vere & sincere
pio, & roga me optime affecto. His claudo annum aetatis primum ac
septuagesimum, alterum ab hoc die 5 Januar. Iulianj anno sequenti
nonagesimo sexto inchoaturus, meq. tuis precibus commendo, vota factu-
rus pro te etiam et vobis omnibus, donec in vivis ero.

De ostento Aquilae quod historiam ab hoc Sede dignissi. perscriptam ad
Serenissimum Poloniae Regem Electum Maximilianum Archiducem, misisti
gratiam tibi maximam habeo. Augur non sum: nec augurari debeo
quod Christianis interdictum augurari a Deo prohibitum esse scio. Quid
de illa tamen sentiam, quantum permittit Christiana pietas, significarem

Illmo

Illmo principe Augusto Anhaltino, Domino meo clementissimo. Vobis, imo omnibus pariter anxie & sollicite, ut annum ingredientem Deus benedictio nibus suis paternis in reb. omnibus necessarijs ac salutaribus cumulet, pericula quae imminent avertat aut mitiget. Bene & feliciter vale, atq. Illustrissimis principibus me quam decet atq. par est cum subiectione commenda. Amicos omnes reverenter saluta, meq. quod facis ama. Ab Hypocritis vestris si quid boni speratis, multum fallimini. Datae Cal. Januar. Sal. Ao 95. Casper Peucerus D.

Nobilitate generis, doctrina, sapientia, Virtute & dignitate spectatissimo D Ioachimo a Berga Consiliario Sacrae Caesareae Maiestatis, amico anti quissimo, candidissimo, & in aeternum colendo.

S D Exosculatus sum literis proximis tuis expressam vivam effigiem tuam, non externam faciei aut corporis, opus aemulae manus pictorum, sed internam & nunquam interituram animi, quae non colorum fuco efficta, sed inde usq. ab annis pubertatis, studio pietatis, sapientiae, sinceritatis, integritatis, omniumq. virtutum sanctarum exculta, ac secundum normam regulae divinae, ad imaginem archetypi filij Dei, spiritus sancti virtute & donis restituta ac perpolita fit in te nitidior indies ac perfectior, interiore homine in

in spiritualibus & externis proficiente, dum exterior corrumpitur ac defor-
matur. Hanc ergo tuam effigiem exosculatus sum, cum utroque
gaudio, & seria gratiarum actione pro te ad Deum, qui fecit te vas electum
misericordiæ suæ, & organon salutiare animæ tuæ & alijs. Manebit illa
infixa animo meo, etiamsi nullum intuitij ante migrationem alterutrius
nostrum ex hac vita concessum non fuerit: de quo tamen, dum spero,
desperare non debeo. Nec occasionem ullam quæ se obtulerit ad iter, donec
vires suffecerint pertermittam. De me, cuius candidum pectus tibi non
minus perspectum est, quam fuit tuum mihi, nihil addo, quam diuini
præsidioq. Spiritus sancti me mansurum mei similem, secundum imagi
nem conditoris & redemptoris mei, ad quam à typo corrupto, quo cum natus
sum, renouor assidue donec conformitatem integram consequar in vita æ-
terna, ad quam etiam me assidua meditatione & inuocatione præparo, atque
instruo. Menamius noster spem fecit mihi de suo ad me aduen
tu. Illud iter utinam procedat. Dabit enim congressus tuus noster oppor
tunitatem colloquijs inter nos de multis bonis rebus. Per hunc etiam
commodissime mittes quæ apud Illustrissimum principem nostrum deponi
vis & asseruarj. Sed omnino suadeo ut cum epistola ad ipsum principem
mittas, cuius de te est opinio praeclarissima, non ex meo tantum, sed

multorum

multorum etiam ἀπαλλοτριοῦνται praesentia. Si iter quod in Silesiam insti-
tutum ante biennium inchoaveramus, continuare ac perficere licuisset, non
fuissemus te insalutato domum tuam praeterituri. Adiungas ergo epistolam
quae erit & tui ipsius & depositi μνημόσυνον perpetuum. De
Exceptis ex ore D Philippi praelectionibus Chronicis non modo laudo con-
silium & studium tuum, sed ad ipsum etiam D Peucerum jam senten-
tiam meam perscripsi. In praelectionibus Dominicalibus hoc desidero,
quod Germanica intexuerunt, sine interpretatione latina, quae exteros, quibus
aut non proderant, aut contemtui erant. Id multo magis fiet in Chro-
nicis, cum avidius expectantur, & minore cum periculo legantur iis in
locis in quibus pontificia tyrannis regnat. Monui itaque ut vel ad
marginem adjiciantur, vel in contextu ipso vernaculis mox latina subji-
ciantur. Deinde velim etiam iudicium adhiberi & delectum in rebus.
Multa enim scholasticis dixit ut rudibus & rerum mundi imperi-
tis quae viri sapientes & graves ut puerilia fastidient. Multa
etiam Sycophantiarum hoc seculum arrodet & calumniabitur. Itaque
calumnijs attentius his ferendis nec ipse Autor curavit admodum
nec ego reformido, memor adagij germanici: Fac quod rectum est,
nec formides quemquam. Sine vi & tyrannide, sed fraude & calumnijs
adver-

aduersantem. Hanc epistolam dedi Gregorio Waltero, homini probo, recte beneq. erudito & orthodoxo, ac bono patre nato, Consuli Camitij ... apo litani, qui quaerit locum siue erudiendis atq. instituendis pueris illustri bus, generosis, nobilibus, aut alioquin honesto loco natis, siue in Cancel. laria aliqua, vt scripsi copiosius ad D. Monauium. Ad talem Conse quendum si quid conferre Consilij & operae potes, ut mea causa eum adiuues, te amanter & officiose rogo. Quod obligationis formulam mitigasti, fecisti praeclare. Non enim erit id nominis tantum tuo gloriosum ad posteritatem: sed multa praestantia ingenia excitabit aut inuitabit ad beneficium tuum petendum, quod alioqui aliis tantum & seruilibus Conditionibus obnoxium esset, minore multo cum fructu publico. Bene & feliciter vale. 13 Ian. Iul. Ao 1596

Casparus Peucerus D.

Clarissimo, doctrina & virtute Viro D. Johanni Hermanno, philosophiae & Medicinae Doctori &c amico, affini & Compatri carissimo

S. Literas tuas, quibus de paene desperata valetudine Ducis Friderici Lig nicensis ad me scripseras, eodem die exaratas signatas & obsignatas, quo ex tinctus est, rogauit ex aliis quae Illustrissimo principi meo obitum eius significabant

significabant. Utraq. autem uno die huc afferebantur. Auctum itaq. ac cessione hac imperium Dnis Joachimi friderici, ut lator, sic opto precorq. ut Ecclesia etiam filij Dej accessione plurimorum in eo Ducatu ac conversione ad Deum sincera, in Veritatis agnitione & confessione dilatetur & amplificetur, idq. ut fiat studio, opera, & providа cura Dnis Joachimj & coniugis eius orthodoxa &c. De tabella innominati cuiusdam Autoris sententiam de Cœna sacra exponente judicium requiris meum. Paucis significo, quod virum bonum esse autorem iudico, sed dum cavet & fugit scopulos Ubiquitarios, impingit sive voculis solis & incommodiore locutione, sive etiam errore opinionis in alios, Nestorianos vicinos, & ad Pontificia simul nimium inclinat: e quibus sese explicaret facile si a fontibus & fundamentis exorderetur, quibus discrimina graduum praesentiæ Dei explicantur. atq. inprimis, quantum intersit inter primum, tertium & quartum, quorum primus ad ordinem naturæ, & ad hanc vitam: tertius ad ordinem ministerij in Ecclesia, & ad vitam æternam, ultimus ad solam personam filij Dei pertinet. His gradibus recte intellectis ac distinctis disputatio de præsentia in Cœna, quæ una eademq. est cum præsentia in toto ministerio, & ordinata est, nihil portenti dubij, nihil obscuritatis habet: expeditum est ac facile iudicium de ijs quæ ΔΕι

κοινωνίας

zoirwicco, ac de reatu, Paulus ut interpres Christi perpetuus, consona eius-
dem doctrinae apud Joannem tradit: Neque esset duobus corporibus opus, uno
fragili & aerumnoso, cui conformamur in hac vita: Altero glorificato, utroque vero
cui in aeterna vita conformabimur, cum unum tantum habeat & habuerit
corpus Christus: unum, inquam, numero, sed statu differens humiliato & exal-
tato. Humiliatus autem post ascensionem & exaltationem esse desiit, in
quo ut absque peccato nobis fuit similis, sic conformari nos ei oportet. Si
enim compatimur, & conregnabimus: Si commorimur, simul & vivemus.
Nec opus est ad hanc conformitatem efficiendam actu existente corpore
Christi. Sed de his plura, ubi potero per effectas vires & occupationes.
Bene & feliciter vale: Amicos omnes reverenter saluta. 18 April. Jul.
Ao 96 — T. Caspar Peucerus.

Illustrissimo principi ac Domino, Domino Augusto
principi Anhaltino, Comiti Ascaniae, Domino Servestj
& Bernburgi, domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime princeps, Domine clementissime. Singulari cum vo-
luptate legi Cels. T. responsionem ad meas literas, cum propter alias causas, tum
propter testificationem egregiam affectionis erga me Cels. T. clementissimae,
tum

tum quia pie, prudenter & grauiter de bellis & motibus disserit, quibus or-
bis Christianus hoc seculo percellitur ac concutitur, parte ab omni, periculosis
sime. De sollicitudine pro me, quem non tantum morbo prostratum, sed
extinctum etiam vulgi fama jactarit, nuper iterum, falso, elata inimicorum
meorum spe, Cels. T. quas debeo gratias ago subiectissime, meq. precibus
ad Deum serijs pro Cels. T. votum pro me conceptum repensurum promitto.
Res ipsae tales sunt passim in orbe Christiano, vt hominem non caecum prorsus
ac stolidum, aut vecordem, ignauum & securum non possint non in cogita
tiones curasq. anxias conijcere & ancipites. Turcicum robur ad Solis
ortum & Austrum inter omnia regna totius orbis cogniti summum, citra
controuersiam, quia & spacio amplissimum est, & situ viribusq. coniunctum,
& praesidio militari perpetuo munitum: hoc ergo si quis contemnat
aut extenuat, multum errat. Boream ego tamen magis ex boreo,
& magis semper formidaui, quod inde augurer nobis, qui citeriorem Ger
maniam incolimus, positam citra saltum Thuringicum & montes Abnobios, plus
imminere periculi & detrimenti. Numerosissimae enim & prorsus in-
domitae gentes vastissimos illos ad Septentrionem & ortum expansos tractus
tenent, quas non irrito aut inani metu timuisse olim Israelitas, &

multum

malum omne oriturum esse à Septentrione vox divina testatur. Cometas
autem ex tigurijs suis effusas, sicut locustarum agmina, numero sicut
tempestatis impetu, terras gentesq. quas invaserunt obruisse historiae docent.
Neq. ignorat Silesia clades, quas à Tartaris olim perpessa est, ut taceam
Germaniam reliquam ad Rhenum usq. & Italiam. Hesperae quid porten-
tent, ac minitentur Germaniae ulteriori, quae ad Alpes vergit & limites
Galliae, atq. Oceanum Borealem, sive quod iis manifesta tentarint hactenus:
sive occultis artibus adhuc struant, ne ignoremus, Deus ipse nobis patefacta
ac prolata ostendit: Idcirco coniecturis non opus est. Aquilam, quae
supra papilionem Transsylvani consedit οὐρανίαν quid habuisse non
dubito: sive praelio felici completum id iam est, sive adhuc futurum quid
praesagiat. Alexandro Magno ad Xtremum cum Dario Persa con-
grediente Aquila ex alto supra verticem eius sese librare & in adversos
hostes traiicere tanquam praevius ductor visa est. Plura similia leguntur
in diversis historijs. Ethnicis auguria fuerunt vitalissima: Nobis
Christianis, ut voce divina damnata, iure sunt abominabilia. Quan-
tum enim fuerit superstitionum Diabolicarum: quantumque vanitatis ac men-
dacij in illis, ignotum non est. Ideo etsi non contemno ea quae insti-
tutae

tata alicuius novitatis speciem prae se ferunt, quod certus sum casu nihil
& fortuito, sineq. Dei consilio fieri aut evenire, sine efficax causa sit a Deo,
sine permissu divino obijciatur re ipsa, aut specie & simulachro: tamen
non libenter illa in omina & praesagia verto, cum de authore non constet.
Diaboli enim magnam etiam esse potentiam & efficaciam in signis ac prodi
gijs mendacibus, & quidem coniunctam cum fraude iniustitiae in ijs qui
pereunt, diserte testatur lex divina, quae a ludibrijs talibus aversos nos
ad verbo patefactas comminationes ac promissiones deducit atq. alligat.
Sparsus apud nos fuit rumor de Friderico Comite in Hohenlo ductore
equitum Francicorum: quod ante commissum cum Turcis conflictum,
equo inter ascendendum capistrum freni fractum ex ore deciderit, & prius
quam id repararetur, equum profugum irruisse in Turcicum agmen, hocq. su
perato ac repulso revertisse ad Dominum, quodq. tandem eo vectus sit in
hostem, ac tironibus pluribus (ut trecentis, cum praemijs seu comitibus (non
memini enim exacte circumstantias) atq. subitum mirabile alis applauden
tibus, hostem integra strage profligarit. Si tanta cum formidine vin
dictae divinae, tantaq. cum detestatione ac deprecatione peccatorum nostrorum,
& misericordiae divinae imploratione ac fiducia adoriremur hostem, quanto
cum

cum pavore vel applausu ludibriorum talium eundem aggredimur, minus
de victoria periclitaremur. Sed de auspicijs satis. Anus per regnum
et hoc ostento Transylvanus praemitteret, observatione Etheriae, et fortuitis
et coloribus capitis et corporis distinctis eliceret speculationibus aut
somnijs suis plura: Mihi satis est quod prospicio et certioribus indicijs
video Germaniae et Italiae a Septentrione magnum impendere malum, quod
ut Deus amoliatur et avertat ab Ecclesia sua [illegible], vero, serioque et
ardenti gemitu precor. Bene et feliciter valeat Cels. T. ac domi
conservet commonefactiones has meas, sibique retineat: Me etiam ut Cels.
T. sicut fecit semper, ut clementer pergat complecti, cum subiectione oro.
Ad eum autem, quem Cels. T. instituerit et susceperit cursum, prospe-
re ac gloriose perficiendum, ut Deus consilio, sapientia, robore, viribus ac
successibus illam instruat opto precorque et animo. Datae Dessae
Cal. Jan. sub. ubi divina benedictione ac protectione alteri esse valemus
omnes. Ao 1596

Celsitudinem Tuam

reverenter et cum subiectione
colens

Caspar Peucerus.

Ad Doctorem Christophorum Pezelium.

Literas satis prolixas 27 Januar. scriptas accepi die 15 Febr. Habeo autem tibi gratiam maximam pro hoc officio & beneficio. Praestarem mutuum si & vires quae indies magis magisq. decidunt, & occasiones sinerent, quae raro mihi offeruntur. Anni prioris partem dimidiam consumpsi itineribus, non otiosis quidem: satis enim laborum & negociorum sustinui & expedivi: sed alienis tamen. Interea iacent illa opera quae relinquere cogitabam posteritati & quae sane prodesset nosse. Sed non dignum forte Deus censet seculum aut praesens aut futurum veritatis testimonio, quod nihil huic gratum est, nisi quod falsum, inque Deum & bonos viros atque innocentes contumeliosum est. Ad literas paucis respondeo: Chronicas editiones etsi optarim me ante publicationem vidisse: tamen nullo modo remorari illas volo. Pergas igitur instare ut maturentur. Dominicales magno cum fructu & delectatione lego, repetens memoria multa alia quae ex ore Autoris olim audivi & didici. Vereor autem quod accelerationem impeditura sit absentia Grunradij, qui cum Illustrissimo Electore Palatino nunc Ambergae haeret, forte ante Pentecosten vix Heidelbergam rediturus. Scio editionem operum prohibitam esse, decreto

Senatus

Senatus Ecclesiastici: sed quis sit suffecturus lectioni & censurae omnium antequam praelo subijciantur? & utrum subire censuram talem quisque scriptor uelit, dubito. Ethicas meas commentationes uidi quidem apud Typographum Hanouiensem, sed ad me non recepi: neque curaui, quod etiam non suppeteret. Respondi Typographo, me tibi permissurum, quod de ijs statueris. Nec & illa inspexi, quae ex Ethicis Melanthonij adiecisse te scribis. Facies itaque quod tibi uidebitur, & ex usu publico quod fore censueris. Judicium astrologicum de themate tuo genethliaco non possum recordari ad me quod miseris. Nec reperio illud in fasciculo, in quo congesseram omnia ad me scripta dum Heidelbergae haesi. Sed qualiacunque sint, quae astra promittunt aut minitantur, scis Deum esse liberrimum, & totius naturae & piorum omnium gubernatorem ac protectorem. Ab hoc solo Ego, qui physica etiam non modo non contemno, sed ut opera a Deo ordinata magnifacio, totus pendeo, innumeris meis & aliorum exemplis edoctus, quod non plus fata pijs contra pia uota ualent. Idem te facere iubeo, etsi non dubito quin facias sponte. Multa mihi acciderunt laetiora, florente meo statu quam pollicentur & spondent astra. Sed deteriora rursus etiam & atrociora multo

acciderunt

acciderant afflicto ac desperato penitus in omnium oculis & animis, quam eadem denunciant & intentant. Benedictus Dominus Deus noster in secula, qui onus nobis imponit quotidie, & est ipse tamen salus nostra: deducit ad inferos & reducit: mortificat & vivificat: humiliat & exaltat: magnificat afflictione sua, & ostendit palam verum esse illud psalmi: Dicet omnis homo, Utique est fructus justo, Utique est Deus iudicans in terra. Scriberem plura, sed festinatio tabellarij non permittebat. Ego adhuc prae manibus habeo tabellam, in quam redegi sententiam meam de praedestinatione. quaero eam cum studio elaborare, flagitantibus amicis, quantum fieri potest: & sector scripturam perspicuam, & argutias & sophisticam scholasticorum vito quam scio non esse opus Spiritus Sancti, qui verax, perspicuus, & brevis est. Sophistica diaboli est πανοῦργια. Post illam absolutam, totum me dedam chronicis lucubrationibus, si Deo visum fuerit. D. Theodorum a Kyenburg Egmondanum nobis ereptum esse doleo. Bene & feliciter vale. 14 Marty A° 1596.

Caspar Peucerus.

Ad Joannem Ca-selium

S. Cum ad me misisti fasciculum cum literis per Transylvanos duos

Ber-

Bersmannus noster curauit ut haberem. Ipsos vero, quorum literae meminerunt non vidi: Idcirco officij nihil a me praestari eis potuit. Tuas vero ad deformitatem, virulentiam & violentiam calumniae depingendam editiones opto id hoc saeculo efficere quod necessitas & autoris diaboli tam potenter regnantis maiestas flagitat. Sed secundum Pindarum ἄμαχον κακὸν διαβολιᾶν ὑποφάτιες. ἀδύνατον δ' ἔπος ἐκβαλεῖν κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν σαίνων ποτὶ πάντας ἄταν πάγχυ διαπλέκει. οὔ οἱ μετέχω θράσεος. Pindarus praedicat beatum Rhadamanthum, quod fuerit ei mens inculpata, quae non sit delectata deceptionibus, quales fiunt dolis calumniatorum. Sed Rhadamanti similes paucos parit aut alit aetas nostra. Sequamur ergo regulam quam Ethnicus idem Lyricus tradit, cum sacra Scriptura communem. χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν: φέρειν δ' ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει. ποτὶ δὲ κέντρον λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. Faciamus quisque suo loco, quod scimus esse verum: Caetera commendemus Deo, etiamsi oppugnati iniuste destituimur praesidio illorum & patrocinio, a quibus iuuari aut defendi debebamus. σὺ γένοιο, οἷος ἔσσι μαθών. Vincit tandem veritas cui assentiunt omnes recto corde, canentes ἐπινίκιον illud psalmi: Usq.

et fructus

et fructus iusto: utique est Deus judicans in terra. Bene & feliciter Vale. Salutem opto amicis, D Rojecceio, D Frenzelio & D Mathematico Scoto. 21 Septemb. Jul. Anno 94. Ad Nathanem nostrum scripsi ἀκεφαλον epistolium. Caspar Peucerus

Reverendo et doctissimo Viro D Constantino Fabricio, Ministro verbi Dei in Ecclesia Filij Dei quae est in urbe Norica: amico suo colendo.

S. Reverende Vir, amice observande: nomen mihi tuum innotuit dudum ex epistolis D Bezae, & D Monavij, sed occasio contrahendae tecum amicitiae nulla contigit: quam quod proxima tua ad me epistola ipse mihi sponte offers, gratiam tibi & debeo & habeo maximam. Ne illam negligam, quantum omnino in hac mea senecta, inter tumultus & concursus perpetuos occupationum fieri poterit, enixe dabo operam. Ad Reverendum D Bezam scribam brevi cum de alijs tum de ijs quorum meminit in proximis suis ad Monavium & me. Te rogo ut in officio mecum communicandi per literas quae puta iamque ἀξιομνημόνευτα ἢ ἀξιόλογα esse, perges tuam mihi probare & confirmare benevolentiam. Qui has tibi reddet Jonas Litiagus Silesius patre annos octoginta annorum sene utroque orthodoxo, utroque exule, eoque ut similiter matre, propter attentionem veritatis, natus, ingenioque praestans &

& optime a pueris institutus, quaerit ut Christus & orphanus locum ho-
nestum, in quo & aliis serviat, & sibi etiam consulat. Potest plurimum
prodesse nobilibus aut ingenuis adolescentibus erudiendis, formandis, ac
regendis sive domi, sive in Academiis Germanicis aut exteris. Ad
talem locum si potes eum promovere, profecto praeclare mereberis de
parentibus, de adolescentibus ipsis, de Ecclesia & Republica. Inter opti-
mates in urbe vestra, praecipuos non dubito tibi bene notos esse. Occa-
siones etiam adventitias aliunde non deesse urbi celeberrimae & frequen-
tissimae plane mihi persuadeo, etsi in hac conflictuum inter doctos &
odiorum publicorum adversus orthodoxos acerbitate minui illas consen-
taneum est. Facies tamen gratum [illegible]. Divinae benedictionis prae-
sidium non defuturum ipsi propter parentes non est quod ambigam. Bene
& feliciter vale. 4 Octob. Iul. A° 96. Quod petiisti agi
apud Typographum, istorum memor ero.

Casper Peucerus D.

Reverendo Viro, doctrina & pietate praestanti
D. Francisco Virlingo, Ministro Evangelii in
Ecclesia Vratislaviensi, amico suo colendo.

S. D. Reverende Domine Virlinge, amice colende, Exhibuit mihi munus
tuum, Ecclesiae Dei & gloriae ac veritati Filii Dei, quod tu comparasti ac dedicasti,

Ve

dn. Cancellarius Brigensis. pro eo gratias quam possum ago maximas, rela turus etiam vbi et quacunq. occasione potero. Inscriptione mihi ac posteritati dandum fuit hactenus: perlegere vero ac considerare concilium per occupatio nes et interpellationes nondum fuit. Ego bona haec tibi a Deo concessa ex animo gratulor, vtq. cum diuina benedictione Ecclesiae ad omnem posterita tem prosint plurimum opto ac precor. Mirifice delector etiam exemplo Ec= clesiae vestrae, quod et praesenti hoc seculo et ad posteritatem magno vsui erit multis. Inuitabuntur enim ad imitationem, qui serio dei gloriam et animarum suarum salutem quaerunt. Deus seruet te ac vitam pro roget tibi in annos multos ad vsus necessarios, in hac rerum omnium perturbatione et dissidio hoc tanto, quod nisi Deus prohibuerit, πανωλεθρίαν Ecclesiae allaturum est. Bene et feliciter vale. 7 Aprilis. Anno 1597

Caspar Peucerus D.

Fragmentum literarum ad Doct
Christoph. Pecelium.

Furores veritati aduersantium crescunt in dies. Vidi his diebus blas= phemias editas in Trinitatem Caluinistarum nomine a quodam Phi lippo Nicolai in comitatu Waldeccensi. Non existimo atrocius et abomina bilius quicquam auditum esse, donec hic mundus stetit. Nisi vindicarint id orthodoxi principes iustissima seueritate; tunc vindice sua veritatis et

gloriæ Deo ipso ultrices pœnæ in ipsorum redundabunt capita. Audio prodire nunc et scriptum Hunnianum, editum adversus nostri Principis apologiam de idololatricis religionis extirpatis. Illum qualis sit in sum\[illegible\] nus. Quod velim posse nos aliquam occasionem colloqui. Nihil enim tam opto & expeto. Si id non contigerit nobis, literis donec vivimus mutuus consolabimur nos & animus precibusque uno spiritu coniunctis filio Dei commendabimus Ecclesiam suam, & nos in ea. Adversus autem sævitiam & furores hostium sæpe me consolor & præmunio exemplo Domini nostri Iesu, inquiens. Si tu potes tolerare, fili Dei, qui pateris, feram & Ego, qui me præsidio & robore tui sancti spiritus non destitues.

Ad principem Anhaltinum, Augustum &c.

S D. Illustrissime princeps, Domine clementissime. Paucis statum vestri principatus Cels. T. indicabo: Cætera exponent Illustrissimi fratres. Fax præcipua quæ inflammat incitatque adversus vos principes, & quicquid adversatur vobis, ceterisque ministros utrosque. Ecclesiasticos & politicos, Me vero inprimis, quem [illegible] & Ducem vocant: Fax ergo illa quis sit et est vestris Cels T. non ignorat. Tentantur & communentur nunc extrema, Ego vero psalmi 52 consolatione inter alia me

erigo

erigo, & adversus infesta omnia praemunio atque obfirmo. Quid gloriaris in malitia tua potens? cum misericordia Dei durat tota die. Noxas cogitat lingua tua, tanquam novacula acuta fabricans imposturas. Diligis malitiam prae bonitate; fallaciam loqui magis quam iustitiam. Diligis omnia verba perditionis, linguam fraudulentam, propterea Deus destruet te in aeternum: conteret te & evellet te de tabernaculo, & radicem tuam de terra viventium. Et videbunt iusti & timebunt, & te irridentes dicent: Ecce homo qui non statuit Deum fortitudinem suam, & confisus est in multitudine divitiarum suarum, & praevaluit in nocumento suo. Ego tamen ero sicut olea viridis in domo Dei, sperabo in bonitate Dei in seculum, & perpetuo. Celebrabo te in perpetuum, quia tu hoc fecisti. Expectabo nomen tuum, quoniam bonum est coram sanctis tuis. Consistit iam annus quadragesimus, ex quo immania odia ista & funesta adversus me molimina sustinui, & dextera dei protectio scutoque superavi, in fiducia certa perpetuae misericordiae Dei. Hoc quod me deserturum non sit, certo mihi persuadeo. Vae autoribus, architectis & ministris operum talium contra regnum, nomen, veritatem & gloriam Filii Dei. De eventu quae sint & fuerint obiectiva mea semper, C. T. meminit. Non commemorabo particularia quae ab omni parte Germaniae dilacerationem & interitum certum minitantur, cum videbar alios dextra oppressione

pone

Pene manifeste enim publicis scriptis & vocibus testes nostri Ubiquitarij
qui Lutheranos se nominant, consensum cum pontificijs profitentur. Illi
non grassari ubiq in adversantes sibi atrocius multo incipiunt quam fecerunt
hactenus. Ex Belgio & Gallia nuptialia afferuntur. Infans Hispa-
niae Philippi filia nubit Cardinali Austriaco Alberto cum dote (ut
fama fert) imperij Belgici & Regni Bohemici, quae certe non melius
nosse, utrum vera sint! Sed in chartis vitalis Austriacorum perscripta
legimus. Regi vero Hispaniarum Philippo III nubit tertia Caroli Ar-
chiducis Austriaci filia. Primogenito Lotharingici Ducis Marchioni de
Ponte nubit soror Henrici Regis Franciae & Navarrae, religione Hu-
genota, ut vocant, quae in festo Pentecostes Sermonibus cum duobus millibus
amplius synaxin sacram publice Parisijs [illegible]. De singulis iudi-
cium Cels. T. permitto. Bene & feliciter valeat C T, meque Illus-
trissimo Duci Ioachimo Friderico & Dominae Illustrissimae, [illegible] sedu-
lo commendet oro. Data 10 Kal. Iul. A 92

C T.

Verae amicitiae sinceritate & fide
[illegible] colens.

Casp. Peuc. D.

Dn. D Christophoro de Zeha.

S D. Quoties repeto mecum seriem totius tumultus commoti contra veri-
tatem

tatem & gloriam filij Dej ab Eclero Saxonico hucusq non potuj admirari

satis testimonia praesentiae apud me, praesidijq diuini in protectione, conseruatio-

ne & liberatione mea, & hostium ultione et poena. Eclerus veritatis exempla.

Cui cum per annos duodecim in me aduersa via & infesta tentasset frustra,

sola violentia territus exemplo, tandem ad lectionem mei postremi scripti,

autj gaudiente ante mentem, erupit cum gemitu illacrymante in has

voces: Facit iste ingemens: quod est viri boni & integri, perseuerat

in sua religione constanter. Ego deceptus a meis: Den meynen pfaffen

eo religor ut incertus ac dubius, nesciam quid credam: Et illi pene

in bello singulari nemo quod credat ac asserat. Haec nobis recitauit

mihi, praesentibus & audientibus viris multis fide dignissimis Secretarius

intimus ipsius ad finem vitae usq Joannes Thammerus, vir nobilissimus.

Cui & Eclero obijcienti ex quadam meo scripto, quid non potest cre-

dere Christum in coena & omnipotentem & ubiq praesentem esse, constanter

& grauiter respondit, Non potest hoc celare, cui perfugatum Scripturae

manifeste, sicut patres verbis in symbolo Athanasij indicatum, aequalis patri

secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Non sunt,

inquit Eclerus, haec verba in Athanasij symbolo: moxq. petito libro, cum

reperisset, expalluit & conticuit. Idem Eclerus Saxonicus Illustrissimo

principi

principi Wilhelmo Landgravio Hassiæ ostendenti ipsi [illegible] & errores
chimeras, quæ fabula est Calvinistica, in præcipuis fidei articulis convictis re-
spondit ei his verbis: Impendi in hoc opus sacrum centum vaciatorum millia:
Si possem, ducentis millibus non inchoatum vellem redimere. Hæc verba au-
diverunt ex ore Landgravij multi viri summi, qui adhuc sunt in vivis,
& repetita quidem aliquoties. Idem Elector Paulo Crellio Apostatæ
cum delatum sibi munus condendorum articulorum Torgensium, collega Eber-
hardo suscepisset, dimisit eos cum hac benedictione, signatos imagine crucis:
Ite ergo: sed si deceperitis & seduxeritis me, abripiat vos Satan. In utroque
divinas voti comprobavit iusto Dei iudicio Satan. In Eberhardo, continuum ca-
ninum & allatratum horrendo, nec unquam in templis & concionibus audito,
inque ipsum ex suggestu declamitantem ac detonantem contra veritatem
divinam, quem consecutus est miser vitæ interitus ex faucibus angina
strangulatus. In Crellium insultus canis rabidi, qui morsibus ipsum
arreptum ita afflixit ut paulo post toto tumefactus corpore expiravit, an-
te tamen munere & honore motus suo, & dignitate spoliatus aliq: ex Aca-
demia in urbem Misenam relegatus ab Electore ipso. Canes istos an putas
fuisse Angelos sanctos vel ab his impulsos? Crellij canem an non putas
fuisse

fuisse eundem cum prodromo illo & praesago spectro, quod aedes ipsius incolis
vicinis infestabat, eo ipso tempore, quo in aula destinatus fuit operis illis, qui-
bus reversus in domum suam, Academiam dissipavit. Idem denique Chimaerae
Architectum fabrum, praestigiis ipsius & aliis sycophantiis patefactis, quomodo
non dimiserit, sed summa cum infamia eduxerit per ministros, intra metas
certas, velut carceres tamen inclusum, ex sua ditione, quibus cum testi-
moniis, id publice notum est omnibus, & habet Academia suos qui proferant
in lucem statim ex autographis. Insanierunt enim si talibus artibus, sicut
nunc Christianorum prohibitione scriptorum orthodoxorum ne imprimantur, aut
vendantur sub poena corporis: si talibus ergo se veritatis progressum sistant
repressuros aut oppressuros etc. de quo non semel Electorem ipsum ex cor-
de monui literis. Praefectus ille cohortis praetoriae fuit meorum se-
mel in carcere, sed missus propter aliam causam: ut me moneret ne de
mea causa cum quoquam loquerer, ac nominatim ne cum D. Haeno, qui
serio afficiebatur injuriis quoque illatis mihi, & cum Electore graviter
expostulaverat. Fuerint sententiae quas enumeraverat blasphemias in
filium Dei! quas calumnias & quae mendacia in Socerum & me audivi
loqui. Si otium meorum de forma scripti deliberarem tecum: Nam conviciis
& blasphemiis cum illis contendere nolo. Certo scio enim quod ad
propinquum

propinquum ex iudicio divino interitum, cum illustri divinae vindictae ex-
emplo properat. Ollularium, tuum, sub nomine alieno & quidem illustri,
hostem non dubites eludum in magnas spes erectum furiarum tenebrarum
aliquid magni moliri. Ad eum cum instruit & armat esse nunc Dresdae
ubi delitescit, fortassis ex arcanis eruditorum quod suis vitiis serviat.
Ego colligo pro te plura indies, sed vellem nos esse propiores. Nam de multis
vellem & possem tecum colloqui, quae posteritati scire prodesset. Bene
& feliciter vale. Datae 22 Octob. Iul. Anno 1597

Caspar Peucerus.

Nobilissimo et praestantissimo, sapientia, doctrina
pietate, virtute & dignitate viro D. Ioachimo
Bergero. Sacrae Caes. M^tis Consiliario: amico suo
antiquissimo, sincerissimo, & constantissimo

S. D. Nobilissime D. Bergere, amice antiquissime & constantissime
ac sincerissime, Te adhuc recte valere, quamquam non penitus exper-
tem adversationum in hac senecta tua, cognovi ex amicorum literis &
sermonibus. Me filius Dei Dominus & salvator noster Iesus Christus
voluit κοινωνὸν γενέσθαι, in confessione & assertione veritatis &
gloriae suae, illorum παθημάτων, quae ipse propter me qq. pertulit,

atq;

atq; inprimis τῶν βλασφημιῶν, λοιδοριῶν τε καὶ τῆς πανούργου

βωμολοχίας, quibus & ad mortem usq; suâ illum gens persecuta est,

& resuscitatum à mortuis non desiit, ~~ut~~ nec desistit adhuc lacerare. Sus=

tinuj ego, cum praeclarissimo merito de Ecclesia & scholis socero meo, atro=

cissima a linguis mendacibus, labijsq; dolosis, & ab immanibus ac funestis

indiesq; magis ac magis ingravescentibus odijs ac molitionibus hostium

annos totos quadraginta. Sed nunquam me Divina consolatione, ac divite

gratia sua, nunquam virtute spiritus S. destituit: Nec destituturum mihi

praesidio suo donec vixero certus sum, quantumvis nunc deficiam

penitus viribus ingenij & corporis. De congressu nostro in hac vi=

ta desperavi nunc penitus: literis ergo donec licuerit colloquemur:

Nec querelas repetam, sed nos patrocinio filij Dei precibus perpetuis

commendabo. Meministi autem hijs accurate & amanter com=

mendaverim tibi antea filium D Gregorij Bersmanni, egregium

profecto iuvenem & eximie doctum, inq; omni genere doctrinarum

ac disciplinarum exercitatum, dignissimum profecto qui retinea=

tur adhuc in cursu studiorum suorum tam praeclare continuato: do=

nec ad maturitatem aetatis iustam, publicisq; operis & laboribus ido=

neam & convenientem pervenerit. Illum igitur iterum tibi &

Fr

propter Ecclesiam ac Rempubl. & propter teipsum, ut quem [illegible]
te tua beneficentia dignum maxime iudico, & propter ipsum ac pa-
trem officiosissime commendo, petoq. ut quam in alios literatos &
excultos magnificentiam, in hunc etiam conferas. Cumq. ad eum iam
appropinquat aetatem, quae & altiora studia & Academias exteras
postulat, rogo etiam ut beneficij collationem proroges diutius. Sine
obsecro abs te hoc ut impetrem. Ut urgeam, impellit me patris val-
de senescentis infirmitas, cui, ubi prospectum filio viderit, omnes aeta-
tis, temporum, adversationum & grassantium furiarum difficultates suf-
ferre ac perpeti facilius erit. Bene & feliciter vale. 3 Iulij Iuliani
Anno 90 celeriter. Caspar Peucerus D.

Clarissimo et Doctissimo Viro D. Ioanni
Hermanno, philosophiae & artis Medicae
Doctori &c. amico & compatri carissimo.

S. D. Nulla erat ad me opus excusatione D. Monavij nostri, de
amicitia cum Rhapsodo Balthico. Non fuisset illius a me facta
mentio, nisi me provocasset per Xum edita ab ipso epistola. Relinquo
vobis sapientiam vestram constituentem varia amicitiarum discrimina
& varios modos colendi, & causas contrahendi diversas. Mihi una
publi-

Pauli regula, res ad Deum & salutem aeternam pertinentes complectens sufficit: Quae potest esse societas Christo cum Belial? In hac acqui esco. Filio tuo ut pater avaldo Xro [illegible] animo precor tecum omnia ea quae [illegible] me [illegible] precari postulas [illegible]. Aulicis moribus & vita [illegible] assuefieri iuvenem mali [illegible] politias [illegible] mox ab initio inter omnis generis homines [illegible] ordinibus inferioribus [illegible]. Aula suis rapidos imitatur moribus ignes. Terret ad hanc facilem quam putat esse viam. Uresis propius si paulo accesseris. At mox Horridus algebis si procul abfueris. Si medium teneas, calidi sp[illegible] tenes ab aula, Quae satis est nunquam copia deficiet. Ergo frequens [illegible] ut [illegible] sis [illegible]. [illegible] Nec fuge, in hoc [illegible] si bene [illegible]. [illegible] & [illegible]. Aula canes & equos, Servos [illegible] sine [illegible] res [illegible] conditione pares. Ut seriam propter nullis sunt [illegible] apti, Sic [illegible] nullus habetur honos. Si cum neglecto [illegible] forte [illegible] tecta: Id si mercedis sat putet esse loco. Horum utrumque te & me experimento nostro [illegible] non puto te inficiaturum esse. Bene & feliciter vale. [illegible]

fuit

fuit in aula illa superioribus annis Doctor Hesters. Is utrum adhuc sit in vivis nescio. Vale 16 Octobr. Jul. A° 90. Subito. Coniugem tuam et familiam totam saluto.

Casparus Peucerus D.

Der Durchlauchtigen hochgebornen Furstin und Frauen, Frauen Anna Mariae, gebornen furstin zu Anhalt hertzogin in Schlesien, zur Lignitz und Brieg, meyner gnedigen furstin und Frauen.

Durchlauchtige, hochgeborne furstin gnedige und frau: Gegen E. f. g. bedancke ich mich mit aller unterthenigkeyt gantz fleyssig wegen des gnedigen schreybens an mich, furnemlich von wegen des berichts von E. f. G. geliebten herrns wegen, von welches schwachheit auch ein geschrey bey uns erschollen gewesen, und auch von Ihren selbst wegen: Und sage dem Barmhertzigen Gott und Vater unsers herrn Jesu Christi hertzlichen danck, das Er Eur f. G. zu beyden theilen mit gnaden widerumb auffgeholfen und dieselben zu eynem gesunden stand widerumb bracht hat, mit hertzlicher bitte, er wolle beyder ihr leben mit guter bestendiger gesundheit ferner lange zeytt fristen, zu ihrer selbst, und ihrer Jungen herrschafft gedeyen und auffnehmen, in zeitlicher und

ewiger

ewigen wollfarth, und sonderlich, auch furnemblich zu beforderung der
warheytt und ehr unsers herrn Jesu Christi, zu besserung und erbauung
seyner heiligen christlichen kirchen, und zu abschaffung der irthumb, abgot
terien und missbreuchen, so noch in dem itzund ihren zugewachssenen
erbtheil des hertzogthumbs Lignitz ubrig seyn, damit vieler fromer leuthe
hertzen, so noch in finsternuss stecken, mugen erleuchtet und zu erkentnuss
der warheyt gebracht werden, Die andern aber, die es sind beraubt ge-
wesen, widerumb mugen theilhafftig gemacht werden, Und wolle es
E f G gewiss darfur halten, das bey unserm lieben threuen Gott
eben dieses die furnembste ursach sey der enderung so geschehen ist,
Darffen auch desselben denen nicht zweyffeln, da sie bey Gott und sey-
ner warheyt werden fest halten und bestendig bleyben, so werde
Gott seyne gnade nicht abwenden, noch seyne hand in bestendigen
schutz abziehen. Gott wolle E f · G beyden ihre hertzen, die Er in
seynen handt hatt, in der erkanten warheytt befestigen, und ihnen mit
rath, hulff, und glucklichen fortgang beystehen. Ich zweyffel auch nicht
das noch viell fromer leuthe hertzen sich ernstlich nach der warheyt sehnen,
die sie zuvorn gehorett und erkant haben. Ewer gnedige
furstin

Fürsten: meyn g. Fürst und Herr, die werden E F G selbst beantworten,
auch Leuthe hinein fordern persönlich an Ihre stadt. Das mein
G F und Herr, Fürst Augustus uff dem wege ist zur widerkunfft
bin Ich hertzlich erfrewet. Gott sey bey Ihm, und bringe Ihn mit freuden
wider umb zur stett. Damit will Ich E F G sambt Ihrem
geliebten Herrn in den schutz und schirm des Allmechtigen Gottes trewlich
befohlen haben, neben Ihren iungen herren, und wie Ich berichtet werde,
sich sehr woll anlassenden Herrn: den wolle der barmhertzige Gott mit
seynen genaden, durch seynen lieben sohn Jesum Christum in krafft seynes
heiligen Geists beywohnen, und sie regiren und steuren, in wahrer Gottes
erkentnüs glaub, furcht, und gehorsam, zur allen besten, in disem
zeytlichen und ewigen leben. Bitt auch meynen G F und Herrn Fürsten
Joachim Fridrich, meynen unterthenigen gruss fürderlich beschehen
Wündschen meyne liebe hausfraw auch E F G alles guts und heil, neben
erpitung Ihrer underthenigen gehorsamen diensten. Datum den letzten
April. Jul. Aº 1596

E F G

Unterthenigster trewer Diener
Caspar Peucerus D.

Ad Joannem Caselium

S. D. Clarissime D. Caseli, amice observande: Quod tardius respon-
deo ad litteras tuas, id nulli tribuas causae alteri, quam senectae meae, et ex
hac provenienti virium defectui, quem κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν
αἰτίων προκαταρκτικῶν, τῶν φυσικῶν ἅμα καὶ πολιτικῶν; ἔτι δὲ
μᾶλλον τῶν ἱερατικῶν καὶ σχολαστικῶν, δημοσίων ἑκατέρων ἀγγελίῃ
quotidie, leniri rarissime experior. Adamante quovis durior essem,
si non afficerer devastatione et eversione eorum quae in Ecclesijs repurgatis
in imperio, in Academijs tot annis aetatis meae vidi florentissima, una cum
interitu tot bonorum et praestantium virorum amicorum fidorum ac ve-
terum, quem tu inde recte deploras. Orbitas ista quantum mihi do-
lorem afferat, verbis exprimere nequeo: Sed longe magis me excruciat
quod Chimaerae Architectis et patronis non satis est tantis certaminibus
assertam et illustratam doctrinam de filio Dei, beneficijsque salutis nostrae,
conculcasse et profligasse, quin et eruditae philosophiae ac linguarum
studia Ecclesiae necessaria et magno singularique cum fructu publico repur-
gata ac restituta exigerent ex scholis et adolescentium manibus excuterent,
ut cum impietate dominaretur pariter tetra barbaries. In qua
parte

parte quod tuis Antagonistis quantum potes resistis, praeclare facis. Laudo etiam moderationem tuam coniunctam cum gravitate in scripto edito, in τῷ παρουσιασμῷ [illegible] partem, quas Adversarii sua venditant & obtrudunt fascinatis iam ante & dementatis per sua deliria. Nec dubito Illustrissimum & sapientissimum principem Henricum Iulium Ducem Brunswicensem tandem artificia ista animadversurum esse ac repressurum. Nos quotquot adhuc reliqui sumus ex sodalitio veteri, quo pauciores sumus, eo maiori studio perseverantes ὁμοθυμαδὸν ἐν ἀπλότητι καὶ [illegible] τῆς ἀληθείας colamus & tueamur amicitiam veterem a maioribus nostris quasi per manus acceptam, & tot annis confirmatam. Opto autem, pectore toto, ut ante finem vitae meae occasione aliqua utrique opportuna nos contingat ad colloquia mutua & valedictionem precantem atque complexum. Ego die Januarij Idib. VI anni praesentis ingressus sum annum aetatis meae septuagesimum quintum, superatis eiusdem atque illustri testimonio praesidij, protectionis et liberationis divinae, per annos quadraginta duos, ab immanitatibus odijs & furoribus ac perpetuis contra me

molitionibus

molitionibus inimicorum Soceri mei beatissimae memoriae & meorum: nihil aliud desiderans quam exire ex hac vita & esse cum Domino meo & Redemptore Iesu Christo. Bene & feliciter vale. Salutem opto amicis meis istic omnibus plurimam ac perpetuam. Doctori Duncano Liddelio, cui pro literis missis gratias ago, gratulans etiam hac ex parte divinam felicitatem Academiae vestrae, Salomoni Frenzelio, & reliquis ordine, qui tempore ὅ πρὸ Θεῷ ἐν μία τισει, nobiscum amicitiam sincere coluerunt. Datae 10 Jan. Jul. A° 1599 Caspar Peucerus D.

Ad Dn. Ioachimum à Berg.

S. Nobilissime Dne, amice antiquissime & Constantissime: Vehementer me turbant ea quae acciderunt tibi, quamquam nondum ex plenitudine cognita: Sed afficerent me multo gravius, nisi me Contentus perpetuus divinarum divinarum Consolationum in Verbo Dei exemplum ipsius Domini nostri ὀργ, Iesu Christi & meum proprium eriperent inter tristes accidentias atque Confirmarent. Certissimum est nihil tale accidere sine Dei Consilio Singulari, ac permissu. Causas autem quare id Deus faciat, praeter eas

quas

quae verbo expresso patefacta sunt, scrutari alias non debemus & frustra
quaerimus, frustra etiam de remedijs & auxilijs angimur. Unum omni-
um certissimum ac firmissimum est, quod in precibus positum est ad eum, qui
infinita cum rerum tanta potest omnia facere supra ea quae petimus, aut
mente concipimus, pro vi sua agente in nobis. Huic praesidio soli inni-
tamur ac confidamus per fidem Christi, in quo habemus libertatem & acces-
sum ad patrem, cum fiducia, & per auxiliares gemitus spiritus sancti in
cordibus nostris, qui sublevat infirmitates nostras, & cum non novimus
quid precemur ut oportet, ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus. Cur Satanas per sua organa certum filium Dei, tantum
insultaverit Deus pater, frustra, praeter id quod verbo traditum est, scisci-
tamur aliud. Acquiescamus ergo & nos in ijsdem, nec frangamur
aut concidamus animis propter potentiam adversantium nobis. Nos tibi
subsidio perpetuo nostrarum precum non deerimus. Quantum me ad-
iuverint vestrae pro me preces, didici in meipso, pro quibus, & a vobis profectis
& a Deo benigne petitis, exauditis, adhuc assidue Deo gratias ago. U-
trumque enim Deo debeo. Si quid a me praeter hoc existimas proficisci aut
effici

esse posse, quod usui tuo sit commodum, faciam in eo, quantum Deus mihi concesserit, cui me prorsus involutum cum meditationibus assiduis beatae migrationis in senium ad extremum usque imbecillitatis virium nostrarum, penitus dedidi, abdicatis curis & negocijs mundi. Pro beneficio mea intercessione impetrato D. Salmuthi filio gratiam tibi habeo. Meos tibi curae fore nunquam dubitavi: Hoc ideo monui quod dubitarem, sed ne tuum spernere viderer. Tu forti animo resiste & dolori tuo & hostibus, cum implorantione opis divinae assidua, quam non fore irritam experiemur. Bene & feliciter vale. 16 Sept. Ao. 1590

Caspar Peucerus D.

Clarissimo & doctissimo viro D. Iohanni Hermanno Medicinae Doctori & amico compatri, & affini carissimo.

S. D. De Rhapsodo Baltico quae scripsisti, valde me commoverant, sed non se spero consecuturum quod praedixerunt quae molitur. Erunt qui veritatem proferant & asserant quaeunque rethuna futura est aliqua pia posteritas. Filio tuo ... ad hab... ... precor fausta ac felicia omnia. Pro coniugio

ql

quod gerendis nuptijs consultum iam fore Christiano, sponsae mitto Janua,
λόγον exiguum τῶν γαμηλίων, idq. ut boni consulat oro. Data illius
D Banditius mihi fuit ualde optime. Consilium de collocato filio in
aulam Illustrissimi principis Ducis Anhaldensis in Össen minime improbo,
sed Deum precor ut modicationes ipsius faciat prosperas & salutares. Bene
& feliciter vale. celerrime: tabellario properante. Data 16 Febr. Jul. qui
fuit anno 1497 dies natalis senecti & praeclarissimi meriti soceri
mei, cuius nemo fuit ingratior discipulis domesticis, quos in mensa
aluit sua, inter quos fuerunt praecipui Magister tuus iste, Chemnitius &
Heshusius. Salutem ab te videlicet, coniugem, & liberos tuos omnes, Ego
mea uxor, & mei omnes. Precor ibidem D Schultzius cum sua coniuge.

Caspar Peucer D.

Inclyto & Generoso Domino, Dno Melchiori
à Rhedern, libero Baroni in Fridland etc.
domino suo, ac patrono honorando.

S Inclyte & Generose Domine Baro, domine & patrone, cum debita
subjectione honorande: Non dubito G Tuae, Ex Suevum subditorum cum
apud

apud nos essent, atq. inprimis ex Conradi pastoris Ecclesiae vestrae commemo-
ratione post reditum meum erga illam affectionem singularem ex vero gra-
viq. iudicio de generositate, sapientia, pietate, doctrina, virtute, rebusq. praeclare,
fortiter ac feliciter, bello paceq. gestis conceptam innotuisse. Hac confisus,
cum ex literis filij mei Philippi intellexissem, rem gratissimam me C T.
praestiturum, si virum doctrina, iudicio recto, vitae integritate, usu rerum,
& fide ac diligentia diu beneq. probatum ad filij sui institutionem, &
alias etiam operas religionis sincerae ac politicae sapientiae, ubi opus foret
indicarem: delegi ex alijs hunc Magistrum Cyriacum Fiscalerum, cuius
autor fui & suasor, ut proximum itinere Pragam versus suscepto se co-
ram C T offerret ac sisteret, additumq. ipsi ad C T. per hanc episto-
lam, dicti filij mei, si praesto esset, aperire volui. ——— Talem
illum esse, qualem requirit C T toto hoc tempore, quo mihi post
liberationem meam notus fuit. Ideirco prudenter, diligenter, ac fi-
deliter imposita, aut commissa sibi curaturum & executurum esse certo
mihi persuadeo, & hac fiducia C T illum accurate commendo. De
mercede C T. pro sua excellente sapientia, virtute & liberalitate pa-
ciscetur

cissetur, & conveniet facile. Bene & feliciter valeat G. T. cuj & par-
tam victoriarum praeclaris gloriam ex animo gratulor, & simul toti mi-
litiae nostrae Christianae in Pannonia opto priorq[ue] felicia, prospera,
ac salutaria omnia, petens, quod assiduis votis repeto, ut Deus aeternus
pater Domini nostri & Servatoris Iesu Christi, qui clypeus est omnibus
confidentibus in ipso, & illustribus testimonijs suae praesentiae hactenus
vobis adstitit adversus hostes nominis & Ecclesiae Christi, accinxit
vos virtute sua, instruxit consilio & sapientia, armavit robore animi,
docuit praelia manus vestras, & dedit victorias salutares. Ut ille
ergo opus praeclare ceptum compleat ad nominis sui gloriam & Eccle-
siae suae ac piorum omnium salutem & stabilitatem. Bene & fe-
liciter valeat G. T. cuius & me favori ac patrocinio commendo.
Datae Dessae Anhaltinorum. 4 Septemb. Iul. A° D. 1599.

Generositatem tuam
venerenter & cum subiectione colens
Caspar Peucerus D.

Reverendo & praestantissimo Viro D. Theodoro
Bezae: amico summo & patrono colendo.

Reverende

S. D. Reverende vir & veneratione paterna ab omnibus coli dignissime. Tuae
proxime scriptae 20 Octob. anni praeteriti 96, quibus Valandij nostri & D.
Wenceslai Zastrisely literae adiunctae erant, mihi sub finem Maij Iuliani
97, die penultima mensis demum redditae sunt. Ubi illae tam diu haese-
rint, aut a quibus retentae fuerint, explorare non potui: pervenisse illas
tamen in manus meas vehementer laetor, & quidem inviolatas, quod quae-
stuariorum insidiis literis nostris non ignoro. Immanitatem enim odio-
rum in Diabolis & horum organis adversus orthodoxos (quod &
tu quaeris) exacerbari indies magis magisque, & furiosius sese men-
daciis impudentissimis atque apertissimis, & calumniis praestigiisque
sophistica abominanda, quam hactenus unquam factum est effundere, &
primum nos quoque a vicinis nostris. A quorum uno, quibus ego
conviciis laceratus sim puto te cognovisse: Est ille Heshusij gener,
socero maledicentissimo longe superior. Saeviebat in mortuum
Melanthonem socer Heshusius, pro beneficiis summis, quae ab eo
acceperat: Hic me senem morti propinquum invadit. Ego semel
publico scripto testatus sum, me solum manifestae veritati contradicentium
&

& idololatriam stabilientium magis fore, nec utilitatis huius seculo commo-
dis cum gratis certaturum: οὐ γὰρ τὸν μακρότερον ἀντισπαρό-
μενον τῷ πν[…] ἰᾶται. In hac mea sententia, illustraturas & asser-
turas veritatem & gloriam filij dei donec mihi vita & vires suppedita-
rint, quantum potero, & precaturas ut in tantis erroribus furoribus, quibus
recte tradita atque explicata, beneque constituta evertuntur penitus, Deus ta-
men conservet agmen aliquod recte ipsum agnoscentium ac confitentium
etiam inter nos. Mihi versatur ante oculos perpetuo bicornis bestia
quae vulnus lethale inflictum bestiae septem capitum in Apocalypsi, cum
multo sanguine refragantium sanat. Cornua bestiae illius sunt Iesu-
itae & nostri Ubiquitarij, qui cum Iesuitis aperte conspirant & persequun-
tur hostes Christi, his [illegible] sanos res. Inter nostros autem nova subinde
nasci dissidia vehementer doleo. Certamen de iustificatione mihi hac-
tenus mihi fuit incognitum. Scribam ad te, si Deo placuerit, de utroque
& de nonnullis alijs, quantum mihi Deus concesserit. Redigam meo
more omnia in brevem σύνοψιν. Faciam meo loco pro voluntate quan-
tum senectus afflicta penitusque prostrata vires permiserit: Sed oculis

conspicor

conspiciar tristissimas poenas detestandae ingratitudinis erga Deum pro reddita

nobis immensa misericordia, luce veritatis ac salutis, quod a nostris furenter

repulsa. Qui tibi has reddet, est de nobili familia in Silesia natus, no-

mine Christophorus à Langenaw, privignus viri nobilissimi, virtute, doctrina

& pietate Joannis Hostitzij. Cuius meminerunt inter alios libros tui, quos

Palatinis nostris commendaveris. Vitricus sapienti gravique consilio voluit

filium perspicere maximas celebres Academias & scholas Germaniae & Galliae

visere, duce illo, qui eum à teneris instituit ac rexit, viro gravi &

doctissimo M. Joanne Langio. Utrumque tibi accurate commendo. Recte

praedicavit apud te gentem Silesiacam Palatinus. Vix puto in una nostra

tantum plures reperiri viri tales studiosos & amantes. Langius autem

cum discipulo, ut paterna benevolentia ac tua consuetudine, ac fidei

autoritateque amandus erit. Bene & feliciter vale. 28 Iul. Ian. A° 77.

Caspar Peucer D.

Ad Wenceslaum Zastrisellum & Christophorum Palatinum scriptum, sed ex-

emplum literarum Consilio. quod à vobis compositum descripseramus. Editionem mag-

norum ad me Gesner misisset. Exposito integrum Exemplar ad mercatum

Francofurdensem. Graecanum inspexi in locis quae ad cap. 9 Pauli ad

Romanos

Romanas edidit. In his quibus se lucas invehit nimis protinus in hac dispu-
tatione considero: quibus se inde evolvat aliqui excidet non reperio. Tri-
mentorum honorificam fieri vidi. Corrumpit ille pristinas quae de ordina-
tis in ministerio tantis ad confessionem hominum & fidem, aliquis ipsa confes-
sione in populo lucta carnis & spiritus, rectissime fuerunt explicata.

Reverendo et doctrina, pietate, dignitate
ac meritis de Ecclesia filij Dei clarissimo
D Doctori Theodoro Bezae, Ecclesiae Genevensis
antistiti: amico suo venerandum colendo.

S Reverende D Beza, Nondum egi tibi gratias pro tua sanctis-
sima & dulcissima consolatione ad me, & pro epigrammate epiche-
gravissimo, dicato beatae animae & memoriae filij mei, in solatium
luctus mei. Quod id factum diutius non est, nihil prohibuit, nisi quod
defuit opportunitas mittendi literas, in hac tanta seculi nostri perfidia.
Dubito enim an proximas meas acceperis, quibus aliquid mearum
rationum exposui tibi de articulis fidei nonnullis, & eorum in libro
Chimaera corruptione. Fama enim quae de tuo iterum obitu a male-
volis

volis, ut corpo ante factum, sparsa fuit, nihil me terret. Si invidia
& odia possent nos iugulare, dudum perijssemus. Servamur in
testimonium illustre & publicum misericordiae & veritatis divinae,
ut simus testes filij Dei, in quibus rabies crescit exacerbata lon-
ganimitate nostra, & testimonijs alijs apud nos gubernationis ac pro-
tectionis divinae manifestis. Sed de his satis. Tuâ παραμυθία
didici vivos fontes laetitiae ac tranquillitatis in corde meo non esse
θεραπεία πραϋντικά, sed ἰάματα ζωοποιὰ sancti spiritus.
Curare & Deo & tibi gratias ago, quas debeo & possum maximas. Re-
pugno fremitui & stimulis carnis meae quantum possum, edoctus
longi temporis varijs ac difficilimis luctis parere Deo & humiliari
sub potenti eius dextera, auxilio & virtute spiritus sancti. Nihil
disputo de causis, sed agnoscens ac deprecans peccata mea, ac-
quiesco in misericordia divina. Certaminum in Ecclesia finem visuri
nos non sumus. Edita a te συγγράμματα cum Antagonista tuo
partem priorem perlegi. Respondeo sum similem illum esse: & mansue-
tum non dubito. Expecto nunc alteram. Utilius haec est ullis reme-
dijs

dijs locus. Pro veritate itaq. vos pugnate fortiter. Velim vos con
trahatis in paucā & summa capita nefandis ipsorum ac blasphemis
erroribus, quibus veritatem malitiose obruunt, metas eis circum
dari, ut Popilius Romanus Antiocho quondam, intra quas con-
clusi diserte cogantur & simul profiteri: cum orthodoxa ne Ec-
clesia sentire, an contra illam suā perstanda retinere ac tueri velint?
Id ubi fecerint (cogi quomodo id fiere possint in tanto inter
ipsos dissidio non video) vos velitationibus istis colloquiorum
& scriptionum finem imponere poteritis. Sed nec vobis con
silio opus non est. Bene & feliciter vale. Salutem opto sum
mistis omnibus tuis, & in Academia collegis, gratias agens Deo
assidue quod inter medios hostes tam clementer & cum illustribus
suae praesentiae testimonijs vos conservat. die aequin. verni, An
no 80. Mitto tibi epicedium Dorotheum

Casp. Peucerus.

Clarissimo doctrina & virtute viro D. Lau
rentio Cirklero, amico colendo & charissimo

S. D. Plane mihi persuaseram te cum veneris in Silesiam aut
Boemiam

Bohemiam, hac transitura mea. Conradum tuum esse. Constitueram enim de
genero & filio eius tecum colloqui, & audita sententia tua, quaedam in
mandatis dare ad Henricum, ut filio adolescenti Conradum quem a matre eius
premit ac detinuit, tandem mittat. Nimis inhumaniter facit & a
regno. Toto biennio nullam ab eo syllabam accepi. quando scribo
non respondet, de his tamen eo expostulo, ea tamen qua possum utrius
lenitate. Si grave tibi non est aut molestum, velis compellere & com-
monefacias tu eum quoque de hac immanitate. Non debet casus
tuus deserat amicitiam nostram. Et absurdum est eum tantum quod
Conradum detinet apud se, cum alioqui nihil impendat in eum, sed
quod penitus eius obliviscitur, ac ne semel quidem quaerit, utrum
vivat, nec ne! Si sponte non miserit, etsi ignoro quibus flagitare
& impetrare modis queam, cum iura & consuetudinem huius regni
ostendam tamen quod se non dignum faciat. Fortasses ad
tuas commonefactiones induet alium animum. Omnino Conradum saltem
flagito. Debebam etiam inquirere de hereditate materna post nuptias
secundas. Tacui hactenus, quod neminem habeo, quo tum de istis

cum

communicem. Caveas obsecro quod si nihil illas nil regni Boe
mihi hoc in parte ius municipale, ave petitionum, & me locias,
sive in Silesiam loculis sive in Bohemiam. Ex Lorensi hac velius
per Torgam iter facies quam per Lusatiam, mihi illa te forte ad se
blanditijs suis alliciat. Bene & feliciter vale. 25 Aug. A° 93

Cas. Peucerus D.

Clarissimo doctrina, Virtute & meritis Viro
D. Laurentio Circlero &c amico vetri
& cum observantia colendo. Arnoncis.

S. D. Gratissimae mihi fuerunt literae tuae, gratiasque tibi debeo
& habeo, quod & hominum officij admonueris, qui ad me re
nuntiando scripsit & dixerat, & de nonnullis me edocueris, quae
nobis in ultima versantibus cognoscere nondum licuit, ea postero
lim quae in Marchia francofurti gesta sunt. O miseros & mi
sere perditos! Sed sua culpa & voluntate acciderunt. Ad eorum
plura, si certo literas ad te perventuras esse noscem. Crensbenij
consilium non per omnia probo. Causas eius rei multas habeo &
magnas

magnas: ἀλλὰ ταῦτα θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. Si Ecclesiae consulere
hic eventu optato satis esset: etiamsi vobis ipse suus non poliretur,
quod vix futurum arbitror, scilicet ut restituatur in locum & mu
nus suum. Fortassis exemplum terrebit alios, & retundet auda
ciam eius a quo consilium ortum est adversus Crato[n]em [illegible]. Sed
de his loqui tecum mallem, & non sunt ἐπιστολικά. Nostra vicinia
in eo est statu, quem coram spectasti: Nec meliorem sibi viri in
telligentes polliceantur, etsi furiosorum impetum defervisse putant.
Cras ad me Cratone scribas. Responderem si occasiones darentur.
Bene & feliciter vale. Lutetiae. Dessav. 10 Novemb. [illegible] 93
Casparus Peucerus D.

Magnifico Domino, Nobilitate, Doctrina, Sapientia,
Virtute & doctrina spectatissimo D Johanni [illegible]
tero a [illegible] Secretario [illegible] Regni Boemiae
& Consiliario [illegible] Romanorum Imperatoris
domino & patrono suo colendo.

S D Magnifice domine, patrone reverenter colende. Non satis praedicare
mihi potuit Thomas Vulteius, summam tuam humanitatem erga filium
meum

meum Philippum, & beneficiorum cumulum, quibus eum auxisti pene omnis:
Neq. ego verba reperio, quibus exprimam, quantum pro his ego tibi debeam.
Reddere mutuum enim meorum facultatum non est. Si tamen vita suppeditauerit
mihi, & suffecerint vires in hac mea valde languefacta, ponea. prostrata se-
necta, testificabor toti posteritati quod impensa vobis non in ingratos contu-
leris. Augescente indies defectu virium omnium, experior etiam indies ma-
gis magisq. me neq. ad ingenij operas, neq. ad corporis labores aptum esse ido-
neum amplius, neq. ad colloquia & congressus cum viris doctrina & sapientia
excellentibus: Quare me mei propemodum pudet. Non video enim quam
ex me voluptatem percipere possit amicus, cum studiis, memoria & sermone
deficiam. Nihil mihi conspectu tuo futurum erit gratius, si nos aliqua
opportunitas coniunxerit, sed ex me vicissim quae sit ad te reditura
delectatio, non reperio in me. Si tamen tulerint vires meae, consilium tuo tem-
pus vernum patriam adhuc reuisere, semel ante mortem, compositurus omnia
illa quae in rebus meis adhuc haerent. Id si Deo placuerit, occasionem
nostrae congressus aliquam pariet. Sed me dignum non facio, si te
tantum virum & tanta mole negociorum occupatum in gubernatione sum-

ma

na ad me portahan. Mag. ... humanitati ac ... Com-
mitto & subjicio, me... & filium, ... ac ... proses ve-
neranter oro. Bene & feliciter vale. Datae 15 Octob. ... Ao 96

Magnif. ... venerande ... Casper ...us D.

Amplissimo Viro, Nobilitate, doctrina sapientia, virtute
& dignitate praestantissimo D Iohanni ...llero: Si-
lentiario ... & intimo Sacrae Rom. Caes. Maties
in Concell. aula Cos. Dno & patrono suo honorando.

S D. Amplissime Domine, patrone honorande: Non ... reperio qui-
bus affectionem erga te meam ... ac ... per illa tanta humanita-
te, & benevolentia ... quae filium meum Philippum, ad meam ...
... tam prompte, ... admissum, imo cum promisso ...
... patroni ... beneficijs multiplicibus ... Con-
plecti, omniq. studio, ... & opera ... Accedit ad ...
beneficia divina, quibus me Deus pater omnis misericordiae, per Domini nos-
tri ... Iesu Christi ... ad ... tantum ...
..., meosq. orphanos & ..., piorum omnium ... ac ...
... ,

mulcavit, hoc velut ἐκ προσθήκης ἐπίμετρον accumulavi singulari

benignitate per te adijci, illustri loco ut sit tanquam argumentum illustre ac publi-

cum sollicitudinis divinae pro meis ad potestatem. Ideo donec in vivis ero, grata

id mente, voce, & scriptis celebrare non desinam. Tibi autem illum, ut

patri filium quemadmodum antea commendavi, sic in manus tuas nunc

trado, te orans & obtestans, ut de eo tanquam tuo patrone statuas, & ad

quaecunque pia, honesta, recta, utilia, & salutaria officia, itemque reper-

ris, ad ea ut praeceptis, adiuncis & internas, autoritate, [illegible] tu & instru-

mandatisque tuis. Tu, qui pater ipse es, nosti quae sit vis paternae στοργῆς,

[illegible]: nec ignoras in senibus & [illegible] solicitudinis illam crescere: Non

dubito autem quin obedientem & utilem, [illegible] atque observantem studiorum

& privatim & in munere commisso tibi sit probaturus. Ex id similiter

& precibus a deo assiduis, tum votis ardentibus pro vobis omnibus contendere

non cessabo. Vive & feliciter vale. Data 19 April. [illegible]: quo die

ante annos LXX triginta cursum vitae ~~[illegible]~~ placidissime [illegible] [illegible]

& sanctus vir, Philippus Melanthon, beatae memoriae socer meus & [illegible] carus maternus

Tercentesimo & LX [illegible] aetatis — Caspar Peucerus D.

Mitto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] – de quo [illegible] [illegible]

Nobilissimo et Amplissimo Viro D Joanni Müllner, Sacrae
Caesareae Maiestatis Secretario per Regnum Bohemiae Summo
& intimo: amico & patrono suo honorando.

S.D. Nobilissime & Amplissime Domine, patrone & amice honorande,
Non dubito utrumque utrique exoptatum satis esse & fore de improviso con-
gressum inter nos, cui ut optato dudum diuque desiderato destinaveramus pa-
triam meam ad reditum tuum ex itinere Silesiaco. Te convaluisse non
dubito: Mihi ex aetate ingravescente indies magis magisque deficientibus
viribus, spes longioris vitae nulla superest, nisi ex divina gratia Dei,
qua sum, quod sum, superstes manifesto miraculo divinae misericordiae.
Sed quaecunque sit conditio mea, optare tamen ac sperare non desinam con-
spectum, complexum & colloquium tuum, ante finem vitae meae. Incidit
senectus mea in tempora non impressa gaudiis, sicut ceram nunc
tibi ceram pastam, inexpolita tamen, quo tamen exitum non possim:
Idcirco id attendo & diu ago pro viribus, quod suo ore Filius Dei Do-
minus noster Jesus Christus praecepit, cum inquit: Vigilate omni tempore,
orantes, ut digni habeamini effugere mala quae ventura sunt, &

consistere

consultatis coram Christo domino. Quod enim nunc experimur, ante XII

sunt tempus edixerunt. Illustrissimus princeps meus mittit ad Sa-

cratissimam Caesaream Maiestatem Nobilem virum Cunradum a Kitzschen

in rebus ad principatum pertinentibus. Illum tuae Excellentiae com-

mendo. Commendas et salutem totius gubernationis publicae et singulorum

ipsiusque Caes. Maiestatis imprimis, Deo gubernatori omnium. Bene et

feliciter vale. Datae Dessae. 4 Aug. Jul. Anno 99.

Te reverenter colens Caspar Peucerus D.

Filium meum Philippum scio ante te paterne diligi ac provehi, pro

quo tibi beneficio iterum gratias ago, quantas debeo et possum: Utque hanc

benevolentiam erga nos, et patrem et filium conserves oro.

Reverendo et Clarissimo Viro, Doctrina, pie-

tate et dignitate Excellenti D. Theodoro

Bezae, sacrae Theologiae Doctori in Ecclesia

Genevensi: amico suo reverenter colendo

S. D. Reverende et clarissime Dn. Beza: Mirifico cum desi-

derio expectavi tuas literas, quas amicorum tuis et cuidam ex

amicis

amicis nostris inscriptas Vir Nobilis Ottho Hunrathius forma-
tor adolescentis Electoris Palatinj haeredis Witebergam miserat, ut
caverent insidias, quas & meis & amicorum ad me literis struxerunt: sed
effugere illae inimicorum meorum artes et manus non potuerunt.
Witebergam perlatas esse comperi: sed ibi quid cum illis actum
sit, aut qui penes nouerit, explorare nondum potui. Ita illae me
gaudio privaverunt, inimici & solatio, quod me post longas meas aerum-
nas ex tuis consequuturum speraui. Commendo autem & hanc
iniuriam cum innumeris eius Deo iusto iudici & vindici. Nondum
saturata est nec mitescit adhuc rabies inimicorum Hypocritarum
in quorum me medijs furentibus cum miraculo manifesto Deus
sustentauit, fiducia certissima praesentis auxilij ac protectionis di-
uinae, spe firmissima liberationis laetae & gloriosae: Nam quod
bonum est quod molitur [illegible]. Amisi optimum meum, pru-
dentissimum & sapientissimum principem, cuius interitum non tam
mea quam Ecclesiae causa, nullo luctu, lacrymis nullis possum satis
deplorare

deplorare, quoties cogito quantum Veritati coelesti praesidium deces-
serit. Sed consilij diuini & fatalium decretorum cursum con-
sidero, certo potestate traditum, qui perpetuus lexis est, ut cum velit
Deus mutationibus & ruinis imperiorum ulcisci ingratitudinem maxi-
mae multitudinis in genere humano, & exercere fidem, inuocatio-
nem & patientiam piorum diuturnis oppressionibus, crescet enim omni-
bus praesidijs orbatis, ipsam etiam spem praesidiorum penitus, ut
soli Deo totis & sinceris cordibus confidendum meminerimus. Certe
nobis in Germania quid superest, de quo polliceri aliquid laboranti
Veritati, imo publice iam exsultanti, aut nutanti & periclitanti
paci publicae possim, non conspicio. Deum tamen reliquijs, quas
excerpsit ac servavit, affuturum & inter illas lucem doctrinae suae
conservaturum esse non dubito. Ceterum meae res domesticae futurae
sint, nondum possum constituere. Quare tuis me & Ecclesiae tuae
precibus commendo. Te vero cum tuo agmine Filio Dei capiti &
custodi Ecclesiae

custodi Ecclesiae, oremus atque obtestemur, ut et tibi robur animi et corporis augeat longioris vitae sufficientiam, et pericula quae vestris individuis intentantur, arceat atque elidat. Bene et feliciter vale. Salutem opto omnibus amicis, venerandis collegis quoque de fame. die Aequinoctij Verni 1587. Casparus Peucerus

Reverendo Viro, et Sancti nostri Theologo summo S D Theodoro Bezae etc amico honorando.

S D. Reverende, et summa mihi cum observatione colende Domine Beza, Ex animo gratulor tibi, cum seria gratiarum actione ad Deum, eam de qua scribis ad me integritatem vigoremque ingenij industriaeque, et animi hac aetate, qua me sexennio antecedis. Horum vices obire penitus nemo potest. Manuum operas praestare, te dictante Amanuenses possunt, etsi tardius procedunt. Ego contra et corpore tabesco, et [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] [illegible], et memoria defitio, nec tam veterum et praeteritorum quam recentium et praesentium

quotidianorum, quod aliqua ex parte etiam libris nimiae varietati inter
pellationum, quibus obruor. Nos ad urgendum misericordiam Deum
precibus assiduis pro veritate, gloria & ecclesia filij Dei instituimus & agimus
pro vobis & nobismet ipsis, universis & singulis qui crescunt indies, a
rabie & furoribus hostium pericula tam vestra de quibus fama & ami
corum literis docemur, quam nostra quae a vicinis exprimimur graviora indies.
a remotioribus non temere metuimus. Consignatas de justificatione
hominis coram Deo. & de quatuor gradibus praesentiae Dei in rebus creatis
notationes Doctore Spiritu Sancto in Caveis meis Schedis, ubi probari satis
est. Sic enim tecum sensuros esse omnes orthodoxos dico. Ta
bella de gradibus praesentiae ita excusa primum Francofurti a Wecke
liano ut apud vos tuo assensu repetita est, in ea pagella, quam
ad me misisti, nullo ante ad me miserat exemplo tuo Bongar
sius: quorum alterum emendatum (ut videbis in altero quod
adiunxi) mox remisi ad Johannem Aubriam rogans ut comprimam
reddant: Nam in illas aliquot nec verba cohaerebant, nec sententiae

aliquis

aliquis ex deficientibus aut male correctis edi poterat. Alterum vero
unum eodem modo correctum, quod ad te nunc mitto, ut videas non mea
culpa commissum errorem, quem vehementer optarim te ante ideatam quo
vis editionem in vestigio emendasse. Magno enim beneficio me affecisses,
quippe non obscurum est in describentium & typographorum culpa errorem pro
fectum esse. Mitto & restrum eodem modo emendatum, cui, si nota susp
pecta sint & vires sufficerint, adjiciam aliquid quod illustret τὴν ἐπιστ
ροφὴν in persona filij Dei: & redarguat τὸ ὠφελιμον
monstrum, scripto tuo. Τῆς προνοίας etiam de προορισμοῦ
exprimam mihi concessum aliquid dij fuerit & virium ob imbecillitate
capitis, compositer & perlexam quod cepi, ut hostium veritatis oculis
uno continuo subjiciam expectanda fundamenta veritatis, a quibus disce
dunt non discernentes inter τὴν προνοίαν pertinentem ad res creatas & or
dinem in dicta rerum natura & societate generis humani concessum tantum
ad hanc vitam hominum animalem propter ecclesiam & propter electos
& inter τὸν προορισμὸν pertinentem inter ecclesiae & ad vitam horum tum

electos in
tum

tantum spiritualem aeternam, quae ministerio Verbi & sacramentorum vi
spiritus sancti inchoatur. Nostris autem vitiis, quibus aures obsurdu-
erunt & occalluerunt animi, frustra hoc decantatur. Manet enim in
aeternum vera vox Pauli: ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχε· οἱ λοιποὶ δὲ ἐπω-
ρώθησαν. Sed de his satis. Plura scribam ad Francofurtensem mer-
catum vernalem, si quieta tum diu Germania fuerit, in quam iterum
hoc video & irruere magno impetu ab omni parte procellas, domi fo-
risque, easque humanis inevitabiles. Nostris enim peccatis attractae illae
initio, iisdem accelerantur & accumulantur: Ne tibi ignota esse puto
quae omnium gentium terras & oras pervadunt. Tu cum Ecclesia
tua, quod te facere scio, perge orare pro nobis. Utique enim velut
in acie prima collocati periculis sumus proximi. Bene & feliciter
Vale. Salutem opto istic amicis omnibus & de Sebastiano nostro
parentibus ac meo nomine gratias tibi ago quantas debeo & possum.
Die Brumae. Anni Iuliani 1594

Casper Peucerus. D.

Nobilissimo & praestantissimo Viro D Ioachimo Bergero, Amico suo constantissimo & antiquissimo

ad manus proprias

S Nobilissime D Bergere, Amice antiquissime & constantissime, Litem tuam adhuc haerere non libenter audivi. Mihi tamen certo persuadeo Deum beneficentiae tuae piae ac publicae sese praestiturum ad propagationem & conservationem celebrium studiorum non defuturum esse quod non tantum etiam gentilibus & votis pijs & serijs à Deo petere. De beneficio promisso Nepoti meo iterum tibi gratias ago quantas possum, petiturus a Deo ut hoc remuneretur tibi beneficijs praesentibus & aeternis, donec in me spiritus aliquis reliquus erit. Revocavi illum hactenus ad me, cum propter mutationes ibi factas, tum ut certam ingenium & profectus ipsius explorem. Vere affirmo, nihil mihi annis et iter aliquot post meam divinam liberationem laetius accidisse ijs quae ex consuetudine quotidie collationes de omnibus eruditae doctrinae partibus & de multis alijs rebus cognosco. Certo tibi persuadeas te quod impenderis ipsi, collocaturum esse optime. Nunc delibero, Academijs

Academijs Germaniae omnibus, ut mollissime uerbo utar, turbatis, quo
sit mittendus. Suadent alij alia: de germanicis Academijs omnibus, ta-
men cum hesitatione. Ego de monte pessulano cogitaui, in prouincia Narbo-
nensi, tum propter medica studia quibus floruit semper & excellit, tum
propter religionis orthodoxae & ueteris christi disciplinam ac alien-
Tuum tamen consilium etiam maximopere expeto, ac per alios omni-
bus, cum tua munificentia prosequeris, & ego non dubitem affectionem
tuam erga me & meos eandem esse quae semper fuit inter nos per
annos amplius sexaginta durante. qui solus mihi ex primis
amicis meis, cum uno Melanchthone in mea patria superes. Plura
modo non potui. Nec de publicis alijsque aliquid uolui, cum illa
sint in ore iam omni populo. A me uero de statu praesenti & eius
huius mutationibus quas possidet, commemorari sine dolore non possunt.
Bene & feliciter Vale. 20 octob. Islia. Anno 1601

Caspar Peucerus D.

Nobilissimo et praestantissimo Viro D. Ioachimo a Bergen zu
amico suo antiquissimo et sincerissimo ad manus proprias
Ablibß

572

EEEE

S. D. Nobilissime et praestantissime D. Ioachime, Amice antiquissime et suavissime, Ergo amanter ut hoc meum ad tuas petitiones responsum tardius, accipias & interpreteris in partem optimam, & eam quidem, quam necessitas affert mihi à senecta, virium omnium assidue augescens defectus, qui ad ultima usque propemodum ad limen sepulcri iam pervenit. De lite mota tibi propter hereditatem quam relinquis, de illa ego compertam & Deo gratias ago & tibi gratulor. Erectiore enim te animo & statu lite religiorum transactio esse non dubito. Benefaciet tibi Deus adhuc in hac vita & in omni aeternitate: quod a te propositum Ecclesiae Christi & catholicam ad propagationem & conservationem [illegible] studiorum & necessariorum majoribus tibi donis aeternis compensabit. Tu vero ut rebus transactis ad quietem & tranquillitatem te componas tuum assiduis ad Deum precibus te oro & hortor. Crinitum ad Hopolum meum, ago tibi gratias quantas debeo & possum pro ea quam rebus pollicens beneficentia. [illegible] vero ille est & [illegible] esse votis, ut ingeniorum & perfectus [illegible] gloriam. Talem autem reperio ut mihi & divina benedictione non possim [illegible] omnia desperare.

dere. Si vita suppeditarit mihi, agito ipsum ad vernas nundinas
Francofurdienses aut hybernas aliquas in mentem [illegible] Gallia huc
deducens, ubi studijs [illegible] alibi in Germania Gallia Italia Anglia
collapsis, cum amicitiae religione, Musica nunc floret maxime. Tuum
tamen etiam de hoc negocio perpetuo [illegible] ut tuo consilio, sic voluntate
[illegible]. De [illegible], quid suppeditaturus es et promisisti, quale sit futu-
rum, et qui in hac re acceptiorus quis sit nos doceas, idque ante nundinas
illas ut facias. Si me Deus velit esse superstitem, gratitudinem meam
ipse tibi adhuc in hoc amicitiae pactio declarabo. Relinquam tamen testi-
monium de illa posteritati debitum. Cura et nova illa adultera, per
versa et praevaricatrice progenie Flaciana et Vbiquitaria in Lusatia prius
minus oppressa atque deleta, tentat apud nos etiam per scripta publica
blasphemiarum et mendaciorum plena in gloriam Dei, Dominum nostrum
Iesum Christum, ea est ratio pastorum non eam quid aliud molitur. Bene
et feliciter vale. Data 12 Febr. Iul. Anno 1602

Caspar Peucerus D.

6 ff. blancs non paginés

Clarissimo et praestantissimo Viro, pietate, sapientia, Virtute, & omni genere laudis spectatissimo & excellenter eminenti Dno Casparo Peucero, artis medicae Doctori eximio, & caelestis Veritatis orthodoxaeq. fidei in Ecclesia Christi Confessori constantissimo, domino compatri, praeceptori, patrono & amico omni reverentiae cultu dignissimo, plurimumq. observando & honorando. ad manus proprias. Dessaviae.

Salutem in Christo: cui toto grates agimus nos pectore tecum, Te latebris quod tam tristibus eripuit. Curavitq. tibi sinceros inter amicos, Gratius hospitium commodiore loco. Colloquijs ubi posse tibi doctisq. pijsq. Iam datur & caelo liberiore frui. Gratia magna Deo, qui te servetq. tegatq. Et iuvet auxilio, consilioq. regat. Cumq. ideo vitae fugientis proroget annos, Ac det ut eveniant prospera cuncta tibi. Ut doctrina tua, & sapientia, & ingenij vis, Consulat afflictis rebus opemq. ferat. Ut quod fatali constat cecidisse ruina, Restituas studijs hoc decus omne bonis. Utq. Ecclesiolae tristissima vulnera sanes, Utq. scholis redeat, te duce, verus honos. Haec pro Peucero mea multorumq. piorum, Gnate Dei attentu fac rata vota tuo. Cum Logos aeterni, qui lux, qui viva parentis Effigies, custos agminis esq. tui. Ab hac gratulatione & comprecatione pia mihi libuit ordiri, Vir

clarissime

Clarissime, et omni genere laudis ornatissime, domine compater & amice plurimum observande & honorande, cum diu propter spem tui quem putabam appropinquare ad principem nostrum adventus, dilatum officium scriptionis qualiscunque literarum mearum quas ex epistola quadam nostri necessarij à te intelligerem expectarj, censerem quoquo modo nunc persolvendum esse, priusquam vivas audire et reddere voces, de bonitate Dei, quod mox spero fore liceret. Nec dubito quin Reverendi et optimi Virj Dni: Amlingus & D. Isenbergius iampridem meis & venerabilis amicj nostri Dni Lucae Mayj verbis amanter & officiose ut per literas ab utroque ipsorum, cum sciremus brevi utrumque istuc expatiaturum esse, tunc petiverimus, te salutaverint cum significatione non mediocris nostri gaudij quod foveremus & quo frueremur cum seria gratiarum actione ad Deum pro beneficio mirandae liberationis qua divinitus ereptus ex Centauricis (alludo enim ad Philyram quam Centaurorum matrem fuisse fabulantur) tot annorum latebris Ecclesiae Christi, ut conspicereris in hac illustre testimonium praesentiae Dei, piarumque precum exauditionis, paulo post initium huius anni restitutus es. Quem cum optatissimum & gratissimum mihi nuncium acciperem, incredibili laetitia perfusus hoc qualicunque distichon testatus mox sum, qualis esset exhilarati animi mei sensus & affectio,

cum

cum apud amicos exclamarem: Hoc placet, Hoc tantum recreor ser-
mone: diuq. ut caput hoc seruent prospera fata precor. Ignosces imp-
tienti commemorationi insulsorum versiculorum, cum nihil aliud in
mentem ueniat conatum totum me tibi patefacere, & amicissime quasi
præsentis tui optatissimo complexu frui. Semper hæret velut in-
fixa meo pectori sancta tua quam in postremis ad Collegium Aca-
demiæ nostræ theologicum literis, quantumuis hæ intercidérint, ante XII
annos eruditissime perscripsisti commonefactio, quæ tali simul & ad
hortatione & consolatione tunc utebatur. Caussa vestra non
est: sed filij dei. Vestra etiam uerbis explicata non est: sed Chri
Apostolorum & orthodoxæ Ecclesiæ. Quicquid igitur acciderit, non
dubitemus, veritatem fore victricem. Hac vixi fiducia ad unum &
solum respicite filium Dei, recta via incedentes; & euentum commen-
date Deo, qui tandem illustri testimonio judicium de veritate sua de-
clarabit. Utinam non hoc fiat cum tali Ecclesiarum interitu qualis op-
pressit Asiam et Africam. Vos igitur non ad aulas: non ad hu-
mana prœsidia: non ad fauorem aut studia vulgi: sed ad explica-
tam, quam præ oculis habetis normam veritatis, & ad gloriam humi
liati atq. exaltati pro vobis filij dei respicite, qui est verus Deus &
Homo. quem se Iob lætatur visurum esse in carne sua annis

circiter

circiter bis mille ante natum Christum. Hactenus recognoscis epistolae tuae, quam, ni fallor, ad collegium nostrum prius quam extirbaremur, postremam dedisti, verba. quod pictoram illam tunc molirerem, excerpta inde ut ea circumferrem, non tam libello cuidam quam animo meo inscripta sua et ipsa testari poterunt, ubicunque legentur aut commemorabuntur, fictum fuisse ac ementitum crimen quod Hypocritae & Sycophantae falso in nos contulerunt, coniurationis seu conspirationis initae de turbanda tranquillitate & novandis rebis in ea regione, cui primum restituta fuit doctrina purioris lux, cum taxari cepissent errores et idola superioris seculi, perinde ac si factio nostra contentius studuisset receptum genus doctrinae alicubi mutare, aut peregrinum seu novum aliquod dogma discentibus & posteritati obtrudere. Causa tenax veri vincit, tandemque triumphat: Hostibus invitis tot quot Avernus habet. M Valentinus Ottho, quod absente principe venerat huc, literas Cels. ipsius a te inscriptas reliquit apud Venerabilem M Lucam nostrum. Is reverso Atlanti nostro decenter illas offeret. Interim & hunc recurret ex Heidelbergensi expatiatione M Valentinus, quem D Vitus Ortelius, cum in reditu ex legatione Gallica nobiscum pernoctasset, invitavit ad suscipiendum iter in Gambrivios, ut Regi Danico sisti, & de meliore nota commendari posit. Quod superest meum ex animo tibi fausta precatur, Teque

salutari

salutarj uult mea tota domus. Defendente deo incolumis salueq. valeq:
Et tecum incolumes sint valeantq. tuj. Dat. Cassellis 24
Maij. Anno 1586.

Manu Casparis Crucigeri
Exc. T. reuerenter colentis.

Obsignaturo mihi hoc epistolium monstrauit Venerabilis Maius noster
salutationem tuâ manu in urbe Salinarum mihi quoq adscriptam, de quâ
reuerenter & toto pectore tibi gratias ago, optans ut rerum te conditor
augeat, ornet, & cumulet ueris et hilaribq. bonis. Periculo amici
nostri, quod significatur in literis, quibus adiecisti salutationes uehe-
menter afficior, oroq. filium Dej ut periclitanti opituletur & patrocinetur,
sicut Danielem seruauit in lacu Leonum.

Viro tum pietate, tum doctrina praestantj D
Caspari Pencero, doctissimo in Academia
Serbestano professorj: domino mihi
summe obseruando.

S. Aegerrime fero quod est mihi ab amicis perscriptum, Vir orna-
tissime, meas uidelicet ad te non peruenisse, quibus & priuatim
& literis eadem causa tam felicem et illa tam diuturna captiui-
tate liberationem anno superiore tibi sum gratulatus. Idem igitur nunc
hisce meis meliore, ut spero, fide istuc perferendis tibi testatum
esse velim

esse velim, nempe sicuti mihi tua captivitas & tristissimas preces & lacrymas saepe expressit: ita cum de te tam mirifice liberato cognovissem, non potuisse non maximam laetitiam & ardentissima gratiarum actione & obortis ex diverso prorsus fonte lacrymis testari. Quo minus autem hoc solidum gaudium gauderemus, ut res sunt humanae, prohibuit Illustrissimi et numquam satis a pietate caeterisque heroicis virtutibus laudati principis Ascaniae obitus, in quo tamen casu duae praecipuae res iustissimum dolorem meum allevarunt. Una, quod etsi quod ad Ecclesiam attinet, properata morte sublatus videri potest: tamen beatius nec vivere nec mori potuit, cum neque quod ad huius vitae integritatem, neque quod ad certam secuturae immortalitatis spem attinet quicquam defuerit. Altera, quod, ut audio, sobolem reliquit paternae pietatis & caeterarum excellentium virtutum haeredem futuram. Benedictus igitur sit in omnibus Deus ille & servator noster, & illi toti modis omnibus nobilissimae familiae magis ac magis benedicat, & Ecclesiam sibi istic consecratam, & istis tam durae probationis temporibus in suae veritatis defensione adversus spiritum illum erroris confirmatam feliciter, magis ac magis tueatur. Idem quoque in ea constantia & sancta animi fortitudine, quam tibi in tantis angustiis tribuit, faxit ut ad extremum usque persevereres. Accidit vero ut tum essem

Mompelgardi, quum Illustrissimus ille princeps obijsse nunciaretur: in-
uitus eò pertractus una cum dn. Musculo Bernensi, ut de Ecclesia-
rum pace cum homine illo colloquerer, à quo nihil minus expectari po-
tuit ac debuit. Itaq. non alius fuit istius colloquij exitus quàm is
quem frustra prædixeram. Quid .n. cum illo agas qui præfatus
se ne latum quidem pilum à pristina sententia discessurum, ne prima
quidem artis disputandi rudimenta tenet? Audio tamen illum ple-
nis buccis, ut & Osiandrum, literis etiam undiquaq. scriptis Victorias
nescio quas jactare, & Gallos aliquot nobiles a se conuersos prædicare: quod
facere profecto nisi inegniter & impudentissime mentientes nequeunt.
Quod si fortassis quid hac de re in lucem edere sint ausi (Vix au-
tem ausuros mihi persuadeo) non deerit, ut spero, qui ipsorum im-
pudentia manifeste apud omnes æquos judices coarguatur: silentio a-
lioqui blaterones & sophistas istos deinceps ulturus. De rebus nrjs
Utinam possem lætiora scribere: quamuis illud verissimum sit quod ait
Apostolus, diligentibus deum πάντα συνεργεῖν εἰς ἀγαθόν. Duo-
rum annorum sterilitas Vicini principis haud secus huic ciuitati
quàm olim Philippus Græciæ insidiantis seuerissimis edictis aucta, nostrum
magistratum in eas angustias conijcit, ut publicos professores quinq.
dimittere

dimittere sit coactus. Hoc utrumque malum secuta mox est schola dissipa-
tio, cuius reliquias Theologica professione tuemur, prout possumus. Ex iis
etiam quos gallicae tempestates saevissimae in hoc veluti littus ejecerunt
permulti huc illuc sunt dilapsi, et quotidie dilabuntur, crescente contra
mirum in modum miserrimorum pauperum turba: quibus utcunque
sustentandis vix ac ne vix quidem sufficimus. Ad haec accedit
inaudita hyemis asperrimae et longissimae inclementia, &, ne quid no-
bis desit calamitatis, Pontifex ille rabidus & Hispanus tantum suis
artibus apud venales quasdam animas effecerunt, Jebusitis quoque stren-
nuam in hoc scelere operam navantibus, ut parum jam absit, quin to-
tam jam Helvetiam civili bello ardentem & ultro in suum exitium
ruentem cernamus. Hic igitur praesens est noster status: Quid sit secu-
turum ille novit qui nos mirabiliter adhuc servavit: Cuius in ipso
veluti Leonis rictu sitos: & ut spero nobis concedet, ut etiamsi nobis
pro ipsius nomine sit fundendus sanguis, ad summum illum diem, etiam
mortui potente ipsius manu custodiamur. Bene vale vir praestan-
tissime, & nos vicissim amare & ardentis precibus adiuvare perge.

Genevae. 23. Martij 1587.

Tui studiosissimus Beza.

Quod ex amico quodam nostro cognovi ad te fuisse de Chytraeo
perlatum

perlatum: scito vanissimum esse & prorsus commentitium. Nihil v-
unquam ille ad me, Nec ego vicissim ad eum.

Clarissimo Viro, Casparo Pencero
Medico etc.

Lieber herr Doctor: Ich bin glaublich bericht, das Ihr noch
absterben meynes geliebten Schwehers des Churfürsten zu Sach-
sen, auch Vaters des fürsten zu Anhald, beyder seligen gedächt-
nis, widerumb allerdings auff freyen fuß gestellet, Welchs
Ich also gern vernommen. Und möcht von hertzen gern sehen, das
es mit Ewr gelegenheyt und gutten willen geschehen köndt, das
Ihr euch in meyn dienst hieher begeben, und der gemeinen sach
noch Ewren gaben, die Euch der Allmechtig verlihen, fürgestanden
hettet, Auch mit eurem rath, weyll der alt Man mit mir
anfengt zu gehen, ersprießlich seyn kondt. Begeren darauff
genediglich Ihr wollet Euch so bald möglich bey mir einstellen
Will mich eueres unterhaltes halben dmassen gegen Euch er-
zeigen, dz Ihr meyn zu Euch tragenden genedigen willen zu-
spüren: Und habt mich Euch mi genaden und allem gutten
zugethan. Neben disem werde Ich von dem herren

von

von petlitz zue seyner alsten ankunfft bericht, daß Ihr etliche der herrn Melanchtonis, Ewrs Schwehers seligen schrifften beyhanden auß den patribus gezogen, und D. Luther, mit roter tindten glossiert, Und Ihr Euch gegen Ihm erpotten ein vidimiert copej mir zuekommen zuelassen. Ist hierauff mein gnedigst begheren, dieser Ewer vertrostung noch zuekommen. Geschicht daran vnß ein genedigs gefallen: und sindt darumb mit genaden zuerkennen geneigt. Datum Heydelberg. den 12 Aprilis Anno 1587

Epta tota erat manu Principis scripta

Casimir Pfalzgraf

Ornatissimo et clarissimo viro, Dno Doctori Peucero, amico suo charissimo. Dessauiae.

Clarissime Domine, Etsi tibi neq. de facie, neq. scripto ullo, neq. etiam merito meo notus sim: attamen summa tua eruditio, prudentia, pietas bonis omnibus notissima incredibile iamdudum in me desiderium excitarunt in tuam amicitiam penetrandi. Quod cum hoc tempore coram fieri non possit: parabo tamen mihi hisce literis ad tuam aditum, quam scio bonis omnibus pleno patere ostio. Certe non possum quin tibi et Ecclesiae, Reiq. publicae Christianae gratuler de

de felici et optata pijs omnibus tua liberatione: & in ea magna cum admiratione potentem Dej manum agnoscam, simul etiam singularem bonitatem praedicem: quod hoc maxime tempore insignes tuas virtutes diutius latere noluerit, sed Ecclesiae suae te tanquam e sepulchro excitatum reddiderit, ut miserrime turbatam Ecclesiam & remp. christianam consilijs tuis adjuvaret. Multa habeo quae de rebus nostris (a quibus pendere totius Christiani orbis tranquillitatem judico) tecum conferre cuperem: neq. dubito quin opera tua & prudentia eas valde promovere & possis: & pro summa tua pietate velis. Cum autem causa nostra plurimum interesse judicaremus adirj a me hoc tempore Illustrissimum principem Anhaltinum: et ita in optatissimum colloquium tuum venturum me sperarem: non putauj tamen gravissimas Illustrissimi principis occupationes subito adventu meo turbandas: quamuis summo desiderio te inprimis conspiciendj et alloquendj tenerer: & libens ut praesentia tua fruerer ex itinere meo longius divertissem. Misj itaque ad Illmam Cels. eius doctorem Cruys: eidemq. & has literas & mandata ad te dedj, quae examinari abs te & Illmo principi communicari valde desidero. Magna mihi in Illustrissimi principis pietate spes posita est, & tam tam ardens Illma Cels. eius in causa nostra studium

mihj

mihi olim perspexisse videor, ut paratissimum illum ad res nrās promovendas facile sperem: nec ej sedulam tuam operam & pia consilia defore confido. Iniuriam tibi fecero, si quanti momenti in publicam causa nostra sit: quid salvis rebus nostris Ecclesijs Christi sperandum, quid perditis expectandum sit commemorarem. Et ea mihi de tua pietate pollicear, ut multis verbis cum ea agendum non putem. Peto tamen abs te ut causae nostrae apud Illustrissimum principem adesse, & mihi per lrās quid sperandum, quid faciendum mihi sit libens significare velis. Magnae laudj tibi erit tam piam tanti momentj causam adiuvisse: & habebis me hoc beneficio semper ad omnia officia paratissimum. A Deo opt. max. precibus contendo ut te q diutissime incolumem conservet. Dat. Halberstadij xxvij Iulij. Anno MDLXXXVI

Tuj amantissimus
JACOBUS Segurius Pardelianus
Regis Navarrae legatus.

Excellentissimo et Clarissimo Viro, Dno Casparo Pencero, Medicinae Doctorj. Illustrissimi principis Anhaltini ~~Medi~~ consiliario dignmo

Quantum Illustrissimi Anhaltini principis morte Christiana Resp. vulnus acceperit: ego quidem, Vir Clarissime, cogitare facilius q exprimere

exprimere possim. Et tu qui in eundem mecum dolorem venis, pro excellenti tua prudentia intelligis magnorum & piorum principum mortes magnarum calamitatum praenuncias esse. Certe cum orbem Christianum principibus pijs & prudentibus privari videas, magnum aliquod malum imminere cervicibus nostris, ipsiq. Germaniae praevides. Crede mihi, Vir clarissime, oculum Germania unum amisit! Iam si alterum Deus extinxerit, misere tanquam in crassis tenebris misceri & turbari omnia videbimus. Aufert cotidie Deus e medio terrae pios omnes & bonos tanquam Loth e Sodoma: & nos opera illa Dei vix caligantibus oculis intuemur: imo plerosque gravi oppressos veterno alijs etiam pertinaciter oculos occludentes videas. Sed erit Deo ipsi Ecclesia sua curae. Interim omnes nos oportet serio in id incumbere, ut e veterno illo principes viros excitemus. Ego jam fere biennium hoc inutili saxum volvo. Utinam non omnino frustra. Et pergo porro in hoc opere. Nunc ad Serenissimum Regem Daniae propero ob eas causas quas vobis enarrabit Nobilis Vir Iacobus Bongarsius. Nam absque illa Illmi piissimae memoriae principis vestri morte vos adire statueram. Mitto autem ad vos dictum Bongarsium qui Serenissimi Regis Navarrae literas piissimae memoriae principi inscriptas reddet Illmo principi vestro cum meis. Iam, Vir clarissime, tuum est & juvenem illum principem vestrum in optimi parentis vestigijs, id est recta via retinere, &

ad

ad Virtutem et pietatem inflammare. Quod à te sedulo fieri certum habeo. Peto autem à te, ut eundem Bongarsium juves consilijs tuis, & gratia apud Illmum principem. Causam autem ut promoueas si petiero. petiero id quod jam tutum omnibus viribus praestas. Scio non tibi, sed Chro et reip. te viuere. Responsum ab Illmo principe, & literas tuas quas consolationis & prudentiae plenas expecto, idem Bongarsius referet. Vale Vir clarissime, & me tuis precibus & votis apud Deum inseras: quem vicissim precor ut te quam diutissime incolumem conservare velit. Data Wormaciae. Cal. Januarij Ano MDLXXXVII

Tui amantissimus

Jacobus Seguirius Pardelianus.

Dn. D Casparo Peucero.

S pl. Cl. et praestantissime vir, domine & amice obseruande. Dicere non possum, neque sane apud te debeo, quanto cum gaudio nuntium illum fauslissimum acceperim, quo te, iniquissimo & diuturno carcere eductum, & restitutum tibi, significatum est. Egi igitur tum statim alta voce, agoque gratias maximas Justissimo, clementissimo, Veracissimo Deo, qui vota, preces, gemitus nros respexerit, & recordatus misericordiae suae infinitae, tandem in te quoque reipsa declararit non esse perpetuam Justorum fluctuationem. Repleatur os nostrum gloria & laude potentiae & benignitatis istius, neque iam quisque piorum, qui existimatis grauiter & apud

hoies

homines desperata calamitate conflictans, dubitet afflore sibi tempore o-
portuno, aeterni, & omnem humanorum consiliorum vim superantis Nu-
minis auxilium. Tibi vero, at non tibi solum, verum ipsi et Ecclesiae Chri
ex animo gratulor hoc divinum beneficium, quod redditus es liberis tuis,
propinquis, & amicis, tua causa gravi diuturnoq. maerore affectis, &
sanctissimis optimarum artium & pietatis studijs, quae tua calamitate quasi
si perterrita paene conciderant: te vero libertate ista optatissima recreato
lucis & dignitatis pristinae non parum recuperatura existimantur. atque
ab illo ipso liberationis tuae authore, Deo optimo, clementissimo, serio pre-
cor ut te vas et organon suae misericordiae deinceps eadem misericor-
dia & perpetua sua bonitate prosequatur, abstergendo ab oculis tuis
omnem lacrymam, & conferendo in te, de uberrimo fonte laetitiae & pacis
suae, quicquid ad te exhilarandum, post dies istos acerbissimos, & omni
bono, salutari tibi tuisque, augendum & cumulandum pertinere noverit.
Ut autem a bonis et laudarj & servarj iucundum est: sic ego qui-
dem puto, multo maiorj voluptati tibi esse istam liberationem, quam
studio & opera Illmi & praestantissimi principis (in cuius laudem vel
hoc nomine, qui latus se iam campus aperit!) nactus sis, quam si ea
tibi fortuito aut aliqua arte alia, minus praeclari hominis obtigisset.
Neque non ipsi principi, alioquin optimo & laudatissimo, ad omnem poste-
ritatem

ritatem gloriosum futurum est, quod cogitationem accuratam susceperit, & operam diligentem neg. Exportem summae prudentiae & pietatis navaverit, ad te ex tristissima illa miseria eripiendum, & de universa Christi Ecclesia (ut te, tuosq. & alios taceam) isto pacto sese amplissime merendum. Non, si Rhodum, aut Cyprum expugnasset, aut copias validissimas Turcarum fudisset, mereri se clariorem aut maiorem atq illustriorem gloriam reportare potuisse videtur. Itaq. de hoc tanto, tamq. memorabili eius facto, munere, merito, nulla unquam aetas conticescet, atq. omnes ubiq. terrarum boni praedicabunt, & in caelum ferent laudibus. Pro quo est ut ei & Ill.mae eius familiae Deus vicissim benefaciat, & e ditissimo gratiae & liberalitatis suae penu omnia honorum dignitatum, commodorum ornamenta & incrementa largissime impertiat: in caeteris, ego quoque quoad vixero, optare non desinam. Tibi vero, Clarissime D. Peucere, magnam habeo gratiam, qui me epistola proxima humanissime compellasti; eoq. non modo mihi confirmasti vigere in animo tuo memoriam amicitiae nostrae veteris, sed etiam et laetitiam tuam servati & recreati communicandam duxisti. Horum utroq. maximum in modum sum delectatus. Ac si se dederit aliqua occasio, ut vel ad fratrem vel alio ista via excurrendum sit, non faciam quin te ipse adeam, visam, colam: ut possimus veras audire & reddere voces. Interea te tuosq. rectissime valere, & omnibus optatis rebus divinitus beari opto. Vale. Berlino postrid. non. Maij. A.o CIↃ IↃ XIVC.

Thomas Hubner.

Clarissimo Viro, Pietate & omni doctrinæ genere præstanti, Domino Gasparo Peucero, Domino & amico summe obseruando.

S. Priores meas interceptas fuisse doleo: alteras tibi redditas gaudeo. Ego binas à te accepi ex quo Dominus te nobis restituit, quibus cum nihil tibi παραπλησίως quidem ἀντάξιον à me proficisci possit: mitto tamen ad te quod unum præ manibus nunc habui, et à Dño Monawio nostro accipies, priorem videlicet nostri ad bonum illum virum Καττεχωρίστου responsi partem, idest millies recoctam crambem. Ingratum certè munus, si tibi tam in legendo displicuerit, quam mihi molestum fuit istud quicquid est, tumultuariè cogente temporis angustia, dictare, & typographo tradere, à quo non minus mendose sunt ista excusa, quam à me tumultuariè effusa. Ita se rem habere, ex infinitis battologijs & hyperbatis, & orationis multis in locis obscuritate, quam alioqui vitare pro viribus consueui, cognosces. Sed doctrinam ipsam, ut spero, comprobabis. In ijs ad quæ præterea respondere me cogit eadem necessitas, quædam mihi dicenda sunt, velutj de Baptismo ab obstetricibus vel priuatis alijs hominibus administrato; de venialium peccatorum appellatione, & nonnullis in prædestinationis argumento capitibus, de quibus utinam mihi vel coram vel per literas conferre

prius

prius liceret quam reliquam hanc responsionem edere. Spero tamen ita me de istis quoque scripturum, ut nec iis offendi quisquam bonus possit, nec istis manifeste, vel pelagianis, vel hic quoque ἀούςατα docentibus occasionem praebeam quam jampridem captant. Nam quod ad huius doctrinae usum & applicationem attinet: quae in posterioribus praesertim suis scriptis, beatus ille & sanctae memoriae vir, Dn. Philippus socer tuus, pro insigni sua prudentia spectavit, eadem prorsus docere & inculcare consuevimus. Doctrinam autem ipsam, subtilius quidem & plenius videri mihi videor a nostris quam a vestris tractatam, eo nos adigentibus nonnullis, qui harum partium Ecclesias turbare manifestissime depravata veritate de Gratia Dei, Electi propria, doctrina coeperant perturbare. Sed in reipsa, nullum esse inter nos, ne levissimum quidem dissidium, facile fuerit ostendere. Nec alius nobis certior quaerendus testis, quam Dns ipse Philippus, cuius extat ea de re epistola elegantissima ad ipsum Calvinum scripta, quam si voles excusam inter Calvini epistolas pag. 279 invenies. Quod si quid tamen in istis tibi, cuius judicio plurimum tribuo, videbor φθονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φθονεῖν, operam dabo ne me temere monuisse videare. Etsi enim, per Dei gratiam, non sum ingenio penitus obtuso, testari tamen possum, me argutationes & παράδοξα

semper

semper odisse & studiose defugisse. Sed de his hactenus. De rebus nostris, stat adhuc Geneva, mirifico Dei beneficio, in medijs ipsis Leonis faucibus, adeo quidem ut, nisi quid vicinus ille noster, non minus potens quam capitalis hostis, apertius quid moliatur, statuerit Magistratus noster intermissam anno superiore scholam, proximis Calendis Octobris plenissime instaurare. Ad res Gallicas quod attinet: Ubique miserrima rerum facies, alibi fame, alibi peste, miserrimorum populorum reliquias perdente, bello vero ubique omnia devastante: nostris tamen, per Dei gratiam, toto iam biennio in Delphinatu, proxima nobis provincia, itidemque in Occitania, Aquitania, & apud Pictones sua septa tam fortiter simul & tam feliciter tutatis, ut nihil habeat hostis de quo gloriari & superbire merito possit. Res autem tota vergere nunc ad aliquem exitum prorsus videtur, copijs nostris auxiliaribus firmissimis & instructissimis, in quibus praeter Germanicum equitatum & Gallos aliquot, equites & pedites quorum quotidie augetur numerus, Helveticorum peditum lectissimorum: quorum etiam nonnulli suis stipendijs militant, ad quindecim pene millia recensita sunt in ipsa exercitus lustratione, in intimam usque Lothaingiam, coniuratorum sedem, progressis, & Navarreno cum alteris copijs Gallicis ad iter accincto, ut simul conjuncto

iuncto exercitu, finis tandem aliquis, vel pace firmiori nostris concessa,
vel, si Deus volet, domitis insigni victoria coniuratis imponatur.
Rex, suo more, nostris inimicus, coniuratis suspectus, cogit & ipse
suas vires, sed lento admodum progressu cogat, spectatorem potius
adhuc quam actorem se gerit in hac tragœdia, a pace nihilominus, ut
nonnulli affirmant, non alienus, si modo coniuratos metuere desierit.
Ipsi vero coniurati, adhuc sese in oppidis munitionibus continent,
levibus excursionibus contenti. Sed, ut verisimile est, ubi quod ex-
pectant a Pontifice & ab Hispano subsidium receperint, extrema quo
cogit eos necessitas, consilia capturi. Nunc ergo, si unquam alias, in-
terpellandus, rogandus, urgendus est Dominus Deus & servator ille noster,
ut promissionum suarum memor, nostrorum autem peccatorum oblitus,
suorum reliquias propter sanctum nomen suum conservet. Bene vale
Reverende Vir, & mihi summe observande, una cum bonis & piis istic
omnibus, quos velim ex me quam officiosissime salutari. Dominus Iesus
custodiat vos e cœlis, & sanctis vestris laboribus magis ac magis
benedicat. Genevæ. V Septemb. ex vetere Calendario. 1587

Tuus Beza, manu sicuti
iudes, vacillante.

EIDEM

Gratia

Gratiam et pacem à Domino nostro Iesu Christo. Etsi non dubito, Reuerende Vir, quin idem ille Deus & seruator noster qui te tot aduersis in rebus singulari constantia donauit, cuncta tibi, in isto acerbissimo luctu necessaria suggerat, certior tamen ea de re a Dño Mrō factus, officio meo deesse nolui. Filium optimum senis tibi immatura morte praereptum luges: merito id quidem, tum quia filius tum quid esset, ut intelligo, propter egregias multas virtutes bonorum omnium amore dignus. Plurimum enim certe inter immanem ἀπάθειαν & Christianam constantiam fateor interesse, & sentire nos paterna quoque Dei nostri manu inflictas plagas par est: minime profecto suos consolaturus, nisi prius illos affligeret, neque sanaturus nisi prius sauciatos. Sed ut illa certissima, & uere ἀνώδυνα pharmaca petendum, non ab illa humanae sortis conditione ad quam nos humana philosophia comiter ... lit, sed a Spiritus sancti τοῦ παρακλήτου, a benignissimi patris prouidentia, ab illa spe denique petita quae fallere nos non potest, praeterea: haec paucula spero tibi in mentem uenisse, quibus ipse me saepe & amicos in eiusmodi luctu sum consolatus. Amisisti filium, imo praemisisti. Interiit iuuenis & aetate florenti: eo certe beatior, quo celerius hinc in caelum emigrauit. Priuatus es eo quem merito sperabas fore senectutis tuae leuamen: at illo tu certe, sat scio, non innitebaris

miteberis, et, ut exceptum sit tibi tantum istud Dei donum, idem est & ma-
net doni illius autor. Orbatus es filio: at ille cælo potitus est. Si tui
causa illum amasti, teipsum non illum amasti, quod absit ut vel tibi de te
persuadeam. Cur non igitur potius de tanto illius lucro gaudeas quam de vllis
tuis damnis doleas? Sed de istis apud te quidem nimium multa. Vt
autem intelligas ista sic a me scripta ut tamen non mediocriter hoc tuo
justissimo dolore commovear, atque adeo communem in hoc casu jacturam
totius Ecclesiæ, ac præsertim Germanicæ deplorem: mitto ad te versiculos
quibus filio tuo parentavi: quos etsi non admodum faventibus Musis
effusos, velim tamen ut tanquam certum mutuæ nostræ coniunctionis pro-
[illegible] accipias. De rebus nostris, & Gallicis non ita pridem ad te
scripsi. Annum longe funestissimum nobis imminere & cælum ipsum
& totius orbis terrarum status turbulentissimus testantur. Schola nostra
publica restituta quidem est quod ad professores attinet, sed pene va-
cua adhuc sedilibus resonant pulpita. Faxit Dominus Deus noster tam
nostrorum peccatorum immemor quam suarum promissionum memor, ut in ista
justissima ipsius iræ fornace cum spinis non consumamur, sed, ipsius
bonitate & virtute freti excoquamur, verum tandem refrigerium in
ipso adepturi. Bene & diu vale, Reverende vir, & mihi summe
observande Domine & frater. Genevæ. 17a octob. veteri Calendario
1587

Tuus Beza, manu sicuti vides vacillante.

D O M S.

Peuceros habuit nuper Germania binos
Vnum, patrem: natum, alterum.
Dignum isto patrem nato, natumque parente:
Vtrumque patriae decus.
Quorum servatum nobis divinitus illum,
Amant boni, timent mali.
Hunc vero nimium properata morte peremptum,
Cum patre nunc lugent boni.
At tu Peuceris, quam dura haec fata duobus
Frui vetant, Germania,
Si sapis hunc serva, quo salvo semper habebis
Quod orbis invideat tibi.

OPT. & DOCTISS VIRI CASPARIS
PEVCERI MEMORIAE CLARISSIMI
VIRI CASPARIS PEVCERI F.
MAGNI ILLIVS PHILIPPI MELAN
CHTONIS N. THEODO
RVS BEZA
M. P.

Mag.co & Clarissimo Viro, Domino D. Peucero, Ill.mi Principis Anhaltini & Medico & Consiliario, Domino suo Carissimo.

Clarissime & veris omnibus Christi fidelibus charissime D[omi]ne salue. Mi-
raris fortasse hominis ignoti salutationem: Sed cum eximia eruditio tua
& diuturna illa vincula quibus adimplevisti τὰ ὑστερήματα τῶν
θλίψεων τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί σου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ
ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία te bonis omnibus & notum & preciosissimum red-
diderint, ne mireris si hoc qualicunque officio meam in te observantiam
atque ut ita dicam pietatem testari optaverim. Dolui equidem vehemen-
ter, quod nuper Zerbesto iter faciens te adire & coram salutare non
licuerit, cum Illustris Schonbergius quicquid apud Illustriss. principem
tuum Regis mei nomine tractandum erat in se suscepisset: Sed cum mei
iuris non sim, mihi commissis negociis non autem studiis meis man-
cipatus, dolorem hunc non aliter quam publicam hanc servitutem quam
nunc servio, quaeque mihi doloris huius causa fuit, ferre conor. Ut
autem nihil quod illum leniri possit sciens omittam, primum Reveren-
dum D. Amlingum & eruditum D. Dersmannum rogavi ut meum nomen
referre apud te, & quid de meo in te studio ex unius & alterius horae
colloquio cognoverint indicare vellent. Deinde cum primum per occupa-

tiones

tiones licuit, hac ad te exarare visum est, ut postquam quis sim, quid rerum
agam, quoque actiones meas dirigere cupiam, intellexeris, vel absentem intus
et in cute noscas, nostrumque in eam amicitiae tuae partem recipias quam mi-
hi convenire non ex meritis meis, sed ex singulari tua benevolentia judi-
caveris. Breviter igitur sic habeto. Postquam meliorem aetatis partem iis
belli et pacis studiis insumpsi, quae generosum regni gallici civem in me-
diocri fortuna educatum decere existimabam, visum est Regi Christia-
nissimo, cuius a multis annis servio, me in Angliam et Germaniam le-
gatum mittere, ut legitima et pia principum Evangelicorum auxilia, ad-
versus illegitimam et impiam Papistarum Hispanogallorum rebellionem
implorarem, una cum aliis Illustribus viris, quos ipsius M[tas] jam an-
te hunc eisdem ob causas praemiserat. Itaque secundum mandatorum
meorum fines nihil nisi legiones cohortes, bellicosque omnes apparatus et
consilia crepo: a quibus cum te ex instituto vitae genere omnino alie-
num esse sciam, neque ipse hisce de rebus tecum agere aggrediar. Verum
tamen cum bellum non belli ipsius, sed pacis percipiendae gratia geren-
dum susceperim, et ex fine ipso τὰ πρὸς τὸ τέλος sint dimetican-
da, nihil sane a munere meo alienum facere me puto, si ab iis
consilium capiam, quos pacis Christianae veros amatores esse et artibus
politicis prudentiae instructos et fama ipsa publica et opera laudatissima
testantur.

tetantur. Inter quos cum te primarium locum tenere judicent omnes quorum hac de re judicium aliquod est & estimatio esse potest, hoc tibi persuadeas velim clarissime Dñe, nihil mihi tua amicitia esse optabilius, in quam si semel me receperis, non dubito quin amico tuae opis egeno liberali manu succurras, & ex divite penu plurima in publicos usus necessaria, prout se occasiones offerent, humaniter promas. Nam cum armis domini mei Regis christianissimi, ita hactenus benedixerit Deus, ut quamvis rebelles ex obstinata sua pervicacia nihil remittant, ita tamen iam sint fracti & debilitati, ut in paratam & inevitabilem ruinam cum maenia saxis solitis patria proni incumbant: quod magis curare debent omnes quibus res publica sunt curae, quam ut extincta singulari Dei virtute, lethali peste, optima sanitatis in reip. corpore tuenda ratio ineatur? Hac vero in parte quis plura praestare potest quam Doctorus ille omni eruditionis genere, sed & historiarum cognitione clarissimus, ex quibus omnes turbatae reip. restituendae rationes & oportunitates supra omnes huius seculi homines observavit! Sed cum scientiarum omnium scientia illa & regina Theologia te semper in primis delectaverit, non politica tantum sed & theologica a te expectabo. Mixtam enim esse scis tumultuum nostrorum causam, partim ex effraeni potentum quorundam dominandi libidine, partim ex vetere & implacabili plebis

Gallicae

Gallicæ in Religionem quam vocamus Reformatam odio. Ambitionem sanabit aut spero & rescindet manus Regia a Domino Christo [illegible] virga ferrea armata. At odium illud odio id est bello sanari posse vix concedent illi, qui contrarijs contraria curari asserunt. Hic, hic igitur Clarissime Pencerj, tuam operam imploraro, ut me de bonimedo in te animo tuo facias certiorem. Nam ni causa omnis morbi pellitur, frustra certe laboramus, & impropria curandi ratione ægroto vires debilitamus magis quam restituimus. Sed ne te longiori salutatione teneam finem hic facio, Deum vobis ardentissimis precatus, ut te Ecclesiæ suæ mirabiliter bat[illegible] servatum servet diutissime & bonis omnibus augeat. Si rescribere velis, literas Francofurtum mittes, quo mihi iam est properandum, easque D Olivario Ecclesiæ gallicæ pastorj commendabis. Bene vale. Brunsvico. 24 Junij 1590.

Tui studiosissimus

Philippus Canaius a Fraxinis,
Regis Christ^mi Galliarum sacri Consistorij Consiliarius: & in Germaniam Legatus.

A Reverendo et spectatissimæ tum pietatis tum doctrinæ Viro, Dnõ D Cassparo Pencero domino & amico honorando: Serbestæ.

Acceptis tuis literis, quibus me dignatus es Heidelberga scriptis, manum
tuam sum deosculatus, ut hominis suo merito in Ecclesia celeberrimi, &
mihi pro humanitate singulari sua, amicissimi. Quod si mihi etiam
concederet Dominus ut te coram aspicerem & amplecterer, nihil pro-
fecto mihi foret hoc occursu iucundius. In his enim miserrimis
temporibus, in quae haec nostra senectus incidit, vix quidq. me magis
reficit & recreat atq. cogitatio de te tuiq. similibus, quorum amicitia
& iudicio de meis qualibuscunq. studiis adversus malorum & male
volorum calumnias magnopere me sentio confirmari. Agedum igitur
mi frater, quandoquidem nos corporibus quidem magno terrarum spatio
Deus disiunxit, animis vero coniunctissimos esse voluit, summo in
vera religione consensu, mutuo nos amare & mutuis precibus
adiuvare pergamus. Ecquando vero nos hinc erepti, Deum
illum nostrum videbimus sicuti est, una cum beatissimis illis An-
gelis & summorum quoq. virorum spiritibus, quos vivos colui-
mus, & quorum nunc mortuorum memoria, scriptis, & exemplis
erudimur, tantisper dum & ipsi in patriam appellamus? Quid
enim hodie videmus, quocunq. loco versemur? quid audimus ex
ulla huius mundi regione, quod in nobis non accendat dimis-
sionis illius desiderium, quam sanctus ille senex Simeon, cygneo
illo

illo cantu sibi gratulatur? at mihi quidem cogitanti, & cum praesen-
te rerum statu comparanti, quae noster Paulus de plenitudinis Gen-
tium ingressu vaticinatur, pro foribus nobis adesse tempus illud vide-
atur, quod praedicens Servator ille noster, Num inquit Filius homi-
nis cum venerit, reperturus est fidem in terra? Sed bene est,
quod idem ille dies nobis coelum aperiet, & istorum Gigantum fu-
roribus optatum nobis finem imponet. Det nobis Dominus ut nos vi-
gilantes et lampadibus accensis, sponso illi nostro advenienti occurrentes,
ante fores, pene jam maxima ex parte occlusas excipiamur. Caeterum quod
ad res nostras speciatim attinet, quum ad tam diuturni belli calamita-
tes nunc etiam accesserit quod in Gallia praeter spem & expectationem om-
nium bonorum accidit, et pluribus tibi explicare quaedam est mihi reli-
gio: satis intelligis quae nunc pericula magis ac magis hanc civitatu-
lam, ab immani & praepotente hoste circum cinctam & Antichristo prae
ceteris exosam circumstent. Perstamus tamen Dei beneficio singulari,
&, ut spero, Dei tum potentia tum benignitate fretus, ad extremum per-
stabimus: sive nostro quoque sanguine fuerit ipsius veritas, quam
una cum libertate nostra tuemur, obsignanda: sive quod nonnullos
adhuc video sperare, mihi vero nunc satis est optare, praepotens ille
Deus noster lucem ex his ipsis tenebris elicuerit. Tu vero nos, sat scio,

neq;

neq. id solus, attiduis precibus perges in hoc sancto nostro proposito foveri ne, instar nimium multorum, in medio cursu desiciamus. Bene vale Reverende Vir & summe mihi observande. Dominus Iesus te, ut oculi sui pupillam ab omnium malorum insidijs & insultibus magis ac magis asserat, sanctisq. tuis laboribus quam cumulatissime benedicat. Genevæ. 24 Aug. funesto illo Gallicæ carnificinæ die 1593

Tuus Beza

His literis iam obsignatis comperi me omisisse quod minime oportuit. Sebastianum Ugelium mihi abs te commendatum omni officiorum genere demereri studebo. Sed quum ad illum scribes velim illum hortoris ut ad me saepius venire non dubitet. Nam alioqui vestrates, nisi quum pecuniam adverminuit, non magis sese nobis conspiciendos praebent, quam si absentes essent.

Spectatissimæ tum pietatis tum doctrinæ
Viro, Dño Caspare Peucero, domino
mihi summe observando.

S. Mitto tibi teipsum Vir summe in ea tabula expressum, quam vere dixerim totius veræ Theologiæ ἐπιτομήν, tam accurate, solerter distincte descriptam, ut nihil absolutius in hoc argumento, repetitur ab ultima usque ætate, id est, ab ipsius mundi initio & toto omnium seculorum decursu

decursu, breviore simul & magis perspicuo compendio scriptum legerim, ut mecum judicaturos omnes aequos lectores spero. Patere me igitur totius Ecclesiae nomine à te impetrare postulantem, ut quaecunque habes eiusmodi nobis non invideas. Caeterum de agnato illo tuo, quem mihi de meliore nota commendasti, literis ad me Heidelberga anno superiore datis, utinam tibi possem jucundiora nunciare. Obtuli advenienti nosipsos & nostra omnia. Ille vero non modo nos, sed etiam seipsum neglexit, ut inter nimirum multos, qui nulla prorsus ratione se regi patiuntur, studuerit etiam eminere. Itaque etsi mihi nudius quartus meliora quaedam est pollicitus: tamen hinc primo quoque tempore revocandum illum censeo, ne quid illi deterius accidat. Quâ de re ad Tussanum nostrum scripsit. Dolet hoc mihi incredibiliter, saepe cogitanti de hoc nimis vero: Heroum filii noxae. absit tamen ut in hoc quoque verum istud comperiatur: sed mihi crede satis acri remedio huic est opus. Ad res nostras quod attinet, pendemus adhuc ΜΕΤΕΩΡΟΙ, sed ab eius nutu, qui nos adhuc mirabiliter conservavit, cui nos velim magis ac magis pergas, hanc civitatem, Ecclesiam & scholam commendare. Etsi enim in Gallia videntur coniuratorum conatus plane labefactari, & nos coepimus aliquantulum per istas induciàs respirare: tamen adhuc multis de causis quas scribere supersedeo, spem superat metus. Bene vale

Vir

Vir eximie, & mihi summe observande. Genevae. 7 Martij 1594

Tuus Beza

Clarissimo Viro, & tum pietatis,
tum doctrinae spectatissimo, Dno
Casparo Pencero.

cum senis singularum tabellarum exemplaribus.

S. Mitto tibi teipsum, Clarissime Vir, & mihi summe observande frater, tui videlicet praestantissimi ingenij imaginem, minime mutam, & iconice proversus in illa utraq. tabula expressam, cuius duodecim exemplaria, te una cum istis acceptarum confido, Joannis Aubrij Typographi fidei, sicut spero, francofurti commissa, prout Dn. Monavio nostro mandasti.

Quod si nos etiam illa tua περὶ προνοίας καὶ προορισμοῦ, quam nobis idem noster Monavius bono tuo nomine spopondit, fueris dignatus, multum etiam hoc nomine tibi debebimus, & a nobis, Deo favente, diligenter curabitur emendata ipsius editio. Tantum autem vide, ut diligentis & harum rerum non imperiti descriptoris manu utaris. Videor enim mihi quaedam menda in manuscripto posterioris tuae ad nos "missae de praesentia Dei tabellae exemplari observasse, quae tamen quoniam magni non sunt momenti, nec sententiam ipsam violant, immutare nolui. Caeterum de rebus gallicis, tum etiam nostris, quae ab illis necessario nunc quidem dependent, ex schedula ipsis inserta cognosces. Ad me vero privatim quod

"Nonbergam trans—"

quod attinet, excepto manus tremore, qui me vix patitur vel lineolam
exarare, sic adhuc valeo singulari Dei beneficio, ut & diebus Dominicis
concionari, & alternis hebdomadibus possim sine molestia tres theologicas
habere praelectiones, auditorio, prout ferunt haec tempora, non prorsus in
frequente. Exercent me magnopere variae ac pene infinitae occu
pationes, non illae tantum quae ἀχωρίστως cum hoc meo munere
cohaerent, imo in quibus proprie versatur huius meae functionis usus,
verum etiam illae ἔξωθεν, singulis pene momentis supervenientes.
difficultates, quales ac quantas facile potes conjicere vitari nullo
modo posse in tanta bellica tempestate, qua jampridem iactamur. Sic
igitur inter has turbas paulatim ad metam contendo, animum
quantum fieri potest, sursum subducens. Et nunc sum totus in mea
rum in Novum Testamentum annotationum editione postrema, cuj
labori multo sane libentius immorior quam in ea, quam adhuc lusimus
opera lucrifaciendis istis, quos ego quidem deinceps ut αὐτοκατα-
κρίτους semel ipsius Dei iudicio relinquendos arbitror. Tu vero
quem non dubito modis adhuc omnibus ab istis exerceri, perge qua
tibi divinitus datum est constantia non tantum in vera veritate
perseverare: sed etiam pro Christi nomine multa perpeti. Perge
inq

ingruam, eadem sancta magnanimitate non tam adversus istos τῶν νῦν
ἐδοξισμῶν traditos luctarj quam omissis illis sanam doctrinam promovere.
Sit autem Domino illi & Servatori nostro vnico laus & gloria in aeternum
quod spiritu erroris etsi non penitus, aliquatenus tamen cohibito, Tibi
& fidis alijs suis servis perfugium aliquod sub nonnullorum etiam
principum praesidio reliquerit, tantisper dum haec tempestas desaeviat
sicut tot jam ante seculis admoniti sumus. Esaiae 26. 20. Et
cum minime ignores, quantis jampridem tempestatibus haec civitas
jactetur, impiorum odijs exposita: perge nos quaeso cum bonis istic
omnibus amare, & assiduis precibus illi nostro, licet nunquam dormitanti
custodi commendare: & mej quidem pro vetusta illa nostra, Wormaciae,
felicibus auspicijs, in conspectu summi illius viri Socerj tuj coepta
conjunctione, nominatim meminisse, vt in medijs istis procellis, in quas
haec mea senectus incidit, ἀπροσκόπως tandem in portum appel-
lam. Quod superest, Huyelinum illum nostrum ab aliquot men-
sibus apud nos ex patris voluntate versantem scito, quum quorundam
malorum sodalitium sequutus aliquantulum aberravit, mox sese ita
docilem meis & collegarum monitis praebuisse, ut illum nunc melius
collocatum, & omnia nobis recta & honesta spondentem sperem. Suorum

Expeltenj

Expectationi satisfacturum, quâ in re nunquam committemus, ut ullum in nobis officium desideretis. Bene vale clarissime vir, & domine mihi summe observande. Dominus Iesus illa sua παντοδυνάμει bonitate salvum & incolumem Ecclesiae suae te quam diutissime conservet, & tuis omnibusque cumulatissime benedicat. Geneva 26 Augusti veteri calculo 1594.

Tuus Beza.

Extract aus eynem Schreyben Landgraff
Wilhelms zu Hessen: an Hertzogen
Ludwig zu Wirtenberg.

Was sonsten den Redlichen, Ehrlichen und Gelarten Man, Doctorem Peucerum betrifft, ist er lange zeytt und will dher auch bey Churf. Augusti lobseliger gedachtnus leben unser bestellter Medicus gewesen, und demselben auch seyne besoldung, in seyner beschwärlichen gefangnus mit des Churfursten gutem wissen jederzeytt gefolget worden: und haben wir denselben unsers leybs gelegenheyt halben, die leyder also gethan, dz wir nicht eynes, sondern viel der Medicorum bedürfftig bey uns. und wie wir nicht sollten wollen das E. L. oder auch Jemandts anders uns dessen in ungutten verdenken thun wurden: also stellen wir auch in keynen zweyfel, wan ihme die vordere von-

unpar,

unparteischen Richtern verstattet, Er werde sein Christlich gewissen und bekantnus wegen der wahren Christlichen Religion also zu eröffnen wissen, das Er seyner irrigen lehr mit warheit zu convincirn und zu überwinden: Vnnd möchte Er, der gute Christliche Man auch also befunden sein, es würde sich weyland Keyser Maximilian hochlöblicher gedächtnus intercedendo, wir gleichwoll erhoben seyner angenommen, noch auch Churfurst Augustus lobseliger ihnen bey E. L. leben der custodien erlassen haben. Das er aber von seynen widersachern dermassen E. L. und anderen eingebildet: das ist leyder: Gott erbarms: der welt lohn, und nicht newo. Ihe mehr und besser einer umb das Regiment und die Kirche verdienet: ihe ubler es belohnet wirt: Vnnd muss Er das auch mit gedult verschmirtzen: und dem lieben Gott die rach befehlen: Der wirt in ihn seyner unschuldt, wie andere zu seyner zeit rechen.

Haben wir E. L. hinwieder freundlich nicht verhalten wollen. Datum Cassel. 19 January. 1592.

Extract: auss Hertzogs von Wirtenberg schreiben. an Landgraffen Wil- helm zu Hessen.

Was der D. Pucerum belangen thut: lassen wir gleichwoll denselben

denselben eynen gelarten Medicum seyn: und ist unser meynung gar nicht E L in wenigsten ordnung oder mass zugeben, welcher gestalt und durch wem die denselben afflictam valetudinem curiren lassen sollen. Das aber ist uns woll bewust, dz gedachter Pencerus viel mehren und grössern schaden in deutschland mit ausbreytung der Calvinischen lehr, den Calvinus selbst gethan. Ob nun und was der Allmechtig durch eynen sollichen Man bey E L gesundheyt wölle verbessern lassen: das stellen wir seyner Allmacht heym. Wir machen uns aber keynen zweifel, da er gleich an E L leyblichen gesundheit etwas nichts verholffen: so würde Er doch an E L, derselben diener und unterthanen, daneben viel grössern schaden anrichten und schaffen. Stadtgart. 15 febr. 1592.

Reverendo Viro, & summa tum pietate
tum doctrina praestanti D Caspero
Pencero, D mihi summe observando.

S Reverende Vir, & summe observande frater: Ego enim tibi tuam illam eruditissimam de praesentia Dei in creaturis, libellam, non fuisse satis emendate, & ex animi tui sententia exclusam, nulla certe, neque mea neque operarum culpa, sed eorum qui nec uno modo, nec satis emendate

descriptam

descriptam illam ad nos miserunt. Idem pene accidit in altera illa
(cuius exemplaria una cum his literis accipies) adeo quidem ut parum
abfuerit, quin eius editio fuerit dilata, donec illius aliud exemplum
abs te ipso vel descriptum, vel emendatum mitteretur, quo uno niteremur:
Veritus tamen ne male quispiam istam dilationem interpretaretur, au-
dacculus esse malui in pauculis, citra ullam prorsus, ut confido, ipsius
sententiae mutationem, leviter non sane mutandis, sed ut ita
loquar, alterandis, quod factum fuisse animadvertes in quaestione sexta,
& undecima. Sed & in decimatertia vocabulum illud ERVTO ter abs
te repetitum, sed ambiguae, ut mihi videtur, significationis, & quod
calumniandi occasionem nonnullis malis praebere possit, ausus
sum expungere, & deinceps ubi pontificiam & lutheranam doctrinam
cum veritate comparas, quarto capiti adiicere ascensionis Domini in
coelos, & eiusdem ex coelis reversionis articulos: qua in re si quid forte
imprudens peccavi, rogo ut hoc mihi humanitate & aequitate tua freto
condones. Interea Deo optimo max. gratias age de tantis in te collatis
egregiis donis, quae velim ut, qua soles constantia excolere & exercere,
maximo totius Ecclesiae commodo, pergas. Quod si haec mea audacia
minime deterritus illam quoque de praedestinatione tabellam, mihi a

communi

communi amicissimo nostro D. Monamo promissam, & a me cupidissime expectatam, mittere digneris, sed quam emendatissime descriptam, curabo ut quam optima fide hic excudatur, & non mihi modo gratissimum feceris, sed & totam Ecclesiam, ut spero, magno beneficio affeceris. Caeterum nos, per Dei gratiam, in his tantis tempestatibus, aliqua specie quietis adhuc fruimur, singulari ac plane admirabili Dei beneficio, indutijs cum vicino principe ad finem usque Maij pactis, & bona fide, sicuti speramus observandis, Regibus Lugduni adsolutio, & ut confidimus, profligatis Hispano gallorum reliquijs, regnum tandem pacaturo. Ad Te autem quod attinet, non jam tuum duntaxat, sed nostrum, nihil mihi laetius audio, quod tibi renuntiem, quod ex isto quoque D. Lectio nostro te cognovisse non dubito. Bene vale Vir Reverende, & mihi summe observande. D. Jesus tibi, tuisque sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Iterum vale & nos vicissim amare perge. Genevae. 25 Aprilis veteri calendario 1595

Tuus Beza.

Clarissimo ac praestantissimo Viro D. Casparo Peucero: artis Medicae Doctori peritissimo: Domino ac praeceptori suo observando.

Gratiam & pacem ab uno deo ac patre: & a Domino nostro Iesu Christo.

Cum

Quam optarim, Vir clarissime, ac praeceptor observande, vel unum diem tecum esse. Auditurus enim ex te essem, quae scire inprimis cuperem. Audires tu quoque, nisi fallor, quae non audivisse poeniteret. Verum quia optando parum proficitur, mitto ista, ac cla. Tuae significo, fuisse hic duos viros nobiles ex Silesia, familiae Zedliciorum, cum quibus cum familiariter conversarer, interrogavi de Tua cla. num adhuc superesset, & ubi degeret? Responderunt illi de Te, quod auditu pergratum fuit: Suam quoque operam promiserunt in meis ad te literis recte curandis. Quam ego opportunitatem minime negligendam putavi. De rebus praeclare gestis a nostro Principe hac aestate, contra immanissimum hostem Christiani nominis, existimo te habere omnia explorata. Agnoscimus & praedicamus opem divinam quae praeclare se exeruit in hac expeditione. Visa inter caetera est Aquila albo capite in castris Principis nostri, cum primum Trans Alpinam ingrederetur, quod etiam videtur maius quid portendere. Mihi dubium non est, idque ex praedictionibus prophetarum, iam prae foribus esse excidium Turcicae Tyrannidis, sed unde vehementer invalescet altera Tyrannis pontificia, cui accedet omnis ista potentia. Haec ita fore indies magis apparebit, ut ut etiam in Ungaria res videantur Christianorum

pene

pene desperata. Maximas hoc tempore orbi & Ecclesiae instare mutati-
ones non dubitas credo. Quales etiam illae sunt futurae, sciri ex pro-
phetarum oraculis recte intellectis potest. de quibus utinam apud te dissere-
re liceret. Sed, si Deo ita visum, aliquando, ac breui quidem, leges, quae
si scribere hic vellem, literarum modum longe excederem. Misi amici-
cum quendam meum in Germaniam, ad quem nunc scribo, teq. ut invi-
sat rogo: Is si poterit venire, narrare quaedam poterit, si audire voles, ut
voles. Me quod attinet, fungor officio pastoris in hac Ecclesia Claudiopo-
litana. De quo ne mussitare quidem in Germania licet, publice hic
doceo in celebri coetu auditorum, Unum nimirum esse deum ac patrem,
qui est super omnia, & ex quo omnia. Unum esse Iesum Christum Dei &
Mariae filium, qui ut ab initio sermo erat apud deum, ita in plenitu-
dine temporis caro factus est ex virgine Maria. Trinitatem personarum
in uno Deo nullam agnoscimus. Dogma istud & Antichristianum &
inutile ad fidem & inuocationem credimus, atq. etiam exprimimus. Nec
desunt nobis argumenta ex sacro verbo Dei inuicta ad fidem nostram
tuendam, & aliud sentientes confutandos, de quibus hic dicendi locus non
est. Si de praecipua hac controversia cognoscere voles, ubi id rescivero
dabo operam ut praecipua capita ad te mittantur. Promisit hic nobilis

Zeslicius

Zedlicius, cui meas tradidi, suas et meis ad te adiunxeram, ex quibus in
telligere possis, qua commoditate scribere ad me possis: quod etiam te non invito
animo facturum existimo. Cum proxime apud te essem, hoc est cum
primum carcere esses eductus: mentionem feci argumenti de quatuor monarchijs
quas usitatam sententiam convellere conatus sit quidam Joannes Bodinus
Gallus. Tum scriptum istud ante te visum negabas, qui hactenus omni
lectione librorum caruisses. Ab eo autem tempore vidisti forte et legisti.
Praecipue ipsum offendunt, quae nostri de Romano imperio scribunt, aliena,
ut putat, a Danielis prophetia. Huic rei ut medendum sit, eaque di..
cantur quae et cum rebus quae hodie ob oculos versantur, et cum pro..
phetia consentiant, diu multumque cogitavi, idque tandem sum consecutus
singulari Dei beneficio, ut existimem ea me proferre in medium posse,
quae argumentum hoc multo exactius explanant, quam a plerisque hactenus:
de quibus etiam si rescire voles, et quid hic sentiam cognoscere, ni
hil velim libentius quam iudicio tuo quod singulare est, meam interpreta
tionem submittere. Ista hoc tempore, clarissime vir, perscribere ad
te volui, tum officij gratia, tum ut postea occasio nobis esset de talibus
conferendi, quod hoc tempore non ignorari maxime refert. Deus opt. max.
qui pater est Domini nostri Iesu Christi te spiritu suo regat et consoletur.

Mihi et hanc ad te scribendi libertatem: & quidem aliter forte quam debebam, ignoscas, qua par est modestia rogo. Scripsi hac IX Decemb. stylo novo: Claudiopoli in Transsylvania.

Cla. observantissimus
Erasmus Joannis Soltwedelensis
huius Ecclesiae pastor.

RESPONSIO
Erasmo Joannis Soltwedelensi
Claudiopoli.

Si meministi, tu incarnate Diabole, quod ante annos decem me compellaris e carcere liberatum, cum te tuae faciei & nomine plane mihi ignotum, auditorem quondam meum fuisse asseveravis. Cum etiam non recordans colloquii nostri, & valedictionis meae postremae, qua mercedem cum Serveto parem pro blasphemiis in filium dei paritus tibi denunciavi, si cum eo furere in Sanctam Trinitatem pergeres contra tam evidentem Scripturae Sacrae veritatem? Ad illud praesagium meum cum tu attonitus similis profugeres ex arce dessaviensi, ac si jam carnifex cervicem tuam peteret, Ego ab eo tempore, quo tu fuisti, didici quidem ex relatu aliorum, sed quo te furiae Diabolicae abripuerint, & in quas adegerint terras, nec cognovi nec inquisivi. Doleo autem vehementer, quod ad

Transsylv.

Transsylvanos delatus apud illos blasphemum virus tuum evomas, &
quidem publice, ut glorians, atq. in celebri castri eius urbis, quae Ζεύγμα-
τος veteri, nunc Claudiopolis nomine novo a Daciae limite natura mu-
nito, olim Romanis adversus infestos populos Arx belli: deinceps Ecclesiae
Christianae & orthodoxae adversus Mahometanos hostes blasphemos filij
Dei, Domicilium ac sedes praecipua in ea gente paulo ante fuit. Istam
ergo urbem in cloacam Diaboli, & buccinum infernarum furiarum te
praeconem versi atq. evadere, & Mahometanis furoribus portas aperire
ac praebere receptus & hospitia, non possum non vehementer dolere.
Quod vero superbissime iactas, invicta te habere tuae fidei argumenta ex
Scriptura: At fundamentum aeternae salutis nostrae, quo aliud nemo
ponere potest praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus, sed
perpetuo, unoq. totius Scripturae & orthodoxae Ecclesiae consensu, ut Deus
& Homo in una persona, verus & aeternus Deus quidem natura & ori-
gine, unigenitus Dei patris filius, genitus ante secula, habens vitam a
patre in semetipso, sicut pater vitam, quae ipsa est essentia, in semetipso ha-
bet, in forma dei, aequalis Deo, eoq. ὁμοούσιος ϗ συναΐδιος patri, qui est
ante omnia, & per quem omnia condita sunt. Verus homo autem in assumta
nostra carne cum anima vitae fonte, quam posuit moriens, recepit resusci-
tatq

tatus à mortuis, idem manens in vita, id est, essentia à patre accepta, qui fuit ab aeterno, & in qua subsistens per se, ut Ellegua nero & per-sona distincta à patre, carnem assumtam sustentat ac gestat. Hoc ergo immotum fundamentum, quod, Christum verum deum negans, & nudum hominem mentiens, non vereris impio scelerato & proterno ore dogma Anti-Christianum & inutile ad fidem & invocationem proclamare, aperteque te hostem sanctae Trinitatis profiterj; Id si intelligere non vis, scias te facere autore, impulsore, & ductore Satana, superbo patre tuo, qui ut pater mendacij & calumniator est ac depravator eorum quae ex sinu patris protulit ac patefecit nobis filius unigenitus, sic irrisor est maiestatis & gloriae filij Dej. Istas blasphemias tuas non mittas ad me, ut incendio non lectione dignas: neque historica tua quorum meministj. Nihil mihi tecum, ut cum incarnato & desperato diabolo volo commercij esse. Sed uno me verbo expediens semel precor, Increpet te Dominus Satan. Increpet, inquiam ti Dominus Satan, & confun-dat ac disperdat blasphemum os tuum, ex hoc nunc & usque in ae-ternum. Amen, Amen, Amen.

Caspar Peucerus D.

Sequitur Responsum ad has D. Peuceri literas: datum Ei qui literas ipsi transmiserat.

Dem Ehrenvesten und Edlen Christoph
von Zedlitz etc. meynem günstigen
Juncheren und freunde etc.

Nach wündschung gottlicher gnaden und glücklicher wollfart, thu
ich E E zu wissen, wie ich hoch erfreuet sey, da ich gehöret von
E E widerkunft zu uns. Wolt auch nit liebers den mit
E E gesprech haben gehalten. Hoffe aber was iezt nicht geschehen,
soll dennoch nit dahinden bleyben, ehe E E gar wider anheim
zeugt. Das auch E E so fleyssig ist gewesen, und meyne brieff
an ihr ort geschickt, thu ich mich bedancken, und bin widerumb
erbotig E E nach vermögen zu dienen. Was antrifft des
Herrn Paului schreyben, desgleichen mir auch ist zuvoren behen
digt, hab ich zwar entpfangen, bin aber in meynem gedancken be
trogen: Den ich nicht gemeint hette, das der Herr Paulus noch
so eynen langzwinigen gefryns, noch so kindisch sein solte,
das er. in so hochwichtigen sachen welche Gottes ehr antrifft
und Christi seynes Sohnes, sich geben solte auff unnütze laster
wort, welche zur sachen gar nicht dinen. Und ist allhier nix
verstendiger den die Papisten gegen die Lutherischen, und die
Luthe

Lütherischen gegen die Calvinischen, Den dieselben wollen auch
nicht hören, sondern sparen blind zu, schelten und verdammen,
Das sie nie recht haben verstanden. Ich hatte mich gegen herrn
Pontanum erboten Ich wolte Ihm dise gantze sache, von dem ewigen
ewigen Gott, was von beyden seyten dafon in disem Lande eyne
Lange zeytt her ist geschriben und gepredigt, fein ordentlich zu-
schicken, das er solte wieder recht wissen, darnach in waren
forcht Gottes, und mit verstand urtheilen, wie uns den der
Apostel Paulus lehret, und gebeut, Omnia probate, quod bonum
est tenete. Aber diss alles achtet herr Ponteanus nicht, dichtet
mir fälschlich an, das mir nie ins hertze ist kommen, alss solte
Christus ein blosser mensch sey, da Ich gläube und predige,
Christus sey im anfang gewesen, ja Gott habe alles durch Ihnen
aus nichts erschaffen, wie Er durch Ihn auch hatt sein volck
erlöset, durch Ihn auch die welt richten wird. Weil
Er den nicht ein mall verstehet, waron der streit ist, so mus
Er ja von der sachen reden, wie ein blinder von der farbe.
und geschiht Ihm recht, weyll Er nicht horen will, und also den

erst urtheilen

vrtheilen. Er soll nicht gedenken, er habe alles aussgelernet, Es ist
noch viel das er nicht weyss, und das er von anderen, denen es
Gott gegeben hatt, kündt lernen, wan er sich was demüttiger mochte
anlassen. Er würdt bald vernehmen wie er weit geschelet hatt
in dem, das Er vil geschriben hatt de quarto Imperio in Daniele, id
est Romano. Er weiss nicht noch dasselb heüt recht züverstehen sey
und die propheten nicht dahin zübedeüten. Ich schweige es auch
weyl ich sehe, das er so gar ungestüm ist. Lass Ihnen
aufftretten und sagen noch Daniel von disem gegenwertigen
Türkischen krieg habe geweissaget, und was der aussgang dises
sein soll, will er ia so klug sein. Solches aber hatt uns
Gott der Allmechtig, auss seynem heyligen wort züverstehen ge
ben, ob er uns gleich noch so sehr verachtet. Diss wirt Er
so er wird leben, besser in kürtz erfaren, und wirt Ihn
gerewen, das er nicht besser audientz hatt geben. Got ver-
leyhe gebe Ihm das unrecht so Er an mir übett, und gebe Ihm
eynen sanfftmüttigen geist in gottlichen sachen. Den in den
selben ist nichts mit pochen aussgericht. E E bevelh Ich

Finis

Jhesum Christo unserm eynigen herrn und erlöser in seynen schutz mit bitte, E. E. welle Jhre reyse dur uns lenken; das soll E. E. das vernehmen, darüber sie sich hertzlich wirt erfrewen. Datum eylend in Clau. 9 Sept.

E. E. Dinstw.

Ex. fo.

Præstantissimo Viro, Domino Casparo Pencero Consiliario & Archiatro Anhaltino, Domino & fratri summe obseruando.

Vir eximie et mihi summe obseruande frater, Erit tibi, ut spero, viuæ epistolæ loco noster Paludius istuc post semestrem apud nos una cum generosissimo D. Wenceslao Zahisello commorationem veniens: ex quibus plenissime tum de publico rerum nostrarum statu, nunc quidem tolerabili sed adhuc tamen incerte, tum de valetudine mea ad optatissimam illam ἀναλυσιν magis ac magis inclinante cognosces. Quam vero mihi grata & jucunda fuit illorum præsentia, crebris de te & alijs summis Viris, partim iam in cœlum præmissis, partim adhuc superstitibus inter nos habitis sermonibus, haud secus quam si præsens illos intuerer, tam pene inuitus illos a me dimisi, & absentes diu requiram. Intuens enim

enim in hunc praesentem, non iam delirantis sed penitus furentis mun
di statum, vix ulla re magis recreor quam quum de maximorum illorum
virorum, quibus indignus erat mundus, & quos brevi nos subsequuturos
confido, tum dictis tum factis cogito. Age vero interea, mi suavissime
frater, mutuis nos precibus iuvemus, & veluti perpetuo quodam celeu
smate, Uter prior in optatissimum illum portum perveniat, certatim conten
damus. Dominum .n. Amlingum, itidemque D Bersmannum, quos hic
officiosissime saluto, spero fore ut tamquam adhuc laboribus perferendis idoneos
& Ecclesiis non utiles modo, sed plane etiam necessarios, praeveniamus. Ce
terum quam avidissime tuam illam nobis promissam tabellam expecto, nec
tamen improbo, quod mihi postremis suis literis D Monavius noster signi
ficavit, cupere te priusquam illam scriptionem absolvas, Gelliana illa Snecca
nica videre & expendere: qua quidem in re duplici me beneficio af
ficeris. Nam & ita copiosior erit vestrae sententiae explicatio & contrariae
refutatio: & certius ex te quam ex ipsius Sneccani scriptis nuper demum
ad nos allatis quae sit illius hominis sententia cognoscam: hominis in
quam, ad omnia (quantum adhuc coniicere potui) perturbanda & per
miscenda

miscenda nati, et sunt sane intolerabilis ad Calvini et meos temere de-

ceptos quosdam locos detorquendos impudentiæ, atque adeo, nisi Deus ob-

stiterit, magnas ut olim alibi, sic ubi nunc est turbas dabit. Cognosces

autem ex eodem D. Monaino nostro gliscere aliud in gratuitæ Justificatio-

nis partibus distinctè explicandis dissidium, cui utinam à doctis simul

et prudentibus ac moderatis Theologis adhibita quoque si opus sit piorum

principum autoritate, tempestivè occurratur, adversus nonnullos à quorum

audacia et audaci ingenio, non temere, ne sit oriturum aliquod mag-

num incendium metuo. Ad me quidem quod attinet, satis est

mihi quod ante XLVI circiter annos, nempe anno domini CIↃ IↃLX

rem hanc totam pro meo modulo in mea Confessione jam tum edita, et

postea tum hic a summis viris, tum Heidelbergæ cum Catechismus

illius Ecclesiæ scriberetur, ipso et à Polonicis Ecclesiis in synodo communi probata

et, ut spero, cum doctorum omnium ætatis nostræ Theologorum scriptis

consentiente, docuerim. Quod si tamen cuiquam in ea re videbor, ex sacris

literis demonstrari allucinatus, faxo, Deo favente, ut verum esse id quoque

comprobetur, quod semper sum testatus, esse me videlicet ad discendum quam

ad docendum

ad docendum paratiorem, nec esse cur quisque metuat, ne quid turbarum committam. Quid autem illud sit, de quo hic agitur, & unde nonnulli movendæ istius disceptationis occasionem arripuerunt, velim ut, nisi jam est hoc satis tibi perspectum, ex mea, siquidem istic extet, Confessione intelligere non graveris, ac tuum ea de re judicium mihi perscribere, in quo futurum confido, ut ego facillime acquiescam. Summam autem ejus controversiæ sic habeto. Christi justitiam, cujus unius per fidem apprehensæ gratuita imputatione salutem adipiscimur, sic nonnulli stricte & anguste in Christi obedientia, quæ est ejus justitiæ causa formalis ac veluti substantia, considerant, ut eam duntaxat expendant & nobis explicandam censeant, quatenus Christus peccatorum remissionem pœnis quæ peccatis nostris debebantur plenissime persolutis, impetravit. Et hoc quidem maximum beneficium absit ut verum esse quisque Christianus inficietur, quum eo uno remedio à morte apud Dei tribunal absolvamur, pace per fusum illum pro nobis Christi sanguinem impetrata. Sed quum ad hoc, ut plenissime in Christo beati evadamus non tantum requiratur absolutio à mortis reatu & pœna: sed præterea

distinctè

distincte requiratur, ut id a nobis afferatur, cui vita aeterna promittitur in lege, quatenus ea in Christo per legem fidei stabilitur, ut loquitur Paulus Rom. 3. 31 (id est perfecta illa utriusq. tabulae praestatio, numeris omnibus absoluta) dico illam Christi iustitiam & obedientiam non tantum passivae, sive quatenus per eam credentibus nobis imputatam, a morte absolvimur, & spoliari operae, ut sic ab omni mortis aeternae metu liberemur: sed etiam vel maxime expendendam, quatenus Christus per eandem illam obedientiam poenas a nobis debitas persolvens simul quoq. per eandem illam ad mortem usq. crucis praestitam pro nobis obedientiam, omnem iustitiam, id est quicquid homo Deo debet in utraq. legis tabula comprehensum perfectissime (non pro se profecto iam in sese ab ipso conceptu sanctissimo & iustissimo, sed pro nobis, pro quibus homo factus est) implevit, nempe ut ad illam conscientiae pacem sive a damnatione liberationem, accedat alterum istud beneficium, distincte ab Apostolo cap. ad Rom. 5 vers. 2 expressum, spes illa indelebilis gloriae filiorum Dei, per δικαιώματος τοῦ νόμου praestationem nobis parta. Hoc Apostolus postea, nempe a cap. illius 5 versiculo xi ad sextum usq. caput, hanc

obedientiam

obedientiam Christi posterioris Adami transeuntem in nos gratis per impu-
tationem, opponens illi reatui prioris Adami, in quo omnes peccauimus &
rei nascimur, pertractat: ubi etiam obseruandum illud uidetur, quod
ibi Paulus de hoc altero Christi beneficio ad gratuitam a peccato & morte
liberationem adiuncto disserens, non simpliciter dicat nos δικαιοῦσθαι,
id est absolui, sed δικαίωσιν κατ᾽ ἐξοχήν, nempe ut iam de vita quoque
aeterna tanquam iure nobis per Christum, illa plenaria quam lex postulat
praestatione parata & per fidem imputata gloriemur: & ita sicut per
peccatorum remissionem ab illa maledictionis legalis formula: Maledictus
qui haec omnia non fecerit: liberamur: sic & ad nos legalis illa promissio
Hoc fac et viues; a qua per foedus legale excludebamur, per Euangeli-
cum foedus nobis ius ad aeternam vitam obtinendam attribuat: perfecta
alioqui nostri iustificatione ad aeternae quoque vitae adeptionem minime suf-
ficiente futura. Sed de his, apud te praesertim, plus satis, quae tamen
velim a te vel unius mei causa diligenter mihi explicari, & prout
expedire iudicaueris, aliis declarari, ne quis uel meae sententiae non
satis gnarus, uel alio affectu impulsus, meo nomine ad ciendas turbas abu-
tatur.

abutatur. Sed & istud, quamquam audacius a me factum, velim ut abs te

impetrem, nempe, ut quum mihi noster Paludius non paucos recensuerit

strenue Christi causam apud illustrissimum Brigensem & Legnicensem

principem propugnantes & tibi amicissimos, cuiusmodi sunt D. Regimannus

Cancellarius, itidemque D. Wenceslaus Zedlitius, D. Hosticius, D. Sprech

tius, D. Smidius Consiliarij, quibus Dominus magis ac magis benedicat,

ne graveris illos meo quoque nomine quam officiosissime salutare, utpote

quos licet absentes, & aliquot mihi prorsus incognitos, in Domino ta-

men venerer & observo. Bene vale vir eximie & summe obser-

vande. Dominus Jesus religiosissimam & sancto suo nomini vere

sacratam Anhaltinam familiam totam protegere, & omni benedictio

num genere magis ac magis cumulare pergat. & venerandam hanc

tuam senectam tam feliciter actam in tantis tempestatibus magna

cum sui nominis gloria servatam magis ac magis tibi, tuisque tuis

maximis omnibus ornare pergat. Genevae XXVIII octob. veteri cal

culo. Anno ultimi temporis. CIↃ IↃ XCVI.

Tuus totus Beza.

Exoptem

Opto [illegible] vereor ut istic Confessio mea extet, ita ut illam facile nancisci possis

possis, adieci istis libris meis tres eius quaterniones primos, ex quibus meam de gratuite iustificationis partibus & earundem usu sententiam pro meo modulo expressi: reliquos etiam addituros, nisi hic eius tabellarius fuisset recusaturus.

T. T. Beza.

Reverendo viro, doctrina, virtute & pietate praestanti
d. Adamo Curaeo, docenti Evangelium filij dej in
Ecclesia Vratislaviensi ad S Mariam Magdale-
nam: amico & fratri suo carissimo.

S D Carissime Adame: Praestaret vestros contentos esse & pactio-
nibus quas injustis decreto continentur, communi, & responsione Soteri
proxima, nec movere amplius quicquam, nec curiose plura scrutari, ne prae-
beatis occasionem ingenijs inquietioribus ἐν πολυπραγμοσύνῃ, turban-
di consensum, quo hactenus steterunt Ecclesia vestra. Scis natura ita af-
fectos esse etiam bonos viros, ut si audiant controversi aliquid, cupiant co-
gnoscere causae statum, & argumenta, quibus pugnatur. Talis si fuerit
inter Auditores, vestris certaminibus excitata cupiditas: quid sequetur
aliud quam dissensio? Hanc vero quomodo sopietis semel invectam?
& ex hac dissensione, quid nascetur aliud nisi prophanitas? Quan-
tum potes ergo annitere & labora, ne renoventur certamina & ut im-
ponatur silentium utrisque. De tua quaestione cogitavi diligentius. Non
est dubium, aliter Deum efficacem esse promiscue in omnibus per res
creatas, quibus indidit vires peculiares effectrices certarum actionum,
quas conservat, & ut sint ἐνεργητικαί praestat: Aliter rursus in Ecclesia
per

per vocem Euangelij & Sacramenta. Efficacia illa, qua viuificatur conuersi & renouantur ad vitam aeternam, non est vocis ministri sonantis, neq. Symbolorum quae exhibentur, verum Spiritus Sancti agentis in corda nostra per haec media. Et magicum est ac contumeliosum in deum, tribuere prolatae voci, aut verbis scriptis vel recitatis, peculiarem vim actionum Spiritualium effectricem: Sicut de consecrationibus olei, aquae baptismi, rerum fruendarum finxerunt Papistae. Sed sunt verbum vocale & Sacramenta media, quibus deus nos vult docere, & non aliter, & per hanc doctrinam in cordibus accendere nouam lucem, & motus nouos doctrinae congruentis. Vult audiri filium, vult inquiri & cognosci in verbo, & hoc modo vult nos eruditos atque edoctos de sese & sua voluntate viuificare per Spiritum sanctum. Et ideo vult hoc modo efficax esse, ut sciamus in verbo patefacto ipsum quaerendum esse, & ad verbum mentes debere alligatas esse: Non vult expectari peculiares raptus aut reuelationes extra verbum, sicut somniant Swenkfeldiani. Etsi verbum vocale per sese non ciet aut gignit nouos motus & deo placentes. tamen ut ita dicam, organon illud est, quo nobis communicatur Spiritus Sanctus, quo ille docet, illuminat, regit, sanctificat & viuificat homines, non alias creaturas, sicut de consecrationibus Papistae somniarunt. Et sicut vox ministri per aures transfunditur cor: sicut dicta Euangelij

vox

Vox auribus percipitur: sic incurrentia in oculos Sacramentorum symbola
per oculos hoc cum pingunt menti, quod sermone vox ministri auribus explicat.
Damnandi sunt itaq. utrique: Schwenckfeldiani, quod excludunt & abijciant
ministerium, quia Verbi vocalis non sit efficacia peculiaris & physica: Etsi
enim non est physica actio Verbi & symbolorum, quae eodem modo se habeat:
vult tamen Deus hoc modo efficax esse in nobis: id est per verbum & sacra-
menta: non vult sine verbo rapere aut percellere corda nostra raptibus &
enthusiasmis, quos illi fingunt. Efficacia est ipsius Spiritus Sancti, non
Verbi aut symbolorum in Sacramentis, quae sese habent ut docentia &
pactionalia. Alligavit sese Deus ad Verbum, & per verbum, ex pacto
vult efficax esse, tanquam per eam rem, quae nos de sese & sua voluntate do-
cet & confirmat. Ita alligavit sese ad symbola sacramentorum, &
per ea vult esse efficax ex pacto, tum quod docent, tum quod velut
ἀρραβῶνες confirmant fidem doctrinae. Symbola autem pactionalia vim
& efficaciam physicam non habent. Papistae damnandi sunt, quod
vim magicam verbo vocali tribuunt, efficaciam physica actione atque effec-
tione, tam in creaturis alijs quam in hominibus. Impium & blasphemum
in Deum utrumque est. Haec breviter ad te scripsi indicatis praecipue
momentis controversiae: de his cogitabis ipse accuratius. Non est abo-

lendum

lendum ministerium vocale ut experiatur ἐπιφάνεται ἐν φανερώσει peculiaris extra verbum: quod severissime prohibuit Deus: Neq. est nis magica illi tribuenda. Bene & feliciter vale. Salutem opto D. Morlinjo. 7 Sept.

Clarissimus Caspar.

EIDEM.

S. Reverende Dn. Adame. Quod explicari sese Flacius & κενόδοξε negavit ex argumento quod objicis, idcirco ad sua illa confugit παράδοξα, ut opinionem quam gignit novam & ecclesiae ignotam tueatur. Differunt perpetua praesentia Spiritus sancti in toto ministerio Legis & Evangelij, & ea efficacia qua per verbum excitat fidem in attendentibus non repugnantibus, non aversantibus aut excludentibus, aut refugientibus cognitionem veri: a praesentia in cordibus credentium, cum a Christo effusus in corda credentium & fide acceptus habitat in ijsdem et ἀδιάξει τὰ προσ-διὰ καὶ διανέμει διαφέροντα χαρίσματα. Hanc ut ita dicam specialem praesentiam in cordibus credentium, quae fiunt ναοὶ ἅγιοι καὶ οἰκητήρια Spiritus sancti, semper discernit scriptura ab universali & perpetua praesentia eiusdem in toto ministerio, & vocat illam χάρισμα καὶ δωρεὰν, καὶ δῶρον τοῦ Χριστοῦ. Est enim haec ipsa missio & effusio Spiritus sancti donum peculiare Filij Dei, quod sua pro nobis obedientia & intercessione peperit, sicut dicitur in Actis 2. Exaltatus

ad

ad dextram patris & accepta promissione Spiritus sancti a patre, effudit hunc,
sicut videtis & auditis. Tunc autem habitat in cordibus credentium cum
fide accipitur per verbum, sicut multa dicta testantur. Gal. 3. ἵνα τὴν
ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ πίστεως. Actor. 5
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ ἔδωκεν ὁ θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν. Eph. 4.
ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς
δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. 1 Cor. 12. ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθη-
τε πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ: et plurima alia quae re-
censere supervacaneum est. De hac speciali efficacia in credentibus
singulis, καὶ περὶ τῆς τῶν διακονιῶν, χαρισμάτων καὶ ἐνεργη-
μάτων διαιρέσεως legimus Paulum ad Rom. Ab hac differt effi-
cacia Spiritus sancti universalis, qua per ministerium primo ferit &
movet corda, & accendit fidem in iis qui audiunt Evangelium & assen-
tiuntur, sicut dicitur, fides ex auditu est. Est enim dissimilis ratio
doctrinae philosophicae & doctrinae caelestis. Philosophia erudit mentes
de iis rebus quas ipsae sua vi, & insita lucis adminiculo percipiunt
& intelligunt: harum cogitatio mox afficit leges & ordine naturae deva-
ctis operationes in voluntate & corde. Doctrina caelestis concionatur
iis de rebus quae neque intelliguntur, neque apprehenduntur assensu, nisi
mentibus

mentibus sancta, nova ac caelesti luce simul imbutis: nec praecepta spirituales vivificos & Deo placentes motus excitant, nisi corda simul afflet & inflammet idem Spiritus sanctus, qui quidem haec efficit per verbum & sacramenta. Non enim aut sonus verborum aut symbola in sacramentis, physica effectione hoc praestant, sicut effectio physica est doctrinae philosophicae: Sed per verbum & sacramenta agit & operatur vis Spiritus sancti, accendit in mentibus fidem, & impellit voluntatem. Haec impulsio, ut praeclare Macarius inquit, προτρεπτικὴ est, οὐκ ἀναγκαστική: neque ulla inde sequitur coactio. Agit enim Spiritus sanctus in voluntatem, cuius libertatem non extinguit, sed instaurat & renovat ac dirigit. Et Paulus inquit: τὸ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὑρίσκω. Et tota haec doctrina, sicut Ecclesiae nostrae eam profitentur, eodem modo perspicue est explicata a Macario, cuius recens ὁμιλίαι in Gallia sunt editae. Manifesta est ergo responsio ad argumentum: Spiritus sanctus antecedit fidem & sequitur. Antecedit: scilicet per ministerii vocem, movendo corda: Sequitur, scilicet per fidem habitando in cordibus & ea sanctificando. Coniuncta sunt enim, acceptio gratuita & donatio Spiritus sancti, & simul fiunt: & haec omnia vocantur Regeneratio seu Conversio ad Deum, nec momentis distingui possunt. Et

actio

actio Spiritus sancti per ministerium universalis non est otiosa aut mortua, sed
vivit et efficax, inchoans instaurationem depravatarum virium, effundens lu-
cem menti, voluntati, et cordi afflans motus: sed non cogit reluctantem et repug-
nantem voluntatem. Nec sequitur: Sensus carnis est inimicitia adversus Deum:
Ergo habet se homo repugnative, ante, in, et post conversionem, ut contumeliose
scribit Flacius; et nulla est libertas voluntatis: Sed manet voluntas libera, quae
auxilium Spiritus sancti, id est eam ipsam quae fit per verbum efficacem impulsio-
nem et commotionem admittere aut reijcere et excutere potest: cumque reijcit
facit id nulla Dei aut Spiritus sancti culpa, sed sua propria culpa vertit in
exitium. Haec perspicua sunt et utilia conscientijs, et consolationum plena.
Quod Deo placeat efficere sua vi voluntas nequeat, sed auxilium Spiritus sancti
quo Deo placentia perficiat, quodque per verbum Spiritus S. voluntati efficaciter of-
fert, admittere aut repellere potest. Praeclare in homilia quinta Macarius
inquit: μόνον ἡμεῖς διανήψωμεν ἔννοιαν ἀληθῆ κινούμενοι, καὶ
ἐπιστρέψωμεν εὐθέως καὶ ὀρθῶς, βοήθειαν παρ' αὐτοῦ ἐπιζη-
τοῦντες, καὶ αὐτὸς ἐστὶ σῶσαι ἡμᾶς ἕτοιμος. ἐκδέχεται γὰρ
τοῦ θελήματος ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ῥέουσαν ὁρμὴν, ὅσον ἔχει
μὲν δυνάμεως, καὶ τὴν ἐκ προαιρέσεως ἀληθῆ πίστιν καὶ προθυμίαν·
τὴν δὲ κατόρθωσιν πᾶσαν αὐτὸς ἐν ἡμῖν ἐργάζεται. Regi-
nit Deg

vit Deus conatum recte faciendi: etsi nunquam is est ille quem Deus iudicat cur iustitiam quam requirit, & Vult hominem audire verbum & attendi Spiritum sancto, per verbum efficaciter illuminanti & moventi corda & auxilio Spus sancti luctari cum reliquiis peccati. Haec omnia extinguit Flacius, fingens conditionem & delet totam de iustificatione & nova obedientia doctrinam, & adimit mentibus consolationis praecipua fundamenta. Sed ignosces prolixitati. Bene & feliciter vale. De munere tuo gratias ago tibi, & remitto chartaceum. C P.

EIDEM.

S D. Venerande & cariss. Adame. Et probo & laudo moderationem tuam a qua ne te patiaris ad conflictus & certamina, partim de suggestu, ammoneri, vehementer oro. Tuas de verbo vocali rationes iudico esse firmissimas & sufficere refutandis deliriis Swenckfeldii qui ministerio verbi reiecto deducit mentes ad raptum & conditionem expectationem, sicut Flaciani nunc faciunt qui perturbant & inculcaunt petulantissime neque sine labore explicata dogmata. Non sunt abducendae mentes a verbi auditione meditatione & cogitatione frequenti ac perpetua. Fides ex auditu est: Auditus autem per verbum Dei. 1 Thess. 2 λόγον θεοῦ, ὃ καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσι. Item 2 Timoth 1. Φωτίσαντος ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ εὐαγγελίου. 2 Cor. 3 Evangelium est διακονία τοῦ πνεύματος. Esaie 51. Posui verba mea in ore tuo, & umbra manus meae protexi te ut plantes

tes caelos: et innumera alia. Scribit consensum Ecclesiarum Flaciana cohors: Hinc tantum ubique arcanum disputationum, tantum petulantiae pullulat. Deus misereatur nostri & colligat sibi inter nos aeternam Ecclesiam, in qua semper explicata & cognita semel veritatis doctrina incorrupta luceat. De altera ratione consulo, ne a formula in Locis & Examine perscripta discedas, neque utriusque τετραγώνου voces, quas antea satis horridas esse, & si quid puter apud eum, hortaris ut consideret usum canonis, & inquirat quibus sit formulis usa, & quid senserit Antiquitas? ne imitetur clamores eorum qui nunc pontificio idolo patrocinantur plus quam Adversarij ipsi, & roborant nervos tyrannidis pontificiae. De personis vestrae Ecclesiae praeficiendis cogitandum diligenter. Primum consultissimum mihi videtur, ut veteri consuetudine illius Ecclesiae tibi adiungatur & Dragnerus collega, cui templi Elisabethini cura & administratio commendetur. Praestat duos esse coniunctos atque consentientes, si tales haberi possint. Cui vero sit praeficiendus templo Elisabethico etsi meum nondum consilium, tamen inclino eo, ut Maturum praeferam omnibus ijs quos indicasti. Probo in eo modestiam, integritatem, gravitatem, intellectum sermonis, cognitionem multarum rerum, & quod eum sincere scio sentire, et amantem esse concordiae, studiosum pietatis verae. Reliqua ὃν δοκοῦσι μοι ἁρμόζειν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐκκλησίαν. In

D Petro

D Petro praeter facundiam quid sit, nosti! Velim certamen τῶ ἐπὶ δεῖπνου sopiri. Quo magis exarserit, eo plus turbarum, plus damni dabit: Et semel motas Ecclesias ac fluctuantes, & in partes distractas vobis sedare rursus atq. coniungere erit difficile. Meum ἀνόητον hortabor ut quiescat, nec irritet amplius alterius Melancholiam, quam sibi efferuescit, sit esse causam futurum. Tu moderate reprimas rusticam & incautam vehementiam tui collegae. Bene & feliciter vale. 25 Julij Tuus Caspar.

EIDEM.

S D. Quae fuerit nobis adolescentibus opinio de ingenio tui collegae, Carissime Adame, meministi & curiositatem nobis scis in eo nimiam semper displicuisse. Idcirco etsi à Creatore certaminis causam praebitam esse doleo, quamquam nesciam quae sit illa: tamen multo magis doleo Scultetum historiam certaminis in concionem produxisse, & Ecclesiam ignaram nouarum opinionum ac dissidiorum commouisse, cum quid inde periculi omnibus impendeat, non ignoret. Nisi gubernatio illius Ecclesiae commendata fuerit alicui, cuius autoritatem Diaconi cogantur vereri, sequentur deteriora. Quae in hac controuersia sit veritas, adeo mihi obscurum non videtur, ut cum tua voluntate in perspicua luce carinari qui dimmulantur, non intelligam. Te hoc etiam rurgere omni conatu virium tuarum, ne ab ea formula in quam consenserunt discedant collegae: neue posthac rem necessarijs & non recte explicatis disputationibus

tionibus Eccles. turbis involuant majoribus & inde in discrimen conjiciant al-
laturam vastitatem Ecclesiae & defectionem ministerii. Nihil abs te consultius
& rectius fieri potuisset, quam quod venit ad Cratonem de una certa & perpetua forma.
In adeptis quam qui complecti & unum pane recusarit, is jubentur discedere,
& quaerere loca in quibus suo arbitrio novare & turbare quaevis possit,
quibuscunque libeat. Satis hostium nobis adversatur, quorum conflictus sus-
tinere difficile est, neque possit sine multo labore, & sine tonia atque ardenti invo-
catione potest: ne attrahatis nova inter vos & non necessaria bella: neve
his priora & indignaque. Circumfusa nobis pericula communicetis. Cratonem
quantum intelligo vehementer offendit istius vestri ἀκολάστου διακόνου,
quod ex privatis sermonibus arrepta occasione protinus subvolavit in sug-
gestum, & effudit quaecunque in buccam venerunt, nec desistit eadem magis
magisque subinde & concionibus exagitare: in quo re quantum peccaint, intel-
ligis. Sed & Cratonem velim quiescere, nec paulatim evanescentia intem-
pestivis disputationibus renovare. Sed caput omnium puto esse, ut maturi
Senatus decreto delegatur gubernator Ecclesiae ad S Elisabetham, quem recte
veri rogantur & a quo si sit opus admoneantur & coerceantur Diaconi. Si
pertrahi ad vos D Joannes Aurifaber posset anteponerem eum omnibus. Sed nec
tus ne frustra tentetis hoc. Idcirco post Aurifabrum quem pluris faciam Ma-
terno

terno non reperio: Nec video, cur externo & peregrino & imperito rerum potius sit commendanda Ecclesia quam domestico. Bene & feliciter vale. 30 Julij

Casp. Peuc.

EIDEM

S D. Reverende D Adame: Non intermisi consuetudinem scribendi hactenus alia de causa quam quod domo abfui amplius mense uno, secutus inclytum principem Anhaltinum ad thermas Carolinas. Certamen τῶν διπλῶν eo devenit ut non de veritate sed de affectibus suis plerosque contendere videam, & certamen in odia civilia exardescat, & attemantur fundamenta quae filium Christianam destruant. Moderationi, cui ego meo loco studui hactenus, locus nullus est amplius. Vos igitur qui estis in ministerio videbitis: Certius & de vobis & de vestris auditoribus Deo ratio reddenda erit. Cum ut veritas in hac controversia, alius explicatam tradit Paulus, cuius ego vestigijs & sententiae Deo adiuvante quoad vixero insistam: Nec depelli me iubeat dimoveri ab illa analogia & norma, illius contentionibus patior, Nec me admiscebo posthac vestris rixis, sed intra mea me vocationis metas continebo. Si interrogatus debuero consilium, dicam libere in quibus consistat veritas, quae ambigui & obscuri nihil habet. Cratonem te apud me accusasse non recte suspicaris. Neque ego is sum qui repente in alterius gratiam quicunque sit, abrumpam aut dissolvam amicitias: Nec disputo de causis missionis Matthaei: In aliena enim Republica πολυπραγμονεῖν me nolo nec debeo. Studeo eminere boni

&

et contentionum, quam sentire suum conatus, & id dedi operam, ne a me usquam ulla certaminum causa nec occasio existeret. Sed cum dissidia crescant & odia, unum tamen id dabo operam, ne his praeter opinionem & contra vocationem meam impliciter. Hoc enim propositum habeo, ut volens sciensque nec contra vocationem nec contra conscientiam facere aliquid velim. Cetera commendo Deo conditori & conservatori Ecclesiae suae, quam piis & rectis consiliis confido affuturum esse. Bene & feliciter vale, meque, quod fecisti semper, amare perge. 8 octob. Lipsiae. raptim. C P

EIDEM.

S. D. Sentio me lectione literarum tuarum vehementer in Paulina sententia confirmatum esse: Itaque cum videam te non quaerere veritatem sed nebulas, quas veritati offundas, permittam hac in parte te tibi ipsi, nec verbulo vel minimo haec amplius attingam. Quod circumferri mea ad Maternum scribis, scias me haec de te ad Maternum nullum unquam verbum scripsisse: Imo dubito an ad eum unquam scripserim, dum fuit Vratislaviae. Si quid vero quod meum est spargitur: id ubi videro si erit meum, ad quemcunque fuerit scriptum, agnoscam illud, & meum esse confitebor ingenue. Non pudet me veritatis: nec Deo adiuvante ab agnita veritate discedam in mea conscientia, quam etiam, si opus erit, confitebor: etsi me nullis volo admiscere certaminibus, nec faciam unquam

volens

volens aut sciens vel contra conscientiam vel contra vocationem. Quod a me amicorum voluntates & studia alienantur doleo. Mihi inter ea praesidia, quae ad hanc vitam comparo, nihil tam curae fuit quam inire gratiam verum apud viros bonos, quam adeptus quibus potui officiorum generibus, non alere tantum sed confirmare etiam & augere studui. Cogito & hoc, veram gloriam constare utraque, testimonium propriae conscientiae recte iudicantis, & approbationem aliorum recte iudicantium. & platonis illud mihi ante oculos est. χρὴ ἐν εὐφημίᾳ τελευτᾶν. Sed cum contingere simul utrumque nequeam, quamquam acerbum hoc sit animo meo, tamen contentus ero altero, de quo praecipit Paulus, militans bonam militiam retinens fidem & bonam conscientiam. Hanc praefero applausui publico, quem, si me vellem instituere & attemperare iudiciis & affectibus vulgi, fortasse captare & obtinere non multo difficilius possem quam alii. Haec me conscientia, oppressum etiam calumniis eriget & consolabitur. Nosti platonis illud. τῷ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον (addo etiam ἀσεβὲς, καὶ ἀνόσιον ἐν συμβουλον) ξυνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος. Nec quicquam novum mihi accidit, quem similes motus iam aliquoties sum expertus. Inter nos tamen amicitiam nolo esse aeternam, quam nolim hoc certamine dissolvi, quod unde natum sit, & cur tanta vehementia agitetur non est obscurum. Spero te quoque inquisiturum esse & considera-

turum

tuarum fontes diligentius. Bene & feliciter vale. 28 Martij.

Tuus ex animo
Casp. Peucerus.

EIDEM

S. D. Reverende Dn. Adame, frater cariss. Quae hactenus respondi pau-
cis & obiter de Controversia, qua nunc ardet orbis Christianus, scripsi pri-
vatus ad privatum, amicus ad amicum. Nam & dilexi & diligo te sincere
& ex animo, & pro mea erga te affectione fide ac voluntate consultum tibi
cupio quam optime. Cum vero in proxima epistola tua, totum te aperueris, ed-
ita confessione in qua pervenerare cogites, & suggilles me non obscure, ab-
rumpam dissimulationem illam, ita ut praecipere aut praesentire tibi nihil ve-
lim. Alienissimum enim est hoc a voluntate & professione mea: sed
quod pro mea de te sollicitudine scripsi, id occultaturum te esse & meas cre-
maturum literas confido. Quod ironice exagitas sapientiam meam, quae
me iubeat ἐπέχειν, id facile fieri patior. Sed vicissim tu scias nolle me
Vocationum discrimina. Non est mea opera conducta ad certamina Ec-
clesiastica, sed ad artem Medicam docendam & faciendam. A filio Dei ha-
beo mandatum commune cum tota Ecclesia de Confessione, quam adiuvante deo
edam interrogatus, ubicunque fuerit opus, & hac praestita feram ope divina quod
erit ferendum: Ad utrumque enim me paravi dudum. Sed nititur mea Con-
fessio fundamentis alijs quam tua, ut dicam summatim. Nihil me inclito
arroganter

arroganter, sed hac de re mihi pervestigatam esse & perspectam doctrinam &
sententiam Ecclesiae omnium temporum, possum affirmare & ostendere. Nunquam
ergo aut propter ludibria & praestigias verborum quae in recentibus scriptis invenio
aut in gratiam cuiusquam sum mutaturus quod Deo me ducente & regente semel
verum esse cognovi & constanter tenui amplexus: Et deo toto pectore gratias ago
quod ostenderit mihi in quo acquiescat animus meus cum efficaci testimonio verae
& vivifica consolationis. Te pro mea fide oro atque obtestor, ut cogites accurate
An haec tua fundamenta sint conscientiam salvatura tuam, ubi, quod deus avertat,
ad regnum, aut quod opto praeterea ad tribunal filij Dei accedendum erit. Ni-
hil disputo, neque hoc mihi sumo ut te erudiam, sed tuae te conscientiae causa
hortor, ut priusquam pronuncies, cogites quid pronuncies. Adiunguntur tibi,
quod cum dolore percipi maximo, vicini, qui te scrutari & inquirere antiqui-
tatem & excutere controversiarum fontes, evolvere labyrinthos Scholasticorum
dedecent. Contra hos te munias, ne te irretitum telis suis, ijsdem errori-
bus implicent, in quibus haerent ipsi, & faciant te patronum idololatriae.
Quid ludis in interpretanda & ad sententiam tuam detorquenda voce κοινω-
νίας, apud Paulum? cum tota series disputationis repugnet. Excute
quaeso locum totum, & quid dicat, quod velit Paulus considera. Inspice or-
dinem: fugite idololatriam. Perpende proprietatem sermonis, qua accurate lo-
quatur, distinguens ubique inter panem & corpus, non fingens συνεκδοχήν,

non

non μετουσίαν, non μεταβολήν. Tu urgeris ut concludas in pa-
ne corpus, quod in te esse non credis: quia nec qualis fiat unio,
nec quo fructu, nec cuiusmodi sit, et efficiat in nobis, ostendere ullo testi-
monio potes: nisi velis cum Westphalo fingere impudenter, quod agat in
nos actione physica, sicut vinum calefacit corpus. De vero usu, quo-
modo filius Dei in actione sit praesens, et sese communicet nobis, habitet
in nobis, faciat nos viva, vera, et salutaria membra sui corporis: de
his cum dicere debebas, magis mutus es pisce, et torques te, quomodo
pertrahas homines, ut credant corpus esse in pane, non quomodo Chri-
in ipsis sit, et det eis praesens vera et viva efficacia suum corpus et
sanguinem. Si liberet scripto disputare, possem tibi communiter veritatis
et firmissimis testimoniis evidentem, ac rationibus. Philippi Me-
lanthonis piae memoriae insontes manes, oro te, sinas quiescere: nec
refodias quae sepulta ipse voluit. Extat de eare publicum scrip-
tum, in quo quid de illis quae allegas sentiat, testatur. Si non pro-
bas posteriora quae scio quanto studio scripserit, mentione illius ne
exacerbes odia, adversus mortuum, aliorum. Parcas ipsi: parcas et
mihi, et boni consule, quae tui monendi causa scribo, frater ad fratrem.
Non sum posthac ullo vocabulo vel minutissimo hac renovaturus.

Candorem

LLLL

Eandem meam & animum tui amantissimum inde æstima. Consentientis

Confessionis formula censes tolli certamina posse? Vidimus tot confessiones hisce

annis aliquot. Saxonia conflarat librum in quem multi non pagani & vi-

rales pastores sua consignarant nomina; Similem Wirtebergenses ediderunt.

Sed quid profecerunt utrique! Certamina exasperarunt, quia condiderant

et congmerarunt nonnihil & esse inter sese de fundamentis toto coelo dis-

sentire, toti orbi, magno cum applausu adversariorum, prodiderunt: alijs

πανταχουσίαν Catechismum, alijs alia fundamenta damnata in diuo

principis Calcter attinentibus. Sed longius prouehor. Da veniam meo

in te amori, & cum animo tuo hec perpende, quae in sinum tuum depono.

Si dixeris, alios etiam cognouisse vetustatem, ad hec respondeo quod Scriptura

monet: Ubi audieritis hec, nolite obdurare corda vestra. Non putant

Philippum Melanchtonem commonefactum euidenti refutatione eorum quae

tu allegas, reuertere ad veterum scripta, & in his rimari diligentius quae

sit Veritas, cumque hanc eruisset, priora paulatim emendare & limare, cum

aperte propter nonnullos esse aperire non auderet. Bene & feliciter vale,

& literas cenerpe. 19 Decemb. 1562.

Xostj.

EIDEM

S. Οὐδὲν κύρν' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός, inquit Theog.

Theognides: Sed cum in priori coniugio expertum te esse meminerim ex
tuis sermonibus, quibus mihi dotes & virtutes defunctae uxoris tuae commen
dasti, opto precorque ut secundae nuptiae infaustiores non sint. Contigisse tibi
sponsam intelligo honestam, prognatam bonis parentibus & praecipuis in Reipub.
vestrae viris, sanguine iunctam, & pie modesteque educatam: quas cum
ad te dotes adferat adjiciet caetera Deus. De fratre tuo aliquid molior.
Sed ad ipsum ea de re adhuc nondum scripsi ullum: Nec te nolim ei signifi
care quod hic primus liberos simul illum adoriamur literis. Valde
mihi enim adiungere cupio collegam, & quaero occasiones. Doleo ingeni
um tam excellens consumi solis meditationibus in loco obscuro, cum in hac
luce scholae nostrae possit magna cum celebritate nominis sui servire &
prodesse plurimis. Sed de his brevi plura. Bene & feliciter vale. 13
Octob. 1565. D. Morenbergo & salutem & sanitatem opto toto pectore

Caspar Peucerus

Reverendo Viro, doctrina & Virtute praestanti D

Theodoro Bezae, Genevae docenti Evangelium Filij

Dei, amico suo colendo

SI Acumen ingenij tui, iudicij rectitudinem ac dexteritatem, eruditionis
copiam, orationis vim & argutiam semper sum admiratus in scriptis tuis,
doctissime Beza: in congressibus comitatem, in communicatione eruditorum
sermonum facilitatem & suavitatem, in omni officiorum genere humani
tatem expertus sum coram, cum conveniremus Wormatiae & Heidelbergae
praeterea non potui non crebro tui meminisse & mecum & apud alios
& eam qua te prosequor meo iudicio benevolentiam atque observantiam
honorifica praedicatione plurimarum & excellentium virtutum tuarum
declarare alijs. Cumque amicitiam tuam tanti faciam, ut de ea col
lecta adeptaque non minus mihi gratuler quam de re quavis pretiosissima,
ne pereat illa mihi ignavia mea, dedi ad te hanc Epistolam Materno
Cecichio, Viro optimo, eximie docto, & doctrinam Ecclesiae recte intelligenti,
quo & renovatam apud te memoriam mei confirmem, & ipsi aditum ad te
parem. Quare ut & me vicissim ames & hunc Maternum nostrum

omnium

omnium nomine amanter excipias, oro, qui quidem hanc peregri-
nationem suscepit ut visat Ecclesias vestras, & viros doctos quos de
scriptis & celebritate nominis iamdiu colit & veneratur, coram
compellet. Salutat te reverenter Philippus socer meus & Eberus.
Witebergae. 19 Maij Caspar Peucerus.

Reverendo Viro, doctrina Virtute &
pietate praestanti D. Theodoro Bezae
amico suo colendo.

S. D. Reverende Vir, amice colende. Eam scis semper fuisse
Ecclesiae conditionem, ut in pace constituta & tranquillitate, &
florentia Imperia, habitam ipsis divinitus potentiam ad Ecclesiae de-
fensionem contulerint ad oppressionem huius, & collisa inter se ac
quassata & fatiscentia ruinis eandem suis praecipue afflixerint.
Id vos quoque experimini post composita inter vicinos Reges bella &
restitutum Allobrogum Ducem, non sine ingenti dolore accepimus.
Sed affuturum vobis Christum Ecclesiae suae custodem & complexus vos
umbra alarum suarum protecturum non dubitamus: quod unà
nobiscum

Vobis enim ardentibus votis precamur. Impendent orbi Christiano mutationes maximae, quas ut mitiget Deus, & dirigat ad Ecclesiae salutem, & veritatis conservationem oro. De nostris rebus te edocebit hic Joannes Ferinarius, quem propter candorem, integritatem, modestiam & eruditionem eximie dileximus Socer & ego. & tibi commendamus. Profectionem hanc suscepit ut Ecclesias aspiciat vestras & amicitias sibi vestrorum doctorum compararet. Bene & feliciter vale. 24 Martij

Casparus Peucerus.

Reverendo Viro D. Theodoro Bezae amico suo colendo.

S. D. Valde me delectarunt literae tuae, cum propter illustrem eque benevolentiae erga me voluntatis significationem, quam continebant, tum propter adiunctum libellum cuius lectione non possum satiari. Negligi apud nos defensionem doctrinae ab iis qui cum autoritate aliqua sua opere ac passione eam possent, graviter fero. Sed magis doleo causam deseri, de qua disserere mearum partium & vocationis meae cum non sit. Sileo, & inter lamenta desertior eo. Non defuturos tamen veritati & innocentiae suos patronos spero si qua reli-

qua

qua est futura posteritas. De Gallicis rebus quae hinc perscribun-
tur, spem nobis omnem, quam de constitutione Ecclesiarum & puri-
ris doctrinae propagatione conceperamus, rursus adimunt. Sed de
his certiora ex te cognoscere cupio, cum explorata esse pleraq(ue) dili-
gentiae non dubito. In hac vicinia fit in Ecclesiis quod scripta
ostendunt quae per manus hominum volitant. A Moschis non
leuia pericula terris his impendent, quae nostri Gubernatores tam
securè contemnunt, ut vix ullus reperiatur, qui de his [illegible]
cogitet. Metuo ne demus poenas [illegible] & ingratitudinis. Bene
& feliciter vale, meq(ue) quod facis ama. Salutem opto Reve-
rendo D Calvino & D Henrico Stephano, quibus ut me
commendes oro. Cal. Septemb. Casp. Peucerus.

Reverendo Viro, D Theodoro Bezae
sacrae Theologiae Doctori, amico
suo colendo.

S D Petierunt aditum sibi ad te congressum & colloquium
tuum aperiri literis meis hi duo honesti & egregie docti viri Panno-
nii

nij, Valentinus Helloyardus & Matthias Thaurus, quibus etsi scie
bam non fore opus, consilio tuo singulari humanitate & comitate:
tamen officium hoc tam procul a patria, eaque afflicta admodum, pietatis
ac studiorum causa exulantibus denegare non debui. Ut concedas igitur
illis fructum dilectu expetito, perque tot & tam longinqua locorum
intervallo gratioso collegio tuo, te vehementer rogo. Me etsi in
nulla parte ministerij Ecclesiastici constitutum, tamen misera & tristis
facies Ecclesiae vehementer excitat sollicitum de posteritate. Intuens
vulnera nostra, & crudelitatem odiorum considerans, ac praemetiens
animo eventum, ingentem dolorem concipio. Sed eas mihi consolatio
nes propono, quas Deus tradidit, quum non sinet funditus deleri reli
quias Ecclesiae suae, nec extingui lucem doctrinae. Galliae suam
tranquillitatem gratulor, in qua augeri numerum amplectentium
Evangelium, & confirmari vires eorundem accessionibus quotidia
nis audio. Nostram Germaniam metuo paulo post inquietam &
turbulentam futuram. Vicina nobis Polonia dira dogmata cu-
dit, quae aditum patefaciunt Mahometicis furoribus. Cui ob

ea

ex magis metuam quam a Turcis ipsis cautas grauissimas habeo. Sed
poenas Regum oportet, quas ut clementer mitiget Dominus toto pectore
oro. Utinam non sequatur πανωλεθρία omnium rerum bona-
rum. Bene & feliciter Vale. 16 Calend. Septemb. 1566.

Casparus Peucerus.

Reverendo sanctae Theologiae Doctori D Theo-
doro Bezae: amico suo colendo.

S D Etsi occupationibus impediebar multiplicibus, tamen reuer-
tenti domum huic juveni Gallo dedi ad te epistolam, ut notum
mihi fuisse cognosceres, etsi eum non diu hic habuit, multis
attractum a me iniurijs aut ornari officijs potuerunt. Vobis eam
quae ex restituta in Gallia pace affulget, spem tranquillitatis
& propagationis Ecclesiarum, toto gratulor pectore, precorque ut firma
sit & stabilis. Nobis ne is, qui se ὁμονοίας fuisse salu-
torem Ecclesiae, & de sarta inter Theologos concordia, libro, ut audio
edito magnifice gloriatur: ne is ergo noua accendat certa-
mina, valde uereor. Doleo meo loco, in discrimen uocari & contro-
uersij

uerbi, qua περὶ ἑνώσεως ὑποστατικῆς τῶν δύο φύσεων ἐν Χριστῷ explicatissimis testimonijs & summa perspicuitate Antiquitas tradidit. Cum sapuerit uobis, si ex symbolo amiseritis hos articulos: Et homo factus est. Item: Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Sed confido excitaturum Deum defensores suae ueritatis, quos uestros hac in parte non deesse uideo. Bene & feliciter Vale. 20 octob.

Caspar.

Theodoro Bezae, Sacrae Theologiae Doctori in Ecclesia & schola Geneuensi, amico suo colendo.

S. D. Haeresin negantium in Christo esse diuinam & humanam naturam, existimo non tantum ab Ebione & Cerintho post Apostolos sparsam esse, sed mox a creatione generis humani impulsum esse a Diabolo Cain ut irrideret promissionem de uentura semine & negaret Messiam esse caput Ecclesiae tuae. Deinde secutae sunt tenebrae maiores, & idola Ethnica. Postea ante aduentum Messiae in populo Israel Pharisei & Sadducaei manifeste negabant Messiam fore Deum & hominem. Ita deinceps semper

habuit

habuit Diabolus sua organa qui filium Dei contumelia affecerunt
& fundamentum fidei Christianae everterunt, spretis testimonijs pro-
pheticis & Apostolicis, donec tandem eam blasphemiam horribilis poten-
tia regni Mahometici late propagavit & stabilivit. Semper autem
metui futurum ut hae blasphemiae renovarentur etiam in hac senecta
ante reditum Filij Dei, & auditorum applausu excepta confirmatque
patronorum potentia & autoritate radices agerent & vim adferrent
veritati. Id nunc fieri, nuper ex literis tuis, recens ex Unga-
rorum qui huc doctrinae causa accesserunt tristissimis querelis cog-
novi. In Polonia Samosatenicum virus ita infecit, ut
dominetur, neque extirpandi aut opprimendi illius spes ulla sit
reliqua. Inde cum propagatum contagio, illis quos nominabas in
literis tuis, saepe in vicinam Pannoniam, & Transsylvaniam
tam late infecit, ut horribili saevitia Orthodoxi adversantes ej-
iciantur ex Ecclesijs. Rejiciuntur symbola omnia. Rejiciun-
tur decreta Synodorum & testimonia Antiquitatis, furore detestando.
Augustinus haeresiarcha. Athanasius Satanae filius proclamatur.

Doleo

Doleo vicem miserae & afflictae gentis Pannonicae, quae de vita, fortu-
nisque hactenus conflictata cum Turcis, nunc de salute animae etiam peri-
clitatur. Cohorrui toto corpore lectis amicorum ad me literis, &
auditis eorum qui afferebant eas narrationibus. At domi quid
Pontificij moliuntur? quorum crudelia sunt Germaniae intestina
quae indies ingravescunt & glescunt? Omnino redigetur Eccle-
sia ad paucos, & intra domesticos parietes, sicut praedictum est voce
filij Dei. Nec est quod speremus statum meliorem. Erit inter
haec regna Mahometicum & Pontificium, & inter haereticorum conflictus
aliqua Ecclesia, alibi frequentior & tranquillior, alibi rarior & de-
formior: Sed erit tamen, donec veniet filius Dei resuscitaturus
vivos & mortuos. Hac me consolatione erigo & sustento intuens
in tristissimas confusiones & crudelissimas molitiones hostium Eccle-
siae ex omni parte, quas & vos experimini & servari ac protegi scio
divinitus, qui inter truculentissimos hostes medij omnibus humanis
praesidijs destituimini. Motus bellicos valde metuo. Sed
Vicissim ingenia gentis vestrae, quam scis in mutandis religioni-
bus

bus & fingendis prodigiis furoribus nimis addictum, in assensu

nimis praecipitem ac facilem esse; quare inde portenta nata sunt me-

minimus Anabaptistarum, Davidistarum, Campani & similium

furoribus. Ideo Deum toto pectore oro ut Ecclesiam in ea gente multo-

rum ipse gubernet ac dirigat Sancto suo Spiritu, reprimat saevitiam

quae instituitur, regat ac flectat docentium & dissentium pectora

ut unam simplicem & veram doctrinae formulam amplectantur.

Etsi [illegible] hoc sit futurum difficile consilio & dissidiis quae iam

Satanas excitavit, & auget indies. Deus misereatur nostri.

Bene ac feliciter vale. 10 Maij 1567.

Casparus Peucerus.

Perlego nunc tuas in No-
vum Testamentum annotationes.

Reverendo Viro D. Theodoro Bezae
theologo eximio, amico suo colendo.

S. D. Magnam nobis attulit sollicitudinem fama de adventu
in Germaniam copiarum Hispanicarum, quae per Allobroges fe-
rantur velle petere urbem vestram, ut ea in potestatem redacta
adorientur

adoriantur ceteros qui pontificijs decretis adversantur. Sed erexit
nos altera fama quae urbem vestram potitos Gallos formidatam ante
nuntiabat, ut tamen aliquid non existimentur esse tentaturi sive re
obsessis quantum detrimenti à Gallis sit desiturum. Cui contulit ad-
ducantur in Germaniam tanta copia ex gentibus peregrinis, obscurum
esse nemini potest. Sed videant ne invitum quendam concitent.
Semper in ea fui sententia, Pontificios principesque conari, aliquid
ausuros esse non nostris, sed externis viribus, si occasio sese daret,
quam Belgico armento et à Germanis deserto adepti sunt. Sed
stabit pro populo suo magnus dux Michael et contusa acie aliquando
infringet conatus eorum, conservabit Ecclesiam, quam non humanis con-
silijs constitisse haecque sed divina potestate regimur salvi res.
De nostris rebus quod scribam nihil est. Deum oro ut regat nos. Ex
officinis vestris heremicalis fructus aliquid expectamus cum haec
turbata tempora bellis. Bene et feliciter vale. 3 Cal. Sept. 69

Casparus Peucerus.

De historia belli gallici, quod
superioribus annis Religionis causa gestum est, nihil mihi hactenus
videre

videre licuit. Si quid habes, id quaeso meum communices Chronicorum causa, ut tecum aliquid de Desperati referam.

Reverendo viro, doctrina, pietate & virtute praestanti D. Theodoro Bezae, S. Theologiae Doctori: amico suo colendo.

S. D. Vehementer laetatus sum viso Augustae viro optimo & doctissimo Scringero. Gratissima enim mihi fuit occasio & contrahendi cum eo amicitiam, & de te percontandi: quarum utramque cum sim consequutus, id te ignorare nolui. Nec plura nunc addam, nec patiebatur id ratio & brevitas temporis. Scribebam enim hoc jam iam ingressurus iter. Nec existimabam longa epistola opus esse, quod loco epistolae haberem interpretem apud te sermonum nostrorum Scringerum ipsum, qui de praecipuis rebus te edoceret. Sed arcana cum sint pleraque, retinebis illa tecum & una nobiscum Deo gratias ages quod eventum consiliorum structorum in perniciem Ecclesiae aliter gubernavit, quam cogitaverunt ii qui novas maioresque distractiones conati magno & astu mirifico moliti sunt. Tuas ego in Novum Testamentum

Testamenti tuas annotationes in tristi comitijs magna ex parte perlegi &

valde probo, tibiq. Ecclesiae nomine gratias ago maximas. Deum

affore Veritati non dubito; & τῷ ὑμετέρῳ ἀγῶνι persuasum

est, te de ea controversia quae exorta est omnibus moderatius

loqui ceteris. Dabimus ergo operam, ut per occasionem tua legens

momenta causae cognoscat. Bene & feliciter Vale. 14 Maij

Caspar Peucerus

Reverendo Viro, pietate, doctrina & dignitate

praestanti, D. Doctori Theodoro Bezae

amico suo colendo.

S.D. Valde excrucior animo prospiciens ac permetiens animo

magnitudinem cladium quas minantur passim orbi Christiano odia

bellaq. domestica & externa quae nunc ex propinquo acrius urgent: sed

longe maiorem mihi dolorem afferunt laniena Theologica, rabies

haereticorum, & ululatus furorum in blasphemis dogmatibus, prae-

stigiae sophismatum in tricis manifestis mendacijs. Credas mihi,

confici & conteri hoc dolore cor meum: Non enim id agitur a

plerisq. ut explicetur, sed ut obruatur Veritas, de qua an sit

perventurus tenuis gustus aliquis ad posteritatem, dubitarem, nisi me vox

Filij Dei

Filij Dei de Ecclesia perpetuitate & de fidelium conservatione con
firmet. Quomodo enim mihi persuadeam quaeri veritatem ab ijs
qui hac meridiana clarioribus doctrina Paulina & veterum ac proba
tarum Synodorum sententijs & decretis pertinaciter adversantur? Tuas
in Corinthios commentationes legam libenter. Italorum religionem metui
semper: Utrinque enim dubitavi, hos si cognoscere deum Ecclesiae incipe
rent, quam hactenus ad se non pertinere indicarunt, acumine ingenio
rum, & disputationum subtilitate renovaturos esse controversias veteres
ἁγίας τριάδος, καὶ περὶ λόγου. Idcirco in hac semper
sum sententia, multos ex ipsis, si serio Italia a Turcis appetetur, sponte
in eorum castra & templa, abiecta professione nominis Christiani conces
suros esse. De Valentino velim ad me per otium prolixius, quis sit &
cuius originis perscribas. Transylvano haec religio aditum ad Sere
tatem & communicationem arctiorem cum Turcis expeditissimum patefaciet:
Nec satis novi Gregorium Paulum: Blandratae nomen celebrius est apud
nos. Alterius Joannis Pauli Alciati ignotum prorsus. De his itaque ubi per
occasionem licuerit me edoceas. Gallicarum turbarum, quarum pene etiam
pertaesus

M M M M

potuimus expectare eventum, quam eum de quo scribis. Sed quales solent
esse mutationes quae nec ordine instituuntur, nec consilio vel autoritate
reguntur, imo quae invitis iis, apud quos est summa potestas, extorquentur.
Et aliquam ex superstitione, si patefacta in odium veniat atq. contem
tum, proclivis est ad prophanitatem transitus διὰ τῆς ἀνθρωπίνης
ἀσθενείας ὅρον οὐκ ἐχούσης, οὐδὲ κρατούσης αὐτῶν, ἀλλὰ
ἐκλελυμένης ὅπου μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τῦφον, ὅπου
δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ περιφρόνησιν: Nostris homi
nibus vero, qui post Christum diuturnae & sordidae superstitioni
quo libertas gratior, eo difficilius nunc disciplinae vincula.
In Germania quomodo hoc nunc succedat experimur, & auxit atq.
acuit licentiam suis furiosis clamoribus Flaciana cohors. Vobis
successus opto precorq. feliciores. Ego de utraq. re ominari boni
nihil possum: de dissidiis scilicet horribilibus, quae indies magis ma
gisq. crescunt & glisunt: & de anarchia atq. confusione, de qua Lu
therum graviter memini. Sed inter omnes gentes orbis Christiani
nullam magis metuo quam Italicam: e qua gente dudum, cum Wor
matiae

matia essemus valde urgentibus dogma τοῦ μετουσίας, So

ter respondebat. Vos Itali Deum quaeritis in pane, quem non cre

ditis esse in caelo. Sed evagor prolixius. Tibi quod ad me ac

curate & amanter scripsisti, gratiam habeo. Cumque occupationes tuas

norim, non flagitato ut sis in hoc genere officii nimis assiduus. πρὸς

τὸν ἄρχοντα ἡμέτερον minime cessabo, ut scribas quicquid. Caus

sas me non monente intelliges. Bene & feliciter Vale. Salutem opto

Collegae tuo D. Nicolao Calledomo, cui commendatus esse cupio, & cete

ris eidem, imprimis vero D. Seringero. Idib. Octob. 1566

Scholae vestrae incrementum opto. Caspar P.

Conventus Erphordiensis sine fructu dissiliit: Hoc eventum aliam

expecto meliorem illius, quam ab hoc futurus est exitus, Ubicunque

aut quo tempore acciderit. Vos enim quomodo condemnabunt, qui inter se

dissentiant! Et quo disputatores dialectius, eo fundamento apud nos nihil

discesserunt longius. Ego iam dudum spem concordiae amisi omnem: Et cata

strophen harum digladiationum metuo futuram eo [illegible] tanto

labore restitutae & illustratae veritatis. Deus misereatur nostri